DECISIONES SIUE DETERMINATIONES SEMPRONIJ ASCIJ I.C. CLAR.MI, IN...

Sempronio Ascia, Giovanni Luigi Riccio, ...

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 D
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-27. a. 51

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DECISIONES
SIVE
DETERMINATIONES
SEMPRONII ASCII I.C. CLAR.MI,
In Barensi olim Archiepiscopatu Gener.lis Aud.lis.

OPVS SANE PRÆCLARVM,
præcipuas contractuum, vltimarum voluntatum, Iuris patronatus, & criminales materias complectens.

OMNIBVS APPRIME VTILE,
& in scholis præsertim, & foro versantibus necessarium.

ACCESSERE PRAETEREA ERVDITISSIMAE
ad singulas has, quas Barenses appellant Decisiones, Celeberrimi nostra ætate I. C. Io. Aloysij Riccij Neapolitani Patritij Additiones.

HABES ETIAM LOCVPLETISSIMOS,
tùm materiarum, tùm rerum, & verborum INDICES.
Necnon communes opiniones Asterisco notantur.



IHS

NEAPOLI,

Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi. MDCXXI.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOPOLA LECTORI.

CVM totus in eo sim, vt tuis ſtudijs, quantum in me eſt ſitum, inſeruiam, à meo inſtituto minimè alienum putaui, ſi poſt Io. Mariæ Nouarij praxis variationis, & electionis fori editionem ad euulgandas Clariſſimi Iureconſulti Sempronij Aſtij Deciſiones, ſiue Determinationes, (quas Barenſes appellant) me conferrem. Idq; eo alacrius ſum exequutus, quòd perſpicerem illas à doctis viris deſiderari: cum alia eiuſdem Authoris opera ante paucos annos edita auidiſſimè ſint excepta. Sed quod caput eſt impulit, ac penè me coegit noſtra tempeſtate eruditiſſimi, ac doctiſſimi Iureconſulti de his deciſionibus iudicium, D. Ioannis Aloyſij Riccij, cuius eruditionis fama, nominiſq; celebritas, ob tot eius ingenij ſingularis monumenta, quæ poſteritati conſignauit, longè, lateq; manauit: qui in deciſiones has nonnulla annotauit, & addidit, & qua eſt pari cum doctrina, humanitate præditus mihi illas poſt cœptam editionem impertijt. Hinc factum eſt, vt ſeorſum in calce excuderentur, ſuis locis, nimirum poſt ſingulas deciſiones iu altera editione collocandæ. Tu vèrò humaniſſimè Lector dum alia molimur, dum tua ſtudia promouere conamur, his interim fruere; & meis laboribus faue, mèq; ab inuidorum telis ſarctum tectum ſerua. Vale.

Digitized by Google

Ad Studiosum Legalis Sapientiæ Lectorem Philologum.

PRO DECISIONIBVS SEMPRONII ASCII I. C. CLARISSIMI.

Prosperi Antonij Zizzę Sacerdotis Academici Neapolitani Panegyris.

CVlmina, quæ cernis saxo fundata vetusto
Arcibus excelsis superas minitantia sedes,
Seu Moles operum; seu Cæsareos Obeliscos
Ductaq; Pyramidum aerijs fastigia Regnis
Tempus edax absumet, & expectanda vetustas.
Quin etiam egregijs præclaræ Ciuibus Vrbes
Mæniaq; hostiles frustra eiectura Phalanges
Procumbent æquata solo, atque ibi figet aratrum
Hostilis reddens desertum exercitus agrum.
Alta ruit Carthago, altæq; ruistis Athenæ,
Vos quoq; Romana septeni, ex Vrbe manetis
Septeni colles. Solum capitolia nomen
Ostentant id Templa, viæ, & caua saxa loquuntur.
At non Ingenio quæsitum nomen ab æuo
Excidet, & summam ducet de more ruinam,
Ingenium viuet, dum gens humana vigebit,
Ingenium viuet, radient dum sidera Cœlo,
Ingenium viuet, dum Cœlum lege rotetur.
Id nos externo docuit SEMPRONIVS æuo,
Cuius iam dudum multos sudata per annos
Pagina; victuræ fruitur iam lumine lucis.
Eia age Fama volatu animoso, & remige penna
Arctoas pete viua plagas, gentesq; remotas,
Per te Romani Iuris clarissimus index
Felix innumeros vigeat SEMPRONIVS annos.

I. C. PRÆCLARISSIMO ALOYSIO RICCIO VIRO PATRITIO NEAPOLITANO LEGVM ORACVLO.

Prosperi Antonij Zizzę Academici Otiosi Pij nuncupati.

Ode Tricolos Tetrastrophos.

RIcci imperitis temporibus date
Nobis petitæ qui Sapientiæ
Toto nobilis æuo
Callem ad celsa recluderes.
Abs te coruscum lumen, honoribus
Auctæ nouis, & præsidium petunt
Clauso ænigmate Leges,
Ni tritam referes Viam.
Atris iaceret condita nubibus
Lex tota tantis subsidijs sine,
En Sempronius abs te
Nunc maius repetit iubar.
Quare vel annos ducito Nestoris
Victure cunctis inclyte sæculis
Præclarissime RICCI
Solum Parthenopes decus.
Tu pro futuris, & Patriam, & tuis
Legum per æuum viue laboribus,
Per te viuat, & alter,
Vt nunc Sempronius viget.

Digitized by Google

PROSPER RENDELLA V. I. D. CIVITATIS MONOPOLIS.

SEMPRONIO ASCIÆ I. C. ET SCIENTIA, & conscientia claro.

LEX antiqna rogum ASCIA poliri
Ex causa vetuit, quod ignis illum
Momento in cineres breui resoluit.
SEMpronius Ascia. Vir pererudite,
Ac sanctissime Terminationes
Barensis regionis edidisti.
Non factum manu opus, sed optimam vim
Præclari ingenij. Satis politas
Quæ iure, & merito vicissitudo
Rerum quamdiu erit tuæ vigebunt
Supra secula Terminationes.
Ac tu mi ASCIA, millies Beate
Scriptæ iuste minister æquitatis,
Hic laudate per ora Doctorum
Post hæc syderis. emicabis instar
Illic sunt, vbi sempiterna cuncta.

IOANNIS MATTHÆI MILETI IVRECONSVLTI.

MATERIES nodosa fuit suprema voluntas,
Et patronatus ius rude quale chaos.
Hanc enodauit SEMPRONIVS ASCIA, qualis
Ascia materiam dedolat apta rudem.
Ascia tota chalybs, hæc perficit Ascia rectas
Iureperitorum sunt quot in orbe rotas.
Edolat hæc prauum, redoletq; æquissima iustum,
Et gerit Astrææ, quæ regit astra vices.

AD SEMPRONIVM ASCIVM IVRISCONSVLTISSIMVM.

SI iusto trutinæ pendens examine caussas,
Ius dicis populis: fat tua munda manus;
Publica SEMproni si curans commoda, ritè
Ius scribis populis: fat tua docta manus;
Ergò aliæ abstineant: orbi dum iura ministret
Vel tua docta manus: vel tua munda manus.

Peregrinus Scardinus.

Digitized by Google

IN VTRIVSQVE IVRIS PERITISSIMI.
SEMPRONII ASCII.
DETERMINATIONES.

LEONARDI ANTONII MANDATORITII BAR. obsequij propensiq; animi.

MONVMENTVM.

NON viuit Scaliger, is suum de Ascia iuditium ferret, iuditio quod de doctissimis tulit, non dissimile. Quid ad Bartolos? quid ad Trebatios? quid ad Baldos dicet aliquis? scio nihil, quod non prius; sed & hoc scio, neque hoc opus in triuio natum, nec ne in triclinio. Alij fortasse plura, sed nescio an meliora. Si quid quispiam in his accuset; melius faciet, bonis vt affigat laudis notam; alijs culpa, si quid obrepserit. ita libros, vel liberos hoc partu editos lector tuebere; certè inuidia, quæ carpendo est insolens abstinebit. Vale, & fruere. Barij 1606.

CARMEN.
AD SEMPRONIVM ASCIVM
EIVSDEM LEONARDI ANT. MAND.

QVAS alij legum tabulas sanxere, poliuit
ASCIA non ferro, penna SEMPRONIVS. est lex
Ponderibus librata suis. veneranda vetustas
Squallebat iuris. per te renouata nitescit.
Ætas prisca tulit, fregit nostra; vnus at omnem
Restituis rem. lex, ætas sic vtraque debet.

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM SEV MATERIARVM QVAE HISCE DETERMINATIONIBVS CONTINENTVR

Digitized by Google

Fun-

Digitized by Google

Ma-

Digitized by Google

Digitized by Google

L A V S D E O.

CLERICI SCIPIONIS EPISCOPI AQVAVIVENSIS ad Iurisperitissimum Sempronium Alciam.

AVdax cum Phœton patrias tractaret habenas
Fulmine tunc tactus, sic luit ille scelus.
Non bene Patrocbus loricam sumpsit Achillis
Icarus insanis nomina fecit aquis.
Insolitos tentans testudo ad sidera gressus,
Cum rident turba, fortè misella ruit.
Sic quicumque velim imbellis te pangere plectro
Luderer en cunctis viribus ipse meis.
Cantu adsit Clio, adsit Polybymnia gestu
Ascia, Calliope carmina quoque canat.
Ardua stant summis, audet leuioraq. Tyro
Sicq. terunt paruum pondera magna virum.
Nunc surgat, calamo cecinit, qui cuncta Pelida
Ingenij laudes ducat, & ille tuas.
An proprijs fulges condens iam secula scriptis
Falciferi nobis, destruis omne scelus.
Vt micat in calis lux inter lumina Phœbi
Palmam è cunctis sic obtinet istud opus.
Perlegat Oedipus id iuris quicumque professor
Ascia, nam manat iuribus omne melos.
Ascia, Delius annectens tua tempora lauro
En dixit seeli gloria magna sui.

Digitized by Google

REPERTORIVM

COPIOSISSIMVM

RERVM SINGVLARIVM OMNIVM, AC SENTENTIARVM, QVÆ in mei Genitoris Determinationibus continentur.

COLLECTORE IOANNE THOMASIO ASCIA V.I.D. FILIO.

CVIVS PRIMVS NVMERVS DETERMINATIONEM, mox sequens Numerum marginalem, Vltimum paginam denotat.

Et vbi Stellulam inuenies, ibi communem opinionem, vel communiorem ostendit.

Digitized by Google

A ver-

Digitized by Google

Con-

Digitized by Google

Co-

Digitized by Google

D

De-

Do-

E

Ec-

Digitized by Google

Fa-

Digitized by Google

F

 nem

Ge-

H

Digitized by Google

I

In

Digitized by Google

In-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M

Digitized by Google

Mor-

N

Digitized by Google

O

Om-

Digitized by Google

P

Digitized by Google

De-

Digitized by Google

Pre-

Q

De-

R

Digitized by Google

Digitized by Google

S

Sen-

Digitized by Google

Digitized by Google

T

Ta-

Digitized by Google

Ti-

Digitized by Google

V

Ven-

Digitized by Google

Vi-

Digitized by Google

Finis Tabulæ Decisionum.

Digitized by Google

DETERMINATIONES IN VTROQVE IVRE

CELEBERRIMI I.C. SEMPRONII ASCII.

DETERMINATIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Contractus quando dicitur simulatus, vel vsurarius; & vtrum Monacho, sine licentia sui Prælati examinato credatur, & vtrum asserenti in confeßione, se à pænitente habere, vt reuelet, si credendum est, & quando confeßio ad liberandum emanata, absente parte, aliquid operetur. Determinatur.

SVMMARIVM.

1 *AD probandum contractum simulatum, oportet probare, partes à principio, sic contraxisse.*
2 *Species simulationis, & causa, probari debet.*
3 *Tractatus per antea factus, contractum subsequentem declarat.*
4 *Ex præfationibus, sequens contractus declaratur.*
5 *Ex præcedentibus, declarantur sequentia.*
6 *Mandato emendi præcedente, mandatarius videtur emere nomine mandantis.*
7 *Mandans occidi, eo sequuto, præsumitur factum ex præcedenti tractatu.*
8 *Contractus dicitur simulatus, si contrahens sit agere solitus.*
9 *Contractus simulatus præsumitur, si in possessione rei, venditor remanet.*
10 *Alienare non dicitur, qui in possessione remanet.*
11 *Poßeßio si modico tempore stetit, etiam dicitur simulatus.*
12 *Asserés quem vsurarium, hoc probare debet.*
13 *Testis dicti sui scientiam reddere tenetur.*
14 *Consuetus non dicitur, qui vnum actum facit.*
15 *Solitus per vnum actum dicitur, & non consuetus.*
16 *Contractus, ex multis dicitur vsurarius.*
17 *Poßeßio retenta non semper contractum simulatum arguit.*
18 *Tertius, & non contrahens contractum simulatum arguit.*
19 *Contra venditorem vsq; ad 30. annos ex empto agi potest.*
20 *Poßeßio modico tempore non acquiritur.*
21 *Modicum prȩiuditium non consideratur.*
22 *Vicinus ædificare potest, quando modicum damnum dat vicinis.*
23 *Poßeßio longa, & non modica, arguit cõtractum simulatum.*
24 *Absens ratificans emptionem suo nomine factam, poßeßionem acquirit.*
25 *Poßeßio per liberam personã, absenti acquiritur.*
26 *Ratificatione sequuta, dominium acquiritur.*
27 *Inquisitus non dicitur talis, nisi sequatur sententia.*
28 *Testes in vsuraria prauitate, debent esse omni exceptione maiores.*
29 *Vsurarij sepè celebrant contractus veros.*
30 *Ad rescindendum contractum vsurariũ, debet in spetie probari de illa vsura*
31 *Confeßio emanata pro exoneratione cõscientiȩ, plenè probat, in contrarium num. 56.*
32 *Confeßio emanata in extremis, prȩiudicat sibi, & heredibus, quando est iusta nu. 57. 58.*
33 *Confeßio facta in testamẽto pro exoneratione conscientiȩ, habet vim legati.*
34 *Confeßio ad hoc vt valeat in vim pacti, aut*

Digitized by Google

THEMA

GLORIOSA ES VIRGO MARIA.

CONTRACTVM emptionis possessionis Amigdolarum, initum inter Franc. de Simone Terræ Capursij, stipulātem nomine Ioānis de Mariella, & Hieronymum de Pesule, asserentem post certū tempus, non solum esse simulatum, sed vsurarium, cum petierit mutuo ducatos viginti duos à dicto Francisco, qui pro eius securitate voluit sub nomine emptionis dictā possessionem, pro pretio ducatorū viginti octo, & orta super hoc controuersia. ¶ Ab Illustrissima D. Donna Ioanna della Noya, Marchionissa Capursij, mihi loco Iudicis secūdarum causarum delegata fuit, & propriè in anno 1569. quo in anno, in fidelissima Ciuitate Neap. Doctoratus coronam accepi. Quam seruatis de iure seruandis, auditis Magnificis Aduocatis ambarum partium, videlicet. Ioanne Franc. Castillo, & Prospero de Tomasijs, tunc temporis in Ciuitate Barij Primariis, in fauorem Hieronymi, his rationibus determinaui.

Primò consideraui, quod ad probandum cōtractum fuisse simulatum, vel vsurarium, ante omnia necesse est probari, quod partes ab ini-
1 tio, ita cōtrahere voluerunt † ita dixit Alex. in consil. 29. nu. 19. volum. 1. & in consil. 79. nu. 18. cum seq. vol. 7. & etiam debet allegari
2 causa ipsius simulationis in spetie, † ita dixit Dec. in consi. 463. nu. 8. maximè parte petente, & explanat Carol. Ruyn. in cōsi. 32. nu. 4. vol. 4. & Vital. in tract. claus. in rub. ex quib. caus. simula. præsum. nu. 8. quo in loco vberrimè, declarat tex. cap. ad nostram de emp. & vend. extra, Barthol. Cepol. in tracta. simula. contract. in 24. præsumpt. & Olach. in Decis. Pedem. 42. num. 11. & Petr. Mangrell. in in suis nouis add. ad Bar. in rub. C. plus valere qd agit. Ant. de Canaria in tract. de execut. instr. in nu. 124. in tom. tract. 5. & idem Cepol. in eodem loco, nu. 187. & 88. & Vrsill. in decis. ad Afflict. 40. nu. 15. Franc. Viu. in decis. 184. n. 1. & 2. Allegat. quotas, & præcipuè Bart. in consil. 65. Sim. de Pret. in consil. 120. vt in præsenti caus. nu. 42. vol. 1. Burs. in cōsi. 165. nu. 15. lib. 2. Bella Comb. in rub. de tabell. in lib. 4. comm. opin. in 1. tom. nume.

Digitized by Google

me.294. Alex in consil.112.in 3.vol.& Burs. in consi.159.num.34.tom.eod.2.

Est enim iuris elegans præsumptio, quòd quando de sequenti contractu dubitatur, ꝙ interpretatur secũdum tractatum factum à
3 partibus antea † ita Glo. in l.1.in verbo (& consentiant) in vers.(sed quæro qualiter) ff. de iud.& in l.eleganter in prin.in verbo (idẽ puto) ff.de cond.indeb. & Bald.ita dixit in l. emptione C. plus valere quod agitur, & Vital.in tract.claus. in 2.q.quæ in præfatio. & Alex.in consi.1.nu.3.in primo vol.& in consil.68.nu.6.in 3.vol. Barb.consi.34.in 3.vol. Dec.consi.133.Socy.consil.214.1.vol.Card. Alban.in l.si voluntate in final.ver. C. de rescin.vend.& per Socy. in consil.262. in causa Magnifici, &c. nu.8.Dec.in consil.235.in 3. præsumptione, qui infinitos Doctor.allegat,& per Vrsill.in decis.40.nu.17.qui dicit, ꝙ ex ante gestis, & post probatur simulatio pernotata in l.pacta nouiss.C.de pact.Tiber. Decia.in resp.62. nu.23. & in nu.46. Crau.
* in consi 100.nu.8. & est cõis * secund. eum in d.nu.23.& Gramm.in decis.76.num.4.& Deci.in d.l.pacta nouissima n.10. C.de pact. & idẽ Dec.in l.imaginaria nu.6.ff.de reg.iu.

Nam ex præcedentibus præfationibus se-
4 quens contractus declaratur † l.Titia §. idẽ respondit, el 1.ff.de verb.oblig.maximè si fit vnico contextu, ita Bart.in l.pacta nouiss. C. de pact.& Ang.in d.§.idem Ias.in cons.153. nu.4.vol.4.& not.etiam in l.si seruus pluriũ §.fi.ff.de leg.1.l.itẽ quia §.idem Iuliano placet de pact. & causa finalis cõtractus ex prohemio inspicit̃,ita Dec.in cõs.600.nu.1.in 3. par. & Petr.de Bella Per.in d.§.idẽ respõdi.

Et quòd ex præcedentibus declarãtur se-
5 quentia † est tex.l.qui filiabus in prin.& l.si seruus plurium §.fin.ff.de leg.1.quæ omnia procedunt, quando præcedentia, & sequentia sunt in eadem scriptura, ita Alex. in cõsi. 70.nu.10.vol.2. Allegat.in l.Auia ff. de cõd. & demonstr.est videre in l. Statius Florius in prin.de iure fisc.vbi idem Bar.& Ruy.in cõs. 11.num.17.vol.3. Bart.in l.1. ad Macedoni.

Ad prædicta corroboranda accedat quòd
6 declarat † Bart.in l.qui in aliena §. si is, qui ff.de acq.hæred.ꝙ si inter te,& me est tractatum, vt emas fundum nomine meo: si emeris (nomine meo non adiecto) ratione præcedẽtis tractatus nomine meo facta esse præsumatur, quam sententiam limitãdo approbat Bal.in l.si literas C.mãd. & pulchrè Alexan.in consi.25.nu.10.in 2.vol.in quasi terminis nostræ quæstionis, & in consil.58.nume.10. primo vol.& in consil.167. Felyn. in c.cum M. nu.12. de const. extra Roma.consil.91. vbi Mendos.Alex. & alij in l. post dotem maximè nu.5.& nu. 14. ff.solu. matrim. Card.Alba.in d.§.si is qui.

7 Præterea facit † ꝙ dicit Bal. in l. multum interest C. si quis alt. vel sibi, ꝙ si præcedat tractatus occidendi Seium,si occiditur,occisio videtur facta nomine meo. Accedunt dicta Bart. in l. si ventri §. in bonis mensularij ff.de priuileg.credit.& Bald.in l.quotiens §. sed cum primum ff. de hæred.institu. & plenè Carre.in sua Pract.Crim.§.circa nu.156.

Et licèt Ang. in l.si quis cum aliter, nu.2. ff.si cert.pet.teneat contrarium,nihilominus
* opin.contraria * est communis, vt est videre eum dum dicit, quod si post tractatum esset magnum interuallum, non procederet regula, sed secus si tempore contractus, per tex.l.si finita ff. de damn.infect.in pri. iuncta l.de die ff. qui satis coga.

Cum in casu isto fuit tractatũ de mutuo, incontinenti fuit extortus contractus emp-
8 tionis, ergo fuit venditio simulata † ita Ant. de Burg. in d.c.ad nostram de empt. & vend. nu.64.& Decia.in respon.nu.85.& faciunt quæ dicit Dec. in l.certi conditio §. si nummos nu.13.& ff.si cer. petat.

Secundo considerandum est, qualiter dicitur simulatus ex eo,quia dictus Franciscus instrumenta,ita concipere solebat,per text.l. vel vniuersorum ff. de pign.action. l.nõ omnis §.à Barbaris ff.de re milit.& l.si is §.si ab ignoto ff. de manumiss. Gram.in alleg.decis. num.2.& Bursatus in consi.144. num.10.&
* 11. vol.2. vbi dicit hanc opinionem * communem, emẽdo per interpositam personam Tib.Dec.in Respon.2.num.97.vol.1.

Tertio dicebat,ex retenta possessione Hie-
9 ronymi, † venditoris (cum venditione non obstante) in possessione remansit, & hæc cõiectura arguit simulatum contractum fuisse, per tex.l.sicut §.superuacuum ff. quib.mod. pig.vel Hipp.sol.c.illo vos ff.de pign.extra l. ab emptione C.de pact. Bar.in l.post contractum ff. de dona. Dec.in consil.187. Coram Magnificis Officialibus num.8.versi. (secundo efficax videtur illa coniectura) Burs.consil.165.nu.21.lib.2.vers.(secunda coniectura) Pic. in repet. l.post contractum num.47.
* & 48.vbi testatur hãc opinionem * communem, Angelus in consil.97. incip.Franciscus Rom.in consi. 102.super eodem versi. (quomodo ad secundum) & Vrsill.in decis.40. num.16.& Paris.in consi 15. primo volumine incipien. cõtractus per Castan.in consue. Burg. de Retraix rub.10. §.12.nu.4.in qui-

Digitized by Google

10 bus habetur † quod nõ dicitur alienare, qui in possessione remanet, & diffusè Vital. de Camba. in tract. clauſ. in rubr. ex quib. cauſ. ſimul præſum. poſſ. in nu. 12. & 13. & in terminis Cepoll. in tract. de ſimul. contract. nume. 164. & 168. in præſump. 24. in tom. tracta. 7. & Franciſcus Burſ. in conſil. 153. nu. 5. vol. 2. & Natt. in conſi. 198. per totum, vol. 1. vbi de hac materia.

11 Et hæc opinio † ampliatur procedere, ſi poſſeſſio manſiſſet, penes emptorem modico tempore, ita Tibe. Decia. in reſpon. 59. nu. 6. 1. vol. Quamuis Menoch. in ſua arbi. cenſ. 1. dicit, quod tempus continuatæ poſſeſſionis, ad inducendam ſimulationẽ, remictatur iudicis arbitrio: quod maximè procedit, quando pretium nõ eſſet ſolutum, ita Lud. Rom. in conſil. 304. num. 3. & Burſ. in d. conſil. 16. num. 22.

Pro Ioanne Mariella replicabatur, quod
12 Hieronymus, † in libello dixit, quod fuit tractatum de mutuo, ſed non probauit; nec ꝙ nomen Ioannis ſit ſimulatè poſitum, vt probare debebat l. 2. & 4. C. plus val. quod agitur, & in dubio contractus non præſumitur ſimulatus, neq; vſurarius, ita Dec. in cõſil. 308. num. 8. par. 2. & in conſi. 14. in princ. verſic. Præterea par. 1. & Alex. in conſil. 111. num. 2. vol. 3.

13 Ad ſecundum dum dixit † quod erat ſolitus, hoc non probauit, niſi per vnum teſtem, nomine Simonem, qui non reddit cauſam ſcientiæ de dicto ſuo, & non probat l. ſolam, vbi glo. Bal. & alij C. de teſt. §. ſi verò abſit, in auth. de hær. & Falcid.

Vel ſecundo modo, & melius, dato qđ ſemel concepiſſet inſtrumentum in perſonam alterius, non propterea, id facere, conſuetus, diceretur, niſi bis, vel ter, ita feciſſet, ita eſt
14 † tex. in cap. ita nos, ibi, (vſum) iuncta gl. 1. 75. quæſt. 2. & c. cũ Eccleſia Sutrina, vbi glo. in verbo (tertio) de cau. poſſ. & propriet. glo. & Docto. in l. 3. in fin. C. de epiſc. aud. Dec. conſi. 21. nu. 10. & in cõſi. 41. vbi dicit, quod
✻ hæc eſt * communis opinio, & Mando. in regula canc. 3. de reſeruat. quæſt. 2. num. 4. & ita Dominus meus Viuius in ſua Silua in opin. 729. incipient. ſolitum lib. 2. Gramm. in deciſ. 18. num. 13. vbi multos allegat, & Cag. in l. diem functo, num. 100. & ſeq. ff. de offic. aſſeſſ. & in l. 2. C. de pactis, inter empt. & vend. nu. 57. vbi etiam declarat, quis dicitur ſolitus, & quod per triennium vſuras exercuit, ita Iaſon. in conſil. 153. nume. 19. vol. 4. quod conſilium, ſequitur Roland. à Vall. in conſi 96. num. 43. lib. 2. & Ioſch. Lod. in tracta. de ſimul. contract. concl. 1. verſi. nec quis dicitur ſolitus, Iaſon mouetur per doct. Bal. qui in l. rogaſti, §. ſi tibi in pen. col. ff. ſi cert. & plenè p eundẽ in d. conſi. 153. & Iac. Philipp. Port. in concl. 11. prima amplia. lib. 2.

15 Non obſtat † dictum Bart. in l. item melia §. 1. ff. de alim. & cib. leg. num. 1. & in l. 1. --- Quo, & quando iudex C. quia per vnum actum, quis dicitur ſolitus, vt ibi, & non cõſuetus, &c. & ita Gozad. in conſi. 23. num. 5. vbi Paulus de Caſtr. allegat, & dicit hanc di-
✻ ſtinctionem eſſe veram, & * communiter receptam Alexan. conſil. 5. colum. fin. volum. 5. Corn. conſil. 28. in fin. volum. 3. Aretinus in §. ex non ſcripto inſtit. de iure nat. gent. & ciui. & quod ſit communis atteſtatur Dom. Viuius in opinione prædicta 729. nume. 1. in 2. lib. quem poſt ſcripta vidi, Marcus Antonius Baue. in tracta. de mora in principio nume. 9. in tom. tract. 6. num. 9.

16 Nec poteſt dici, quod iſte contractus probetur aliquo modo vſurarius, quia licet ex multis præſumptionibus, arguatur, vt per Doct. in cap. ad noſtram, de empt. & vend. & inter alia, requiritur pactum, de retrouendendo, & modicitas pretij, de his duobus in proceſſu nihil ergo &c. vt plenè per Afflict. in deciſ. 339. Tiraquell. in tract. de retract. §. 1. in glo. 2. num. 11. Dom. Abb. in conſi. 69. videtur 1. lib. 2. & doctè Ruynus etiã refert in d. conſil. 16. per Antonium de Burgos in d. cap. ad noſtram nume. 39. & 40. & multa declarat Fab. de Mõte, in tract. de empt. & vendi. quæſt. 7. principali, nume. 9. in Tom. tracta. 6. par. 1. Gramm. in deciſ. prędicta, & Decius in conſil. 543. nu. 1. in 3. parte, & Angelus de Gambell. in conſ. 116. nu. 9. & Ioſeph. Ludouicus, in rubr. de ſimulatio contra concluſ. 1. verſi. ſi verò amplectamur.

17 Ad illud † quod dicitur de poſſeſſione retenta, replicatur quod non per retentionem poſſeſſionis, infertur ad contractum ſimulatum, de quo agitur, quia diſtinguẽdum eſt, aut ſimulatio allegatur per tertium, qui læditur ex contractu, aut per eum cum quo contrahitur.

Primò caſu, quando allegatur per tertiũ,
18 † tunc per retentionem poſſeſſionis, probatur ſimulatio, & ſic procedunt tex. l. ſicuti §. ſuper vacuum ff. quib. mod. pign. vel Hippol. ſolu. & regu. prædicta, hanc concluſionem tenet Bar. in conſi. incipiente Martinus de--- ita add. ad conſil. Pau. de Caſtr. in conſil. 466. in 2. vol. in l. A.

Secundo verò caſu, quando allegatur per
19 † contrahentem non præſumitur ſimulatio, licet

licet sit retenta possessio; Ratio est, quia contra venditorem, potest agi vsque a 30. annos, per actionem, ex empto, ita distinguendo, dicit Bald. in l.emptione C. plus valere quod agitur. Quem sequitur Imo. in c.cum contingat, num.76.de iur.iur.extra, & idem Bal.in l.illud in 7.quæst.C.de Sacrosanct.Ecclesiis, nu.11.Veroné.in tractatu prædicto, de simul contract. in 24. præsumpt. in 3. parte princip. & addit. ad Pap. in forma libelli in causa venditionis, versic. (vt omnino) Franciscus de Aret. in consil.65. versic.2. probatur num.4.

20 Præterea dicitur † quod illa modica possessio non debet esse in consideratione, quia per modicum tempus, quis non dicitur possessionem acquirere, ita est text.in l.1.§ hoc interdictum, de itin.actuq; priuato, secun-

21 dum † quem, respondet Tibe. Decia. in respon.37. nume.16. volum.3. Hinc dicimus quod modicum præiudicium non est in consideratione, & pro nihilo reputatur l.1. §. sunt, qui putant ff. ne quid in loco publico, vbi habetur, ꝙ licet in flumine publico ædificari non potest cum graui alterius præiuditio, nihilominus prohiberi non poterit à vicinis nullum, vel modicum damnum sen-

22 tientibus, † vt plenè per Bart. in l. quominus in 11.quæst.num.15.si ff.de flum. declarat Ruyn. in consil.67. incip. de duobus nu-

23 me.4.volum.1. † Nam, vt dicatur simulatus contractus necessè est, ꝙ aliquandiu remaneat in possessione, & non pro modico tempore per Carol.Ruyn. in consil 64. nume.9. volum 4.in casu isto tempore emptionis Ioannes erat absens, & reuersus adiuit Curiã, & possessionem accepit, vt in libello patet, & ex hac possessione censetur habuisse ratam dictam emptioné suo nomine factam l. Pau-

24 lus ff. rem ratam habere, † quæ rati habitio trahitur ad tempus contractus l.fi.C.ad Maced. Et sic videtur, ꝙ possessio semper fuit

25 penes Ioannem † quæritur enim absenti per liberam personam possessio, etiam sine mandato l.1.& ibi glo.C.de acquir.possess. Afflict.

26 in decis.330.† & sequuta ratificatione quæritur dominium l.si ego ff. de neg.gest.gloss. in l.si procurator in verb. (repetendum) ff. de condit.indeb. Aret. in §. ex his colum.1. inst. per quas personas nobis acquiritur, & Alexan.consil.4.nume.12.volum.5.licet absenti, acquiritur sine ratificatione ex actu, qui merum commodum absenti reportat ex

* communi opin. * ita Franc. Bursat. in consil.118.nu.4. volum.1. & ex magis communi in consil.33.nume.2.fol.eod.igitur quanto magis in casu isto, vbi apparet de ratificatione prædicta.

27 Nec obstat, † ꝙ obiicitur, ꝙ iste Franciscus sit vsurarius, quia licèt sit ipse processatus, tamen non probatum formiter extra iux for.Reg.Pragm. huius Regni sub rubr.

28 de vsur. in nume.48. † ex quo testes examinati nõ sunt omni exceptione maiores, quia omnes sunt repulsati, & nullam fidem faciunt l. si prætor §. Marcellus ff. de iud.Cauen.in pragm. cursu dilationum nu.12. vbi doctè allegat.

Secundò. adhuc non est prouisum, & sic antequam quis condemnetur, non potest dici delinquens l.sancimus C. de pen. not.docto.in l.athletas §. calumniator ff.de infam. in argum. sed esto, quòd probaretur in hoc casu non sufficit ad probandum contractum vsurarium, vbi aliæ malè coniecturæ non concurrunt, & probantur, etiam si cum illa qualitate concurreret pactum de retrouen-

29 dendo, † quia vsurarij sæpè celebrant contractus veros, & non vsurarios secundũ in Bald. qui ita notat post Cyn. & Iacob de Aret. in d.l.emptione C. plus valere quod agit, & in l.interpositas circa principium C.de transactionibus in versic. (licet nota) vbi dicit,

30 † ꝙ ad rescindendum contractum tanquam vsurarium non sufficit probare, ꝙ contrahens erat vsurarius, nisi specificè probetur de illo contractu, & ibi add.Barbat Idem sequitur, & Ang. ita tenet in d.l.sicuti in d. §. superuacuũ, Veronen.in allegato tractatu in 23 presumpt.Afflict.in const.reg.vsurar.nume.19. lib.1. sub rubr. de vsur.puni. Aym. Crau.in consil.73 in 1.volum.& Ang Aret. in ff.sequitur nume.27. & seq. instit. de except.& Ant.de Burg in c.ad nostram nu 40. de empt.& vend.extra vbi declarat ꝙ in specie debet probari, qualiter, in illo contractu sit commissa vsura, & non sufficit, quòd vt solitus, & nume.65. dicit, vsurarios, etiam bonos contractus, & licitos facere, & simulatio nunquam præsumitur, nisi probetur, hoc dicit Marc.Anto Eug. in consil.63. nume.47. volum.1. quem sequitur Dominus Franc. Viui.in decis.259.incip. præsumitur, num.40.volum.1. & quòd in specie debet probari, voluit etiam Vrsill. in decis.70 nume.16.Salyc.in d.l.emptione num.1. versic. (secus inquit) & Dec.in consi.464.nu.8. in 3.par.& Tib Decia. in resp.59. num.4. volum.1.& idem D.Franc. Viu.in decis.104. num.1.Grau.in consi.49 1.num.4. & 27. volum.3.& Nat.in consil.357.nume.33 volum.3.

Digitized by Google

Quarta conclusio fuit, nā adducebat Hieronymus. ꝙ tempore, quo Franciscus mortuus fuit, dixit cui iam Fratri Francisco de Spinazzola Monacho, suo patri spirituali, extra tamen confessionem, hæc verba [son stato pagato da Geronimo.

Cum igitur hæc confessio sit emanata pro
31 exoneratione suæ conscientiæ † plenè probat ita Fely. in c. olim col. 4 versi. (fallit 7.) de rescriptis Marian. Socy. Iun. in consil. 40. col. 2. num. 4. lib. 2. Hippol. de Marsil. in singu 202. incip. (tu scis) versi. (est, & alius casus) & Afflict. in decis. 164. in fine Rober. Maran. in singu. actu versi. (4. limita) in 6. par. principali Hippol. de Marsil. in rubr. de probat. nu. 67. cum seq. & ꝙ confessio respiciens exonerationem conscientiæ, etiam facta parte absente, plenè probat, voluit Bald. in l. generaliter in 10. q. C. non nu. pecu. Corn. consil. 211. vol. 2. Aret. consil. 64. Socy. Iun. consil. 90. volum 2. Mascar. in tract. proba. in cōclus. 350. nume 26 lib. 1 & sic cum sit facta
* ad liberandum plenè probat, ita glo in l. non solum §. si liberationis verba ff. de liberat. legat. Alex. in l. postquam liti C. de pact. & Cotta in memoriali in verb. (confessio facta absente parte) & dicit hanc esse * communem opinionem, quem refert dominus meus Viui. in Sil. * communium opi. in op. 38 incip. confessio num. 4. Alexan. in consi. 245. nu 5. lib 6. Guid. Pap. in decis. 176. Thom. Grām. in consil. ciuil. 17 nume. 9. & Anton. Thesau. in decis. 109. incip. cōfessio absente parte. num. 2. & 3 vbi declarat pro, & contra, & dicit quando valet, & per Franc. Viu. in decis. 91. num. 1. 2. 7. 11. & 12 & Alex. consi. 245. num. 6. vol. 6.

Et quia ista cōfessio fuit emanata in estremis, iudicatur confessio testatoris, quæ sta-
32 tim nocet sibi, & hæredi, † ita Bart. & Bald. in l. 1. C. de fals. caus. adiect. legat. & habet vim sententiæ l. 1. vbi Bald. C. de confess. & Pau. de Castr. in consil 4. lib. 1. Aret. in d.
33 consil. 64. vbi dicit, † ꝙ confessio facta in testamento pro exoneratione conscientiæ, habet vim legati ad pias causas, ita Mascard. in tracta. de probat. in conclus. 350. nume. 31. vol. 1. & Grau. in tract. de antiq. temp. in lectio. viso de verbis enūciatiuè par. 1 nu. 45. & 48. & Alex. in consi. 195. incip. visa scrip-
34 tura nu. 3. vol. 3 vbi dicit, † ꝙ quando queritur, vtrum valet in vim pacti, & tunc requiritur præsentia, aut in vim merè proba-
* tionis, & valet, & est * communis opin.

Et quòd huic fratri Francisco, licet ipse sit
35 vnicus credi debeat, ratio est, † quia deponit de facto suo, idest de confessione ei facta vti sacerdoti, extra tamen confessionem, & deponit sine interesse, ita tenet Mascard. in tract. probat. in conclus. 379. num. 10. vol. 1. post Innocen. in cap. inquisitioni de accusat. extra Anton. de Butr. in cap. cum causam de test. & Franciscus Aret. in cons. 671. Alexan. de Neuo in consil. 31. & consil. 46. nume. 2. & Pau. de Castr. in l. quicunque C. de seru. fugit. Alexan. in consi. 197. lib 7. Socy. in cōsil. 28. colum. 3. lib. 3. Diaz in Pract. Crimin. cano. in cap. 102. Hippol. de Marsil. in rep. c. at si clerici de iud. extra num. 120. in tom. repeten 3. per tex l. quero ff. de edil. edict. Pau. de Cast. in l. 2. §. si absens ff. si de noxali causa agatur, idem in consil. 34. ego Paulus, & Grauet. in consil. 178. ad saturitatem, vide decis. Petr. Benintendi in decisio. 63. Bononien. incip. dubium erat, vbi de intellectu istius articuli, & Viui. in opinio. 900. incip. testis in sua Silua lib. 3. Socyn. in consil. 7. volumine 4. & idem in consil. 27. volum. 3. & Gramm. in consil. 13. & in consil. 8. Ias. in consil. 18. volum. 1. Gratia. in consil. 252. volum. 2. Ruyn. in consil. 56. volum. 1.

36 Prædicta corroborantur † alia ratione, quia quando sumus in actu, in quo de sui natura, alij testes esse non possunt, vt in casu isto, vni credendum est.

37 Præterea † si creditur nuntio de citatione, ratione sui offitij publici, cap. si nuntius de testibus, & cap. cum parati de appellat. Lauren. Calcan. in consil. 82. nume. 5. & Iacob. Cagnat. in Rep. quoniam contra nume. 92. volum. 3. & ibi idem Franciscus Niconi. in prima par. nume. 58. & in parte 2. num. 445 eiusdem in parte prima num. 185. volum eod.

38 Et notario ratione publici offitij † l. si quis decurio, vbi Bald. & ante eum Cyn. in 9. opposit. C. de falsi. & Deci. hoc declarat in consil. 12. nume. 15. in prima par. & Franciscus Bursat in consil. 56. nume. 6. volum. 1. & Thom. Dotius in consil. 178. nume. 5. & Ange. de Gambell. in consil. 104. nume. 27. & in consil. 99 nume. 14. & idem in consil. 94. nume. 28. & Nat. in consil. 143. num. 5. volum. 1. & Alexan. in dict. l. 2. §. si absens
39 nume. 11. ff. si ex noxa. agat. † Ergo multo fortius debet credi huic monacho, ita asserenti.

40 Præterea † dicitur, ꝙ vnico testi propter casum necessitatis, & euidentissime vtilitatis credendum est, ita Anton. de Butrio, in cap. 2. vbi etiam Dominus Abb. de probat. extra.

41 In

Digitized by Google

41 In casu isto, † quæ maior vtilitas esse potest, quàm salus animæ istius, quæ cunctis rebus est præferenda; iux. illud, quid prodest homini &c. & est tex. l. bellissimè ff. de edilit edict. & Alexan. in consil. 66. nume. 9. volum. 2. & Tibe Decian. in respon. 63. nume. 8 volum 3. & Petr. de Anchar. in cap. canonum statuta de constit. num. 12. in tom. Repet. 2. & Marc. Anto. Marascot. in cap. vt animarum de constitut. lib. 6. num. 17. in Tom. Repet. 5.

42 Insuper accedat † dictum Bald. & Salyc. in l. generaliter versi. (13. quæritur C. de nō nume. pecu. & glo. in c. quotiens cordis oculus prima q. 7. in ver. (per te) versi. (vel hoc) ꝙ confessio vsurariorum, & similium facta in foro pœnitentiali, valet inreuocabiliter, licet pars fuerit absens. Ita idem Bald. firmat in l. Rationes infra C. de probatio. firmat, & Innocent. in cap. innotuit, columna prima de elect.

Et ꝙ ista depositio fratris Francisci valida sit, corroboratur. Nā monaci in his, quæ sunt
43 de iur. gent. testes esse possunt, † ita est text. in auth. si dicatur C. de testi. & plenè Signorol. de Homod. in consil. 78. nume. 8. & gloss. in auth. de Monach. §. cogitandum, & Bald. In authen. ingressi C. de Sacrosanct. Eccles.
* & est * communis opin. secundum Ias. in l. hac consultissima, in prin. de testa. C. ita Michael Grassus in rub. de testibus nume. 150. versi. quæro in tom. comm. opi. 1.

Præsertim, quia religiosi, vel sacerdotis
44 dicto, se aliquē penituisse, creditur. † Ita est tex. cap. Nemo de Simo. extra, & cap. testimonium de test. extra, & cap. omnis de pen. Spec. in tit. de test. §. restat versic. (16. creditur) & Barbat. in tracta. de test. in 3. par. nume. 21. dixit, quòd sacerdoti creditur, si dixerit, quòd de ordine pœnitentis, reuelauit,
45 & quòd sacerdos possit reuelare, † est com-
* munis opinio. * vt refert Dominus meus Viuius in sua Silua, in opinione 142. incipien. confessio, in primo libro, numero primo.

Ad prædicta corroboranda, accedat, quia
46 est nobilissimus, & integerrimus † cap. nobilissimus 97. distin. Hinc Pau. de Castr. in l. admonendi de iureiur. & in l. Lutius, ff. de his, qui not. infam. dixit, quod iusta causa, vt puta nobilitas, & magna integritas testiū singularium, potest mouere iudicem, vt secundum eos iudicet, quem sequitur Socyn. in consil. 262. in causa Magnifici, colum. fin. & Bursat. in consil. 216. nume. 128. volum. 2.

Et in tantum est verum, ꝙ creditur etiam
47 in præiuditium tertij, † ita glo. & Archid. in dict. cap. nobilissimus, est simil. text. in cap. 1. 8. quæstio. 3. ibi, (de memorati viri) & facit glo. in l. Titio fundus ff. de condit. & demonstra. ita Gramma. in consil. 13. in crimin. nume. 15.

Et quòd ista confessio probet in foro fori, & in præiuditium tertij, & parte absente, voluit Calder. in consil. 11. sub titulo de test. Anton. de Butr. & Felyn. in cap. veniens de test. extra, & vult Lap. in alleg. 94. & Iacob. Philipp. Port. in conclusione, seu regula 5. in versic. Fallit quando sacerdos fide dignus lib. 2.

Pro contraria parte, quòd depositioni huius Monaci, non est credendum, dicitur sic. Nam deponit solus, & sine aliis, non probat, etiā si esset Parochus; postquā ex ista confes-
48 sione manifestatur cōtractus vsurarius † tex. est ad litteram in cap. quamquam de vsur. in 6. & ibi Ioannes Andr. in nouell. vbi mouet quæstionem Ioan. de Lig. & Dom. Gemi-
* nia. nume. 10. & dicit hanc opin. * esse communem, vt moneat hæredem, vt restituat non vt ipse sacerdos publicet, defunctum vsurarium esse; Ratio est ne sepoltura careret, & hanc opinio. sequitur ibidem Dominus Philipp. Franc. numero 11. & concluditur quòd illi sacerdoti non creditur absque testibus.

Ex prædictis igitur datur responsio ad capit. Nemo de Simo. & ad alia Alleg. & voluit Ias. in l. 1. §. huius studii num. 6. ff. de iusti. & iur.

Et Geminia. in dicto cap. quamquam dicit, quòd illud procedit in testimonio emendationis erroris, & non in testimonio manifestationis criminis: primum licet, quia est fauorabile: secundum non licet, quia est odiosum; & licet sit dictum, quòd sit fauorabile animæ Francisci, respondetur, quòd non est consulendum per proditionem peccatorum, nisi in quātum à iure permictitur cap.
* si peccauerit secunda quæstio. prima, * & communiter ibi.

Quòd in casu isto essemus in manifestatione criminis, patet ex depositione dicti fratris Francisci, dum dicit hæc verba [che non douea consequire dal detto Geronimo, à causa che delli ducati vinti otto, ne hauea riceuuto ducati vinti dui, & tarì tre, non obstante che l'instrumento era di vinti otto, & sano.

Aut ista verba referuntur ad aliud instrumentum, & nihil in casu nostro est quærendum

dum

dum. Aut referuntur ad instrumẽtum, quod apparet ex actis; & tunc talis depositio nihil obstat: quia tunc probaretur contractus simulatus, quando fuisset contractus mutui conceptus sub titulo emptionis, toto tit. plus valere quod agitur.

Secundò apparet contractum vsurarium esse, quando Franciscus numerasset 20. & extorquisset cautionem pro 28. & exigisset ducatos 22. tt. 3. & hoc est, quòd prætenditur à Hieronymo in libello, & articulis: & ideo manifestaretur Franciscum vsurarium, & propterea huic Monacho non est credendum.

Nec obstat, quod dicunt Lap. & alij, quia in eo casu sacerdos, qui reuelauit, tractabatur puniri, per tex. c. cum dilectus de excess.
50 prælato. † Ideo ad euitandam pœnam suam, fuit ei cum iuramento creditum, sed non, ꝙ filius ille esset adulterinus, & ita reperij ipsum declarãtem Boer. in decis. 299. in 2. par. num. 8. & Rip. in tracta. de peste, in vlt. part. num. 105. num. 106. & sequen.

Secundo respondetur, ꝙ Lap. loquitur in confessione facta in pænitentia, sed casus noster est in confessione facta extra pænitentiã. Ideo diuersa est ratio l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Vel dicemus, ꝙ opin. Lap. non recipitur. Nam matri asserenti filium non esse mariti,
51 ei non creditur † secundum Bald. Florian. & Iacob. de Santo Giorgio in l. fin. §. fin. ff.
✲ de probatio. & Dom. Viui. hanc esse * communem dicit in sua Silua, in 2. lib. in opin. 485. incip. Matri asseueranti, & est videre Tiber. Decian. in respons. 1. num. 75. & 101. volum. 3. & Ruyn. in epito. success. cap. 2. num. 28. in tom. tracta. 8. parte 1. etiam si cum iuramento mater assereret l. 3. §. primo de iureiuran. vbi Ange. Paul. de Castr.
✲ & Ias. & hæc est * communis opin. vt asserit Boer. in decis. 299. nume. 6. & donat. à fina, & Bellac. in rubr. de probatio. nume. 359 versic. matri in tom. comm. opin. 1. & idem dicitur de patre, vt ibi per scribentes.

Vel alio modo dicetur, aut ista confessio
52 † fuit facta in pænitentia homini, vt Deo, & non valet, neque probat in iuditio tex. est in l. Archigerentes, ibi Bald. C. de episc. Aud. c. sacerdos de off. ord. extra, & per Ias. in d. §. huius studij. Et per Iacob. de S. Georg. in l. sed, & si §. si paterfam. nu. 10. ff. de iuditiis, & per canonistas, in c. omnis vtriusq; sexus in fi. de penit. extra. & Viui. hoc magis clarè declarat in sua Silua in opin. 143. incip. confessionem lib. 1. & Io. And. in add. siue in c. fi. de temp. ordina. & Tindar. in tract. de test. c. 15. in rub. de teste, qui vnum prima vice dixit in iuditio, & aliud extra iuditium nu. 2. in tom. tract. 4. Card. Alba. in l. 1. ff. si cert. pet. nu. 15. & Ioseph. Mascard. in tract. probatio. in conclu. 277 incip. confessio corã sacerdote nu. 1. vol. 1. vbi ponit regulam, & fallentias in isto casu, quem vidi hæc sua scripta, post meam sententiam, vbi secundum Fortunium Garzias in l. 1. §. huius studij nu. 21. ff. de iust. & iur. ampliat habere locum etiã in causa matrimonij, & Grammat. in consil. 29. num. 10. & Rip. in tract. de peste in vlt. par. num. 103. sit ergo conclusio, quòd non creditur sacerdoti testificanti, de his quæ dicta sunt in pœnitentia.

Si verò habuit extra actum pænitentiæ, vt ipse dixit, & in isto casu habuit, vt homini tantum, & in hoc in vnum quærimus si ei credendum sit, vti sacerdoti d. cap. testimonium.

Sed vti vni, & sacerdoti credendum est, & vtrum in iuditio credi debeat, videre est, & indubitanter dicitur, ꝙ in præiuditium ter-
53 tij nequaquam est credendum † secundum glo. in c. sicut nobis de sent. exco. extra quam pro singulari Fely. allegat in c. ad emẽdationem eod. tit. & Ias. in repe. l. admonendi nu. 189. & p Archid. in d. c. quamquam, vbi dicit, quòd vltra sacerdotem, requiritur saltim vnus testis, plenè per Deci. in l. qui accusare, nu. 12. C. de edend. & per eundem in consil. 487. nu. 12. Lap. in alleg. 126. factum super quo col. fi. vbi dicit, ꝙ quis nõ debet esse credulus ad dictum vnius in præiuditiũ tertij:
54 † & Dec. in c. causamq; in fi. de off. deleg. extra. Ratio secundum eum est, quia quando tractatur de præiuditio tertij, non attenditur illa præsumptio, ꝙ quis præsumitur bonus no. Abb. in c. cum in iure in princ. eod. tit. de off. deleg.

Nec etiã obstat, quod dicebatur, ꝙ deponit in facto proprio, & de cõfessione facta in loco, in quo alij testes esse non poterant, quia negatur vltimum: & ꝙ non credatur plenè
55 † Boer. in decis. 221. nu. 17. in fin. verbis, &
✲ hanc * opi. comm. esse attestatur Ioannes Villalobos in tract. cõm. opin. in verbo testis nu. 91. quando tractatur de præiuditio tertij, ita Doct. allegati loquuntur, vt per Grau. in cons. allegato, & per Tiraq. in tract. de retract. nu. 46. à car. 127. Ruyn. in cõsi. 19. nu. 2. & nu. 6. vol. 5. & consi. 65. nu. 2. eod. vol. & in cõs. 61. nu. 1. volum 4. vbi dicit, ꝙ hoc verius est, vt non credatur in præiuditium tertij, Mariæ con-

Digitized by Google

consil.92.nu.6. primo vol.Marc. Ant.Blanc. in tract.de compromiss.q 8 versi.arbitri nu. 35.Luc.de Penn.in l.quicunque, la 2. C.de fund.patri lib.11.Fran.de Curtis in tract. de test.66.conclusione in tom.tract.4.Petrus de Benintende in decis. Bonon. deci.63.incip. dubium erat, & Iacob.Philipp.Port. in conclusione, & regula 5.in limitatione 2.vbi dicit hanc opin.* communem.

Nec obstat quod dicitur, ꝙ sit facta ad li-
56 berandum. † Nam glo in l.idem duobus ff. de pact dixit cõtrarium, & voluit Bar in d l. si liberationis verba Capyc. decis.31. Cotta in allegato loco, & hæc opin est magis * cõmunis. Ita D.Viu. in allegato loco in 1. lib. nu.4.& vltimo loco hanc communiorem esse, & ab omnibus receptam declarat Anto. Thesau.in decis.prædicta 109.incip. Cõfessio absente parte, & refert secundum hanc opi.ibi decisum fuisse, & allegat omnes Doctores hanc sequentes.

Nec obstat illud quod dicitur, ꝙ fuit facta in vltima voluntate ergo &c. quia illa iura procedunt, quando confessio fuisset iurata, sed quando non est iurata, non probat
57 † tex.est in l.Lucius §.1.ff. de leg.3 per quẽ tex.ita tenet Bar.in l.generaliter in fi nu.13. C.de non num.pecu.quem Doct * communiter sequuntur, vt per Lanfranc. in Rep.c. quoniam contra in verbo (confessiones) nu. 47.de probat. extra, vbi dicit ꝙ talis cõfessio nõ probat etiam in præiuditium hæredum.

Vel vltimo procederet, quando constaret de volũtate testatoris, ꝙ credatur sacerdoti, vt puta coram testibus diceret, tali negotio credatur sacerdoti tali, quia illa est mea voluntas, &c. tunc crederetur, ita intelligitur
58 † Mascard.in tract.de probatio.in cõcl.279. nu.9.vol.1.& est * communis opin.

Et ꝙ ista confessio non sit vera arguit̃ sic. Nam Franciscus in pręsentia Monaci finiuit testamentũ:Multa legata reliqt.& de ista declaratione verbũ nullum, & sic cũ nõ disposuit,dato ꝙ dixisset,ꝙ non apparet,nõ valet,
59 † iux.tex.l.qdã cũ filiũ, vbi Bal.& Imo.ff.de hær.inst.& Ias.in l.res legata n.3.ff.de leg.1.

Quia non sufficit defunctum ita velle, nisi disponat Bal. in l.voluntates in fi. C. de fideicom.Deci.in consi.205.

Et facit etiam, quia quod testator non loquitur,velle nõ præsumitur,ita Bal.in l.1. §. sinautẽ C.de cad.toll.& Deci.in d.cõs.nu.5. facit etiam, quia testator videtur decedere, cũ prima voluntate, quãdo contrarium non disponit,glo.in l.Athete §.dat remissionẽ ff. de excus.tut.Pau.de Cast.in cõsi.200.1.vol.

Quod talis confessio,dato ꝙ esset vera, nõ probat: Nam Ioãnes cuius nomine fuit facta emptio, ipse ratificauit, per quã ratificationẽ erat quæsitũ Dominium ipsi Ioanni,& sic nõ
60 poterat nocere pdicto Ioãni,& possessori † l. si.C.de acq.poss.& ex reg.nõ dõt ff.de reg.iu.

Et sic concluditur ꝙ confessio nõ est probata,& quatenus esset vera non obstat Franciscus, & hæredibus, & multò magis nõ potest nocere Ioanni tertio possessori, & ꝙ etiã tus extraneo.

Fuit etiam in præsenti casu dubitatum. Nam iste Monachus se examinauit in iudicio absq; licentia sui prelati, an talis depo-
61 sitio faciat fidem, † & primo videtur dicendũ sic, ita Dom. Abb.in cap. 1. de iur.calum. & & in cap. cum nuntius de testib. extra dixit ꝙ si de facto reperitur examinatus, ꝙ valet, & Specul.in tit.de test §.1.versi (licet excipitur ꝙ est monachus.) & in versic. (& quid de monacho per Felyn.& Dec. in d.cap.cum Nuntius, & ita conclu it Carau. in Rit 61. sub rubr. ꝙ clerici non admict qui recedit à Gram. in consil 3. in crim. & plenè per Barthol.Socy.in consil 17.sup. dicta causæ positio vol. 1.quod consilium est Maria.Socy.& ita Mascard. in tract. probat.in conclus.261. incip Canonicum Regularem nu.13. Rolan. à Valle,in consil.2 .num.77.cum seq.lib.1.

Sed contra prædicta dicitur,ꝙ ista deposi-
62 tio Monaci sine licentia non valet,ita † Specul.in tit.de test.in d. versi.(ꝙ excipitur) cui assentitur Ang.in auth.de Mona §.cogitandum, & Aret. in §.testes inst.de iur person. Nellus in tract.de testi. nu.22. & multa alia congesta per Mascard.in tract probat. in cõclusio.271.nu.1.vol 1. num 5.& Campegg. de test.in reg.94. tom.tracta.4. Grass. in rub. de test. nume.150. primo tom. comm.opin. Ang.in consil.233.Bald. in l.quoniam liberi in princ.num.1 C.de test.Fely.in d cap.cum Nuntius nume.10.Io.de Anic. in consil 77. num.17.Gramm.in consi.3. num.8.in crim. Pau.de Castr.in consil.427.in prin. in 2.vol. & plenè in Summa Ang. verb. (testis) nu.4. vbi dicit,ꝙ hæc sit verior opin.* Boss in eius pract.in rubr. de oppo.contra testes, nu.92. vbi dicit distinguendo, aut sumus in clerico seculari,aut sumus in monacho,primo casu, prima iura procedere possent, secundo verò casu (vt est casus noster) procedunt hæc iura, quæ dicunt depositionem non valere, sine licẽtia superioris. Ratio est illa, quia Monachus non habet, nec velle, nec nolle, cap. non dicatis 12. quæst. 1. & eò magis procedit quãdo est à parte oppositum, ita Socy. in

alleg.

Digitized by Google

alleg.cōſ.17.nu.16. 1.vol.vbi doctè,& in tantū eſt vera iſta concluſio, dicit Bald. in d.c.de iur.calum. ſi iuraret coram alio Epiſcopo nō ſuo, adhuc iuramentum, & ſucceſſiuè teſtimonium eſſet nullum, prout ita refert Io. de Arno.in comm.94.& Ant.de Burgos.in cap. At ſi clerici de iudi. extra nume.49. in tom. repe.3. & Hippol.de Marſil. in eod.c.nu.33. & in nu.116. vbi diffusè, & hanc opi.veram affirmat Nepos de Monte Albano in ſuo tract.de libell.fugiti. in rub.de exceptione cōtra teſtes num.14.

Ego tamen ponderaui legē Regni noſtri, & ſic allegatum ritum: Nam prouidetur, ꝙ clerici non admictantur ſine licentia ſui ſuperioris. Ponderando igitur illa verba (non admictantur) dico,ꝙ reſiſtunt examini clericorum ſine licentia, vt tenet Felyn.in c.cum dilecti num.11.verſ. (tertio limita) de accuſa. extra,& ex hac reſiſtentia ſequitˀ nullitas,
64 & inualiditas depoſitionis,† vt plenè Grām. in d.conſil.3. modo ſic, ſi non valet in Sacerdote, multo magis, & in Monacho, & hanc
✻ opin.* vti veriſſimam tenet quoq; Dñs meus Viui. in Silua ſua in opin. 995. incip. teſtes Monachi,nu.2. alleg.Biſig.deciſ.30.in lib.3.

Fuit ſexto, & vltimò dubitatū; nam Ioannes dum eſſet carceratus, & ei dictū ꝙ Franciſcus dixit hęc verba,[poiche Frāceſco l'haue laſſata la poſſeſſione, ſiali benedetta] hęc verba Hieronymus probauit, Frāciſcum dixiſſe, per tres teſtes,ſ.per eundē fratrem Franciſcum, per Donnum Michaelē de Baſile, & per Virgilium Paradiſum. Et dicunt, hanc confeſſionem geminatam fuiſſe, & confeſſio
65 geminata, parte abſente plenè probat † Bar. in l.cum ſcimus C.de agrico.& cenſ. lib. 11. Roma.in conſil.290.colum.2.Iaſ.in l.ſi quis in conſcribendo in prin.nu.1.C.de pact.arg. l.Baliſta ff.ad Trebell. & Marant.in eius ſpecu.in actu 5.verſ.3.limita. Imo confeſſio geminata inducit actum magis deliberatū,glo. in cap.ſi quis iratos 2.q.3.in verbo(iterare). Hinc eſt, ꝙ lex generaliter loquens, non in-
66 telligitur in actibus geminatis: † ita Roma. in l.ſi verò §.de viro fall.31. ff. ſolu.matrim. Ratio eſt, quia geminatio inducit magnam ſcientiam, & actum deliberatum ita Barbat. conſi.18.præclariſſimè col.15.lib.7.& latè Corſ.in tract.de geminat.in tom.tracta.8.& Ant.Theſau. in deciſ. Pedem. in nouis.223. nu.6.& confeſſio dicitur geminata, quando habuit interuallum temporis, & habet vim,
67 ac ſi in iuditio facta fuiſſet,† ita Maſcard.in tract.prob.in cōcluſ.347.num.43.vol.1. ſecus ſi fieret incontinenti,bis,vel ter,& in eodem loco, & coram me, quia illa reiteratio non dicitur confeſſio geminata, ita Ant.Columb.in tract. de cōtrouer.crim.in art.110. nu.210. in tom.tract.11.par.prima nu.346. & Iacob Philip.Port.in concluſione, ſeu regula 22.in vltimis verbis lib.1.& Marc.Ant. Bauer. in tract. de Mora, in princ.num.9.in tom.tract.6. par.2. verſ.6. adduco, & Alex. in conſil.45.num.9.vol.1.& iſta confeſſio ex interuallo geminata, reuocari non poteſt, ita dixit Franc.Niconit.in cap.quoniam contra, in par.2.nu.981. in tom.Repeten.3.quæ habet vim confeſſionis in iuditio,quando extra iuditium facta eſſet, ita Crot.in cap. quia in omnibus nu.55.de vſur.tom. Rep.4.

Ioannes verò per tres alios teſtes, totum contrarium probauit; nam dixit reſpondendo fratri Franc. hæc verba [ſe Franceſco gli vuole donare, donali la robba ſua, & non la mia,à me buon inſtrumento mi canta] & ſic dicit ipſe, ꝙ pluribus rationibus dicto ſuorum teſtium ſtandum eſt.

Primo ratione affirmationis, teſtes verò ſui affirmant, contrarij negant, & iſto caſu potius affirmantibus, quàm negātibus ſtan-
68 dum eſt. † Ita Iano.dicit in cap.ſuper eo,de renun.extra glo.& Bar.in l.diem proferre §. ſi plures ff. de arbi.vbi etiam Bal.

Secundo, quia ſui teſtes ſunt maiores in numero,ideo præferri debent † l.ob carmen §.ſi teſtes ff. de teſtib. & cap. ſi teſtes 4. q.3. per Doct.in c.in noſtra de teſt. Io.de Amicis in conſi.25.& conſi.101.

Quòd ſui ſint numero plures apparet,Nā dictum Monaci, non valet, per ea quæ diximus, quia ſine licētia reperitur examinatus, idem dicitur de Donno Michaele, examinato etiam ſine licentia ſui pręlati,& ſic Virgilius ſolus reſtat. Ex parte Ioannis ſunt omnes tres, ergo.

Tertio, quia ſui teſtes deponunt veriſimilia,& iuri conſona,ex quo nemo prçſumitur
70 iactare ſuum † l.cum indebito ff. de probat. & ita tenet Io.Andr. in d.c.in noſtra, & in c. Auditis in Nouell.vbi etiā Dom.Fely.de teſt.

Et teſtes deponentes ſecundum ius commune, & veriſimila, etiam ſi eſſent numero
71 pauciores, præferendi ſunt, † ita glo. in d. cap. in noſtra, & in cap.ſi teſtes 4.q.3.

Idem quando deponunt de eis, quæ magis naturæ conueniunt,& eidem magis ami-
72 ca,& conſentanea † ita Bal.in cap. in noſtra in prin.de teſti. & Maſcard.in tracta.probatio.in concluſio.234.num.3.vol.1.

Eſt, & alia ratione audiendus; nam licet omnes teſtes eſſent æquales numero, illi te-

ſtes

ftes præferuntur, qui deponunt fuper negatiua cohortata loco, & tempore, ita Abb. in cap. Bone, el 1. nu. 13. de elect. & Rip. in cap. cum Eccles. Sutrina de cau. poss. & propriet. Cepoll. in consil. 50. nu. 30. in ciuilib. Corse. in sing. incip. duo testes, vbi Add. nam testes dicunt [stauano prigioni, & nō disse altre parole, che le preditte, ne haueria potuto dirle, che essi non l'hauessero intese, per essere il carcere piccolo, & poi stauano alla feriata. Hercul. in tract. negatiuè nu. 152.

Præterea dato, ꝙ essent pares, testes Ioannis sunt præferendi, quia reus, & tali casu
73 pro reo iudicādum est, † vt per glo. & Doct. in cap. in præsentia de test. & in d. cap. si testes, & est tex. in §. commodū insti. de interd. Dyn. in cap. cum sint partium iura in princ. de reg. iur. in 6.

Prædicta conclusio procedit, data etiam aliquali disparitate, vt quia testes actoris essent religiosi, & rei, laici: quia secūdum laicos in fauorem rei iudicandum est, per gloss. sing. in cap. clerici 81. distinct. Quam Abb. & Fely. dicunt, ita in cap. ex literis col. 1. de probat. & sequitur Ias. in l. vt vim nu. 5. ff. de iust. & iur. Nam si duo clerici testificarentur contra me; & duo laici pro me, credit laicis deponentibus pro me nō deliquisse, licet clerici essent digniores, ita Mascar. in tract. probatio. in cōcl. 334. incip. Bonitatē, n. 5. col. 1.

Sed dato, ꝙ dictus Ioānes dixisset illa verba [siali benedetta] dico, q. talis consensus, cum sit præstitus voluntati, & dispositioni dicti Francisci de Simone, & talis voluntas non apparet legitimè ergo. Cum talis consensus sit fundatus in illa voluntate, quæ vt dixi non apparet, nihil operatur, nec sibi ob-
74 est † tex. est in l. cū testamentū C. de iu. & fac. igno. & in §. planè inst. qui testa. tut. dar. poss.

Præterea dictus consensus ex alio non obstat, quia per solum consensum, non amittitur dominium bonorum, sibi quæsitum; postquàm Ioannes remansit in sua possessio-
75 ne † per tex. l. si de vi. ff. de acq. poss. in §. 1. & per Bart. in l. inter offitium ff. de rei vend. Tanto magis, quia dictus cōsensus fuit præstitus in absentia dicti Hieronymi. Et sic ante acceptationem potuit reuocari, arg. l. si absenti ff. de do. ꝑut ipso facto reuocatus fuit.

Nec obstat vltimo loco, quando fuit dictū ꝙ est credendū vnico testi de voluntate par-
76 tium † l. Theopompus, vbi Bart. ff. de dot. præleg. & doctè Dom. Couar. in lib. varia. resolu. in 2. lib. in cap. 13. in rubr. examinātur quæstiones à Bart. traditè in l. Theopompus ff. de dot. præleg. vbi ad saturitatem, & ponit verum intellectum istius quæstionis, & per not. in c. tuis de test. extra vbi etiam dicit, ꝙ
* hæc opin. est * communis, qui communis intellectus procedit, quādo consensus præstatur certę personæ, & nominatim quoad certum negotium secundum Ang. in l. pactum ff. de pact. Non sufficit, ꝙ tacitè approbauerint, vel expressè, genericè, vbi clarè p eund. Hippol. de Marsil. sing. 92. quia regula prædicta procedit, quando constat de voluntate ambarum partium, vt per Ias. in d. l. admonendi nu. 200. de iur. iur. C. in casu isto non aliud constat, nisi ꝙ Ioānnes consentiit relationi dicti Monaci, dicentis illa prima verba: cuius dictum asserebat iustā causam credulitatis, vt dicit glo. in d. l. Litio fundus, & sic est etiam casus d. l. cum testamentum, & sic reperto testamento inualido, non obest illa confessio, sic etiam Ioanni prædicto constito de iniqua relatione Monaci, super qua fundatus erat consensus, quia fuit voluntas
77 errantis, magis quàm consentientis † l. si p errorem ff. de iurisd. om. iud. Nam errantis ignorantis, & dubitantis eadem assignatur ratio, ita Bola. in tracta. de rest. in integ. c. 70. num. 1. tom. tract. 5. & Lau. Calca. in cōsi. 24. num. 43. & 45. & Tibe. Decian. in respon. 54. nu. 73. vol. 2. & errans nunquam obligatur
78 ex actu quem facit † Tibe. Decia. in respon. 129. num. 64. vol. 3. & Ant. de Burgo. in cap. cum dilecti de empt. & vend. num. 57. tomo repe. 4. & Stephan. Gaet. in d. c. ad limina 30. q 1 in § 4 num. 226. tom. 1. & in num. 320. & Grauett. in consil. 319. num. 9. vol. 1. & Natt. in consi. 162. num. 32. vol. 1. & idem in consi. 315. num. 13. vol. 2. & Bola. in tract. de rest. in integ. c. 70. nu. 1. tom. tracta. 5. Immo error excusat à periurio, & mēdatio, ita Med. in tract. de fortu. casib. q. 2. n. 2. in to. tract. 6. p. p. Et impedit consensum Vital. in tract. de clau. n. 6. in to. trac. 18. & Io. And. in tract. de consang. & affi. in princ. nu. 32. in to. tract. 9. & Tho. Act. i trac. de Lud. Scacco: in q. 2. r. 1. & 2. cū seq. in to. tract. 7. Bal. in c. 1. §. pterea n. 1. vers. porrò qb. mo. feu. ami. & idē Bal. in c. 1. personā nu 2. per quos fiat inuestitura.

Ego autem habui instrumētum pro simulato, & sic sententiaui possessionem esse restituendam Hieronymo, eumq; cōdemnaui ad soluēdum ducatos 13. ex quo alios soluerat, & licet fuisset appellatum ad Magnam Curiam Vicariæ, & inde ad Sac. Consil. vlt fuit sic executa determinatio mea, & partes quieuere ad laudem Domini Anno 1569. primo mei Doctoratus, vt supra Capursij.

Sempronius Ascia V.I.D.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Mater donauit filiæ domum maternam. An frater conqueri potest.

SVMMARIVM.

1 *Mater bona paterna, in præiuditium filij donare non potest.*

2 *Donans rem alienam, nulla actione tenetur donatario, nisi de dolo, & sit euictio promissa.*

3 *Non præsumitur Dominus, vel possessor, licet in testamento, in contractu, vel iuditio, asserat se talem.*

4 *Princeps ex certa scientia donans, transfert in donatarium rem donatam; quia ad sui libitum transfert.*

5 *Ad dominij acquisitionem, non solum requiritur titulus habilis, sed authorem suum, fuisse dominum.*

6 *Dominium non transfertur per constitutum, nisi probetur, quod constituens tempore constituti possidebat.*

7 *Donatio à matre bonorum paternorum facta, non valet.*

8 *Probans ad præsens possidere, præsumitur Dominus.*

9 *Spoliatus, non tenetur ostendere dominium sui Authoris.*

10 *Testis, quando reddit rationem, & ratio est idem cum dicto, non probat.*

11 *Possessor, debet manuteneri in possessione, donatione non obstante.*

12 *Pater exegit pensionem domus in vita, ergo dominus, & sic continuari debet in filium.*

13 *Testis deponens quia vicinus probat.*

14 *Possessor dicitur, qui fructus percipit.*

15 *Possessio mariti, dicitur fuisse iure familiaritatis.*

16 *Mater, rem dotalem, filiæ, donare potest.*

17 *Referens, refert se, ad suum relatum.*

18 *Fructuum rei dotalis, maritus est dominus.*

19 *Mater donans, per instrumentum donationis cum constituto, transtulit dominium in donatarium*

20 *Donataria, ciuiliter, & naturaliter possidet, ergo debet in possessorio manuteneri.*

DETERMINATIO II.

DONAVIT mater Lucia de Sapio eius filiç, medietatem domus dotalis, inter quam, & Ioannem Antonium eius fratrem, super reintegratione domus prædictæ, orta fuit quæstio, in Anno 1579. me Patiniani Gubernatore existente, in qua seruatis seruandis, sic determinaui.

Ioannes Antonius frater, dicebat; istã domum fuisse paternam, & non maternam, & sic mater donauit rem alienã, quæ donatio,
1 in sui præiuditium, fieri non poterat † per tex. l. Aristo §. fi. ff. de donatio. vbi habetur, ꝙ donans rem alienam, nulla actione tenetur donatario, nisi actione de dolo, & nisi sit promissa euictio, quia si res euincatur tenetur
2 donator † vt in l. 2. C. de euict. & glo. no. in l. prædicta Aristo §. fin.

Et in iure claruum est, ꝙ nemo præsumitur Dominus, vel possessor, quamuis in testamento, vel contractu, vel in iuditio, asserit se esse dominum, nisi alia adminicula concurrit: quia per solum instrumentum non probatur
3 dominium. † Ita Ang. in l. officium, nu. 2. ff. de rei vend. & idem Ang. in l. Minus num. 4. versi. (in textu) C. de acquir. poss. Boer. in decis. 42. in 1. par. num. 27. Deci. in consil. 310. nume. 5. in 1. par. & Thom. Docci. in consil. 103. num. 2.

Speciale est hoc in Principe, in donatione ex certa scientia facta, quia tunc probare nõ oportet, nec aliud producere, nisi instrumentum donationis. Ratio est, quia Princeps habet potestatem transferendi dominiũ ad suę
4 voluntatis libitum. † Ve dicit Ang. in d. l. ad officium ante finem, & Petr. de Bellapert. in l. beneficium ff. de constitutio. nu. 10. dicit, ꝙ statim mihi quærit beneficium volũtas Principis l. si quis absenti ff. de acquir. poss. & l. multum interest ff. de condit. & demonstr. & Alex. in consi. 115. num. 20. vol. 6. & idem in consil. 3. nume. 10. 11. & 12. vol. 5. & idem in consil. 11. num. 6. & num. 9. vol. 6. & idem in consi. 11. num. 8. vol. 6. Et declarat Tibe. Decia. in resp. 3. num. 230. vol. 1. & Caualcan. in decis. 35. per totã in 2. volumine aliqua per Paris. consi. 39. num. 14. vol. 4. & Restau. Castal. in tract. de imper. num. 45. tom. tract. 16.

Regulariter igitur, nemo Dominus præsumitur, etiam si in aliquo instrumento narretur se dominum: nã ad ipsius dominij acquisitionem, non sufficit probare, & ostendere titulum habilem, nisi ostẽdat authorem
5 suum à quo habuit, fuisse dominum. † Ita dicit glo. in l. cum res in verbo (in vacuam) C. de probat. Roland. à Vall. in consil. 46. nume. 10. lib. 3. & nu. 21. cum seq. & ante eum Alex. in consil. 98. col. pen. versic. (Restat) in 2. vol. & consi. 12. volum. 4. vbi dicit hanc esse * communem opi. & Pau. de Castr. in cõsil. 133.

Digitized by Google

fil.133.incip.iste Martinus, nume.1.& 2. in 2.vol.& Alex.in consi.202.num.2.volum.2.

Imò, nec per constitutum transfertur dominium, seu possessio, nisi tempore, quo cō-
6 stituit,possideat † Ang.in l.quamuis §.si cōductor ff.de acquir.poss.vbi glo.in ver. (retinebit) Alex. in l.quod meo num.22. vbi exclamat contra imperitos, Ang.in d.l.minus, num.4.Oldrad consi.129.Tiraq.in tract.cōsti.in 3.par.in 1.limit.num.1.& 20. maximè in praeiuditium tertij, vt ibi per eum. Et per multa quos idem allegat in dict.1. limi.nu.2.
* & ibi dicit, ꝙ haec est * communis opin. & nemo est, qui contradicat, & in num.8.& 9. & Natt.in consil.171.num.8.volum.1.

Et sic,talis donatio facta ab Antonella matre, Luciae in praeiuditium ipsius Ioānis An-
7 tonij fratris, non valuit, † ita Alex. in consil.55.consideratis, circa finem, vol.1 & cōsil.8. visis in 2.vol.& Tiraq. in d.1. limitat. num.9.ibi (nec dici potest).

Tanto magis, quia Ioannes Antonius in iuditio, incidenter dominium deduxit: Ad probationem cuius sufficit inducere possessionem de pręsenti,& isto casu pręsumitur
8 Dominus † iuxta glo. in ver. (ammoueri) in fin.ff.de cond.insti in l.penul.per glo.& alios in l.cum res C.de probat.per Cano.in c.cum ad sedē de rest.spoliat.extra per Pau. de Cast. in d.l.penul.Boer.in decis.92 nu. 1.in 1.par. vbi etiam declaratur, ꝙ non habet locum in spoliatore,quia non tenetur ostendere domi-
9 nium sui authoris † l. si qs emptionis §. sed nec C.de praescrip.30.vel 40.Ann.Salic. ibidem pulchrè declarat num.4.& Boer.in ead. decis.& Ang.in d.l.si quis nume.10. & idem in d.l.penul.nume.4. voluit Alexan. in consil.103.num.10.volum.7.

Et vltimò dicitur,ꝙ testes deponentes domum fuisse dotalem praedictae quōdam Antonellae, non probant, quia nullam reddunt
10 causam scientiae, prout reddere tenentur, vt
* not.Bart.in d.l. 1.in 3.colum. vbi * omnes ff. si cert.petat.Dicunt enim examinati interrogati de causa scientiae, dicunt (prout supra dixit, & deposuit) & sic est eadē Ratio, cum dicto. Quo casu non valet depositio, Bart.in l.fin.ff.de off.proc. Caesar Socy.consil.98.colum.fi.2.vol.est tex.ad litteram in §. filiusfamilias inst.quib.mod.ius pat.solu. quare Ioannes praedictus debet manuteneri in posses-
11 sione, † donatione non obstante.

Tanto magis, quia tēpore sui patris, idem pater exegit pensionem domus praedictae, ex
12 qua exactione dicebatur Dominus † dict.l. minus vbi scribent.

Pro parte Luciae replicabatur, ꝙ in processu probatum fuit,domum esse dotalē Antonellae matris,& deponunt causam scientiae testes,quia dicunt. Illud scire,tanquam vicini. Hęc ratio praesumptiuę concludit,& suf-
13 ficit ad condemnandū. † Bar.in l.1.ff.si cert. pet.num.15.Felyn.in c. cum causam de testi. extra,& Dec.in dict.l.1.num.17.& add. ad Bartol.in dict.num.15.in littera E.

Constat etiam, dictam quōdam Antonellam matrem, possidisse, domum habitasse, & pensionē exigisse, possessor enim dicitur, qui
14 fructus percipit † l.Titia, vbi doct. ff. solu.
* matr.* & Dec.in consil.56. per Bar.& Doct. in l.quamuis §. si conductor l. qui vniuersas §.quod si per colonū ff. de acq.poss. Gabriel. in conclusio.1.de locat.Paris.consil. 104.nume.88.lib.1. Guid. Pap. decis.158. nume.3. Corn.in consi.181.lib.2.

Possessio, quae praetenditur ex aduerso Petri mariti, fuit iure familiaritatis, cū non allegatur alius titulus pro Petro patre dicti Ioannis Antonij. Et regula iuris est, ꝙ quando vir, & vxor habitant domum, is dicitur propriae possidere,pro quo sunt coniecturae proprietatis. Alius verò dicitur possidere iure
15 familiaritatis † l. qui iure, vbi in spetie per Ang.& scrib.ff.de acq.poss.

At in casu isto non solum sunt cōiecturae, sed probationes de proprietate domus dotalis, ergo &c.

His veris, non obstant in cōtrarium adducta,quia super non ente, pars iura fundauit. Nam ex prędictis constat domum esse dotalē donatricis, & non alienā, ergo donare potuit
16 † p tex.l.eius, qui in prouintiā, ff.si cer.pet.

Ad qd dicitur, ꝙ est eadem ratio cum dicto,& ideo testes non probant:Respondetur, ꝙ testes dicunt scire tanquam vicini, si verò dixerint, seu vnusquisq; dixerit in fi. (prout supra dixit,& deposuit) in isto casu ratio nō est eadem cum dicto,sed referens refert se ad
17 suum relatum † l.Asse toto ff. de haere.insti. supra dixerunt vti vicini scire: haec ratio (vt est dictum) est sufficiens. Ergo &c.

Nō obstat tertia ratio,quia rei dotalis fru-
18 ctuum maritus est dominus † l.doce ancillā C.de rei vend.si exegit, vt vsufructuari' exegit ergo &c. Sed quia probatum est etiam, ꝙ secuta morte mariti, ipsa remansit domina: Ergo est vera domina.

Et ex praedictis infertur,ꝙ Antonella mater,& donans per instrumentum donationis, cum constituto, transtulit possessionē, quam
19 habebat in donatariam † l.quod meo ff. de acq.poss.Capic.in decis.14.num.8.

Digitized by Google

10 Et † quia donataria animo, & corpore, & sic ciuiliter, & naturaliter possedit, & possidet domū donatā: meritò in possessorio vincere debet: immò si de petitorio tractaretur,

Ex quibus in anno prædicto 1570. determinaui in fauorem Luciæ donatariæ, vt manuteneret in possessione medietatis domus prædictæ donatæ, & sic partes ambæ se quieuerunt. Et Domino sit laus. Putintani.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Filia, sine consensu patris, se nuptui tradere potest, & eam pater dotare cogitur, & non exheredare.

SVMMARIVM.

1 *Filius, vel filia de iure ciuili, sine cōsensu patris, contrahere nō poterant matrimonium.*
2 *Matrimonium, est vnum de septem Sacramentis Ecclesiæ.*
3 *In matrimonijs, ius canonicum sequimur.*
4 *Res spirituales, secundum Canones sunt terminandæ.*
5 *Matrimonia contrahunt de iur. cano. Filij, vel filiæ, sine consensu patrum*
6 *Nuptias, non concubitus, sed consensus facit.*
7 *Statutum mandans matrimonia non contrahi sine consensu patris, non valet.*
8 *Pater tali casu filiam dotare tenetur.*
9 *Filiam sine consensu patris contrahentem, etiam cum indigno, pater dotare tenetur, licet aliqui contra.*
10 *Pater, isto casu, cogitur dotare, officio iudicis.*
11 *Hodie filia nullo modo hac ex causa exhæredari potest*
12 *Dos in isto casu debet arbitrari, iuxta l. quæro ff. de iur. dot.*

DETERMINATIO III.

DE Mense Februarij de anno 1576. me existēte Gubernatore in Terra Casteilanæ inter Antoniam filiam legitimam, & naturalem Antonij de Gasparis, & ipsum Antonium patrem orta fuit quæstio, quia eius pater cum Christopharo matrimonium eam cōtrahere volebat, at auus matern' cū Rocco de Ranaldo. Filia cōsentiit auo materno. Fuit quæsitū, an ista filia possit contradicere patri, & si potest ex hac causa, eam pater exhæredare.

Ad primum dixi, quod quamuis de iure ciuili, filius, vel filiafamilias matrimonium sine
1 consensu patris contrahere non potest, † vt est tex. in l. Paulus alias eum, qui ff. de statu homi. & in l. siue, vt proponis la 2. & in §. masculi in versi. (dum tamen) in tit. de nupt.

Nihilominus, quia sumus in materia matrimonij, cum sit vnum de septē Sacramen-
2 tis Ecclesiæ, † vt est tex. in cap. debitū de Biga. extra, & declarat glo. in c. fi. de transl. Episco. Imò, qui contrarium teneret, est anathema, ita sancitum est in Sacro an. Cōcil. Trid. 24. sess. c. 1. & plenè Fed. de Sen. i cōs. 36. n. 2

Sequitur, quod in isto casu seruandum est ius
3 canonicum † cap. penul. & c. fin. de secund. nupt. extra, voluit glo. in regula possessor, vbi Ioannes Andr. in suo Mercuriali de reg. iur. in 6. & no. in §. 7. de gradu. cogna. instit. Notaturq; quod res spirituales, secundum Canones
4 sunt determinandæ, † vt est tex. in c. fi. de præscript. extra, & in c. 1. & 2. de oper nou. nun.

Quod tali casu contrarium est de iure ca-
5 nonico est tex. † in cap. 1. de spons. impub. & per glo. in cap fin. 32. quæst. 2. & ita concludit glo. in d. l. cum qui supra de stat. homi. & glo. in c. de Raptoribus, & ibi Archidia. 36. quæst. 1. per Ang. in l. obligamur nume. 1. ff. de act. & oblig. Imò in l. 1. nu. 3. ff. solu. matrim. & ibi Alex num. 31. Bald. & Ias. in auth. Res q; C. comm. de leg. & plenè per Baptistam a Villalobos in tract. comm. opi. in littera F. in versic. filia in ad l. na n. 140. fol. 169. nume. 130. et quod filia possit nubere sine consensu patris, tenet Alex. in consil. 1. nume. 4. & ibi add. in 3. vol. & quod hæc opin. * sit communis, ita tenet Franc. Viui. in tract. comm. opin. in littera F. versi. pater tenetur nu. 123. & 124. fol. 217. & Ang. de Gambellio. in cōsil. 74. num. 6. incip. in casu prędicto videtur, & hanc partem tenet Dec. in l. nuptias, nu. 8. ff. de reg. iur. vsq; ad numerum 10. qui quotas allegat, & hanc partem verissimam determinauit eadem sancta Synodus in d. Cōcil. Triden. eadem sessio. 24. in rub. de reforma. matr. in c. 1. Sit firma conclusio, quod absque cōsensu patris, ista Antonia filia possit se nuptui tradere, quia nuptias, non concubitus,
6 sed consensus facit. † vt d. l. nuptias ff. de regu. iur. & hāc partem firmat Io. Faber. in suo breuia. in l. si pater C. de dot. promiss. prædicta, & Moder. Niger de Camp. in c. Reg. vt fine num. 46. vbi pulcrè sub rub. de raptor. virg. sub color. matrimonii.

Hinc est etiam, quod si esset statutū laicorum, quod filia non contrahat matrimonium sine cō-
7 sensu patris, quod non valet, † ita Tibe. Dec. a. in respon. 13. num. 10. vol. 1.

Ad secundum etiam dixi, ex quo filiafamilias

lias cōtraxit matrimonium lege promittente. † Quia secundum Canones hæc, pœnam nō meretur l.Graccus C.de adult.& sic pater
8 dotare tenetur. Ita est glo. in c.fin.32. q.2.& 36.q.1.& in d.c.de Raptoribus in verbo (excusata 30.q.2.concluditq; ita Anchar.in cōsil.21.& Dec.in d.l.nuptias nu.13. & ita decisum esse testatur Cappella Tolos.289. & 290. tenetq; hoc idē Iacobin. de Sangiorgio in l.vnica nu.7. C.si aduersus dotem restitutio postulet, & ibi quoq; additionator. Hoc voluit etiam Abb. post Ioan.Andr.in c.accedens de procur.extra, vbi etiam glo. in verb. (respondendum) in versi. (si vero) & Carol. Ruyn. in consil.233.nume.7.volum.1. & idem Ruyn. in consil.131. nume. 1. volumine 4.

Imò si maritaretur filia patre inscio, & etiam ante 25.annum (& ꝙ peius indigno) ꝙ
9 tali casu etiam pater dotare tenet, † ita aperta fronte tenuit Ias. in auth. sed si post C. de inoff.testa à num.5. vsque ad finem,& idem Carol.Ruyn. in consil.86.nume.7.volum.2. exorditur Paul. de Castr. in l.si filiam nume. 3. C. de inoffic. testamen. pulcherrimè, ita concludit Ang.de Gambell.in consil.74. incipiente in casu prædicto nume. 8. & per gloss.in C.sanctum 32.quęstio.4.& Couarr. in tract.de matrimon.in secunda par.in §.8. per totum,& Ioan.Brunell.in tract. de sponsal.& matrim.in conclusione 17. incipien.in sponsalibus, & matrimonijs non requiritur consensus patris: par.2. per totum.

Et in tantum est vera ista conclusio, ꝙ in
10 tali casu pater cogitur iudicis offitio, † vt p Alexan. in consil.33. in 4.volum.diffusè Ioannes Brunel.in d.tract.de sponsal. & matri. in num.2. in versi. (item ampliatur) in tom. tract.9. & per Anto. Gubertum in tracta. de sponsal.& matrimo. in rubr. An nuptiæ sine consensu patris cōsistant,per totam quæstionem eod.tom.9.

Nec obstat si diceretur ꝙ posset exhęreda-
11 ri, † quia Saly.in l.si vt proponis la 2. C.de nupt. respondens dicit, ꝙ illud olim procedebat quando maritabatur indigno,vt l.3.§. emancipatus ff. de contratabulas, hoc firmat Decius in d.l.nuptias in fin. verb. Hodie vero nullo modo potest, quia non est de causis approbatis in §. causas in authen. vt cum de appell.cognos.& ita Lodou.Roman. in consil.486.in casu appositæ, & idem Salycet. in auth.sed quamuis C. de rei vx.acti.nume.2. & 3.& Alber.Bru.in tract.quòd existentibus masculis in 9.articulo in 2.quæst. nume.50. & pulchrè Ias.in §.fuerat nume.119. inst.de actio.& hæc *opin.est comm. vt dicit Curt. Iunior in auth.Resq; num.25.C.commu.de leg. & ita refert Baptista Villalobos in tracta: comm.opin.in littera D.in verbo (dotem tenetur) in versi.(amplia 1.)nu.183.& 184.& Franc.Viui.in eod.tract.in littera F. in quęst. incip. pater tenetur fol.217. ita Franc.Niconitius in rub.de testā. nume.201. & clarè per Ioannem Cintolam in comm.arbitr.affini. in q.2.in eod.tom.tract.9.& p Salyc.in d.auth. Resq; nu.2.C.comm.de leg. & Ant.Burgos. in cap.Eccles. S.Mariæ nume.376. de const. in tom.rep.2.

12 Et ista dos arbitrabitur † iuxta formā legis quæro ff. de iur. dot.vt declarat Anchar. in d.consil.21. & Afflict. in constit.Regni in aliquibus num.32. & sic ad Dei laudem fuit executum, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Quarta vxori promissa non autem in secundo die votorum tradita etiam contra Barensem consuetudinem debetur, & de intellectu dicta consuetudinis.

SVMMARIVM.

1 *Vxori quarta promissa, & in secundo die votorum non tradita non debetur regulariter.*
2 *Fallentias regula declarat.*
3 *Quarta,nec messiū,sine īstrumētis peti possūt.*
4 *Forma l.Longobardorum declaratur.*
5 *Per traditionem instrumenti transfertur dominium.*
6 *Quarta dicitur Morginc.et quare sic vocatur.*
7 *Quarta debet constitui cū scriptura secundum ius Longobardum.*
8 *Soluto matrimonio mulier non potest petere, vt donatio sibi constituatur.*
9 *Quarta promissa etiā non constituta,debetur.*
10 *Ex promißione dotis potest agi,tā ante, quàm post matrimonium.*
11 *Dos,& donatio ꝓpter nuptias æquiparātur.*
12 *Mulier virtute promißionis potest agere ad interesse ratione quartæ.*
13 *Seruitus quę nō potest constitui pōt promitti.*
14 *Quartam esse promissam, vel constitutam respectu mariti, paria sunt non creditorum.*
15 *Scriptura non est de sollemnitatibus in quarta etiam de iure Longobardorum.*
16 *Quarta promissa per testes probari potest.*
17 *Sacramentalia dabantur deficientibus scripturis de iure Longobardorum.*

Digitized by Google

18 *Scriptura requirebatur, ne incideretur in periurium.*
19 *Intellectus ad l. primam de iure Longobard. in rub. de his quæ à viro mul. dantur, num. 58.*
20 *Promißio, & solutio, à pari procedunt.*
21 *Promittens aliquid facere, si non fecit, hæres adimplere tenetur.*
22 *Quarta promissa, respectu creditorum non debetur.*
23 *Promißio cũ scriptura præsumitur stipulata.*
24 *Declaratur doctrina Ang.*
25 *Dictum glo. in auth. dos data, reprobatur.*
26 *Donatio propter nuptias, constituta dote, de necessitate debetur.*
27 *Cautela reperta per auctorem ad fugiendas contrarietates.*
28 *Dictiones nunc, & ex tunc extremitatem temporis ostendunt.*
29 *Differt hæc quarta à Trebellianica, falcidia, & legitima, & alijs.*
30 *Aes alienum ab alijs quartis non detrahitur ab ista sic.*
31 *Ex hæreditate dos vti præcipua, deducẽda est.*
32 *Impensa funeris, secundo deduci debet, licet quando hæreditas est soluendo; est secus.*
33 *Lucra maritalia, tertio præferuntur, & vltimo æs alienum.*
34 *Ad hæredes transit onus actiuè, & paßiuè.*
35 *Aes alienum primo deduci debet, & inde solui lucra maritalia.*
36 *Mulier tractat de lucro, creditores de damno.*
37 *Consuetudo recipit interpretationem à iure communi.*
38 *Lucra maritalia, debentur ex hæreditate.*
39 *Hæreditas nõ dicitur, nisi deducto ære alieno.*
40 *Aes alienum consistit in creditoribus.*
41 *Distinctio quæstionis.*
42 *Debitum si est cõtractum post matrimonium primo debetur.*
43 *Mulier pro quarta potest agere contra tertios possessores in bonis per maritum alienatis, post matrimonium contractum.*
44 *Quarta ista potest etiam constitui à filio cum consensu patris.*
45 *Quarta competit vxori super bonis viri in vnaquaque re.*
46 *Nisi res commodè diuidi non posset.*
47 *Nisi mulier consenserit, vt bona existimẽtur.*
48 *Ex diuturnitate tẽporis, maximè non existente memoria hominum in contrarium, inducitur lex.*
49 *Verba præteriti temporis, rem perfectam designant.*
50 *Scriptura in quarta ad probationem requiritur.*
51 *Instrumentum dotarij simpliciter factũ præsumitur omni sollemnitate factum.*
52 *Mulier lucratur quartã secuta copula carnali.*
53 *Testes, & instrumenta, parem vim habent.*
54 *Legatarius potest rem vnam acceptare, & alteram repudiare.*
55 *Consuetudo Barensis. Mulier quartam, procedit respectu creditorum, non mariti, vt dixi supra num. 22.*
56 *Mulieri debetur quarta ex capite promißionis stipulatæ.*
57 *Quarta dominium, illico transit in vxorem.*
58 *Intellectus l. primæ de his quæ à vir. mul. dantur in Longobard.*
59 *Ius simpliciter prolatum, de iure ciuili intelligendum est.*

DETERMINATIO IV.

MARITVS quidam tempore cõtractus matrimonij suæ vxori quartam generalem omniũ bonorum præsentium, & futurorum in secundo die votorum tradere promisit. Euenit quòd in die prædicto non tradidit. Vxor mortuo viro egit, vt sibi tradatur: dubitatum fuit, an vxor hæc, rectè agat.

Et primò videtur dicendum, ꝙ huic mu-
1 lieri non cõpetit, † ita videtur colligi ex tex. l. 1. in rub. de his quæ à vir. mul. dant. in Lõgobarda, vbi Carl. Glosat.

Secundo in hac Ciuitate Barensi habemus legem consuetudinariam, in rubr. solu. matr. in §. Morgincap. verò verba cuius sunt hęc, videlicet.

Morgincap. verò si non fuerit traditum, licèt promissum ostẽdatur, tam legis sententia, quàm morum consonantia non petetur. Nisi de tradendo Morgincapite in iuditio facta contestatio demõstretur, in hoc siquidem de promisso Morgincapite cõtestatio operatur quantum, & ipsius traditio corporalis.

Ex verbis igitur tex. prędicti colligitur regula, ꝙ Morgincap. si non fuerit traditum, non obstante, ꝙ sit promissum, ꝙ nullo mo-
2 do debetur, † fallit dicta regula, quãdo mulier fecisset cõuenire virum, vt veniat ad tradendum instrumentum Morgincapitis, & cũ eo esset lis contestata. Tali enim casu, licet esset promissum, nihilominus debetur. Ita colligitur ex verbis. (nisi de tradendo) & per iureconsultum ponitur in tex. Ratio: Nam paria sunt in hoc casu contestatio litis, cum viro quàm ipsa corporalis traditio. Ita innuit ex vltimis verbis dicti tex. ibi (in hoc siquidẽ.

Cum

Digitized by Google

Cum igitur in casu de quo quæritur tantummodo fuit promissum, & non constitutum: nec reperitur mulierem ante mortem viri mouisse litem, & eam contestasse.

2 Ergo non rectè agit,† & clarè Carol.glo.notat in l.fi.in rub.de ea quæ sine author. mũd. ad vir.ambulab. & Afflict. in l. Regni licentiam num.6.versi.quinto quæro, vbi expressæ tenet,ꝙ dotarium non debetur,nisi sit cõstitutum sub rub.de dotar. constituen. lib.3.

Tertio innuitur ex alia Barensi consuetu-

3 dine † posita in rubr. de dona. inter vir. & vxor. in §. in matrimoniis in versic. (si verò post patriæ) vbi disponitur,ꝙ vbi non est instrumentum, nec quarta, nec messium poterit postulari: modo sic, instrumentum morgincapitis sit in secundo die votorum, vt no. in d.l.1. de his quæ à vir.mul.dant. & in l. Regni. Mulier quæ dotarium, vt infra dice-

4 mus, vbi glo.dat formam dicens, † ꝙ l.Longobardorum in secundo die votorum debet ire vir ad vxorem, & ante parentes, & amicos tradere instrumentum Morgincapitis.

Et per traditionem instrumenti trãsfertur

5 Dominium ipsius quartę in vxorem † l.1.C. de dona.& glo.de tocco.in alleg.l.1.

In casu isto in secundo die votorum non fuit traditum instrumentum. Ergo petere quartam, istam mulier non poterit.

Ad prædicta validius corroborãdo est notandum, ꝙ hæc quarta quæ Morgincap. vocatur, vt dixi in quæst. mea--- ibi quare di-

6 citur Morgincap. † declaraui, descẽdit à iure Longobardo,& tali iure requiritur, ꝙ cõ-

7 stituatur cũ scriptura, † ita no. in l.fi.in rub. de hisq; sin.volun.mund.& in d.l.1. in Longobarda, vt dixi in hoc casu non sic actũ fuit ergo &c. & hanc opin. tenet Niger de Campa. in cap. Regni. Mulier quæ dotarium in num.28.

8 Quarto corroboratur hęc opin.† per Ange.in auth.de æqual.dot. in §. aliud in versi. sed tunc quęro num.3.vbi dixit ꝙ matrimonio dissoluto, mulier nõ potest petere, vt donatio sibi constituatur: Imputetur ergo mulieri, cum costante matrimonio fieri non petiit, & ita dicit tenere gl.in auth.dos data C. de donat.ant.nup.in ver. (exactio) vbi dicit, ꝙ facto diuortio nõ potest agere, sed sibi imputetur quare constante matrimonio nõ fecit sibi fieri donationem: hoc idem videtur sentire Odofr.in d.auth. dos data in vlt.quæstio.dum ipse tenet, ꝙ viuente marito, poterit mulier petere,vt constituatur ergo à contrario sensu, secus si post mortem. Et ita est tex.l.si intra illum diem,& ibi Bar.ff.de pact. per Abb. & Innoc. in c. donatio extra de donat.int.vir.& vxor. & per glo. in §. igitur in verbo (virum) in auth. de æquali dot. & sequitur Ferr.in tract.variet.inter ius ciuile, & Longobardum in rubr.de donat.

In contrarium partẽ ex his rationibus concurro; & primo ꝙ debeatur ex promissione licet non sit constituta in secundo die votorum aperta fronte in terminis nostris tenet

9 † Afflict.in d.l.Regni licentiam in 10. quæstione,& præcipuè illa ratione. Nam ex promissione dotis, tam constante matrimonio,

10 quàm soluto agi potest,† vt in auth.de nup. §.dotis, circa finem no.in l.1. C.de dot.promiss.Ergo idem dicemus in Morgincap. promisso constitui. Cum dos,& donatio propter

11 nuptias æquiparãtur,† vt in auth.de æquali.dot.in prin.& hanc opinionem in terminis legis Longobardæ,tenet Carol.glo.in d.l.fin. in rubr.alias allegata, de ea quæ sine author. mund.ad vir.ambula.in ver.(exquirerant) in tex.ibi,nec promissa,nec data fuerit. Ergo si promissa debetur, ita ponderando verba illa videtur concludendum, & rectæ.

Secundo hoc corroboro authoritate Sebast. Neapod. in consuet. incipien. quartam in consuet.Neap.sub rubr.de iur.quartę nume.17.qui dixit in terminis illius consuetudinis, in qua requiritur etiam, ꝙ non solum sit promissa, sed constituta, in ver. (constituta) ꝙ mulier virtute promissionis poterit

12 agere ad interesse contra hæredes † arg. l. 2. §.ex facto ff. de verb.oblig. & sic dicit esse in seruitute, quæ non potest constitui. Tamen potest promicti constitui,vt cõstituatur tem-

13 pore quo habebitur prædium, vt † l. seruitus §.fin.ff.de ser.rust.præd.& l.1. ff.si serui. vendicet.

Tertio ego consideraui, ꝙ respectu viri. Paria sunt quartam esse promissam constitui, vel in secundo die votorum constitutam esse, quòd secus esset respectu creditorum, & secundum hanc meam opinionem reperij

14 † Vincen.Maxill. declarantem in consuetu. Barij,in §.quarta tradita,in nu.9. At in casu isto mulier agit contra hæredes,& bona mariti sibi obligata pro prædicta quarta, non contra creditores. Ergo &c.

His veris non obstant iura in contrarium

15 adducta. Nam † Carol.ibi tenet hanc opin. & dicit ꝙ illa sollemnitas non est de substantia. Immò, ꝙ potest probari per testes, & sic videtur ꝙ non requiratur scriptura, & ꝙ fiat in secundo die votorum. Et ibi non dicitur, ꝙ si ita non fiat, ꝙ aliter non debeatur, & ꝙ testibus, & confessione partis probari potest,

Digitized by Google

16 hoc tenet etiam † Andr.de Iser.in cap.1. §. donare qualiter oli.feud.alien. pot. in final. verb.

Secundo dico ponderando verba illius l. primæ, ibi (ne in futurum periurium incurrat)ex quo iure Longobar.deficientibus scri-
17 pturis,recurrebatur ad sacramentalia,†vt in l.si qualicunque causa in rubr.qualiter quis se defendere debeat in Longobar. Ideo lex in const. quartæ requirebat scripturam: ne deueniendo ad aliquod iuramentum incurratur in periurium,& sic præsupponitur quòd ideo requiratur scriptura ad fugiendū periurium, & non ꝙ sit de sollemnitate: & ita
18 declarat†Ioannes Bernardinus Pand. in tractã.de dotario in 1.par. in quæstio.7. in tom. tract.in nouiss.9.vbi etiam plus dicit, ꝙ duo
19 requiruntur in illa lege primo,quòd fiat publicatio palam in die votorum coram Amicis, & parentibus,& ꝙ fiat scriptura testibus roborata. Et quia pōt esse, ꝙ scriptura amictatur. Ideo fit illa declaratio palam. Coram amicis, & aliis, & sic ne incurratur in periurium.

Vel ideo debetur Morgincap.promissum. Ne vxor incidat in periurium adulterando. Ita Maxill.in consuet.1.nu.7.de donat. inter vir.& vxo. etiam si fuerit constituta ad ex talium, idem Maxill. ibidem nu.20. & ego dico in commento d. consuetudinis Morgincap.ibi vide &c.

Præterea ego dicebā, quòd in casu nostro adest scriptura, nam per stipulationem promisit constituere: ecce igitur scriptura, promissio, & constitutio, seu solutio à pari pro-
20 cedunt, vt de hoc est tex. † l.fin. C.ad l.Falcid.Alexan.in l.si filius nume.3. ff. si cert.peta. ergo.

Hinc dicimus etiam, ꝙ quando quis promictit aliquid facere hæres adimplere tene-
21 tur, vt doctè † Alex.in consil.106.num.--in 3.volum.ergo.

22 Non † obstat tertia Ratio dictæ cōsuetudinis, quia habet locum, quando vxor ageret,& se opponerent creditores,quia in præiuditium creditorum procedit. Secus est in casu nostro quando agitur contra bona, & hæredes mariti,respectu promissionis. Quia omnino debetur, vt declaraui cum Maxilla in tertia consideratione pro hac parte facta.

Ad tertiam rationem de alia consuetudine, responde,vt dixi in prima responsione,& sine scriptura valet,& tenet: vel dic,ꝙ in casu isto sat est stipulatio promissionis, quia cū
23 scriptura promissa est. Ergo &c. † l.1. ff. de verb.oblig.Sed dicitur etiam,ꝙ si examinentur quinq; testes sufficiunt pro scriptura,vide quæ dixi infra, & promissio in scripturæ redacta intelligitur cū stipulatione Cagn. in l.lecta nu.89.cum seq.ff.si cert.pet. ergo &c.

Ad quartam rationē, & sic ad dicta Ang. responde, vt supra dixi, ꝙ sua opin. non loquatur ꝙ anteà promissa fuit, & sic loquun-
24 tur alia iura. Ita ei respōdet † Afflict. in d.l. Regni licentia.

25 Ad † glo. in Auth. dos data respōdet Dominus Cyn. & dicit ꝙ illa glo.reprobata est, quia induceret inæqualitatem si mulier soluto matrimonio petere non posset donationem, licet in vita non esset constituta. Cum
26 ipsa debetur ex necessitate, soluta dote † d. Authen.dos data, & sic sequitur opinionem Martini tenentis petere posse etiam si non constituta foret.

27 Et ideo † ego solitus sum ad fugiēdas has discussiones dare hanc cautelam his verbis. Et dictus vir promictit pro messio, seu metamessio ad extaliū, & pro quarta ducatos tot. Lucrandos à dicta sua vxore, ex nunc,prout ex tunc,ac etiam si constituta foret,in secundo die votorum, iuxta consuetudines Ciuitatis Bari in scriptis redaptas,quibus expressæ renunciāt, & quòd dominium quartæ ex nunc prout ex tunc transferatur, iuxta leges Longobardas &c. Ex qua cautela omnes lites, & controuersiæ deciduntur. Nam per illam dictionem ex nunc, & illam ex tunc videtur actus gestus eo tempore, & Cagnol.in l.lecta nume.80. ff.si cert.petat.& stante re-
28 nuntiatione quæ fieri potest † l.fin. de pact. ex quo in inuitum nō confertur benefitium per regulas claras. Ideo restat videre.

Nunc quęritur vtrum vxori debeatur ista quarta deducto ære alieno.

Conclusiuè sic respondeo. Hęc quarta,quę descendit à iure Longobardorum, quam mulier lucratur super omnibus bonis viri ꝑ mortem dicti viri, differt à quarta Falcidiæ, vel Trebellianicæ, & à quarta, quæ debetur filiis iure naturæ. Nam quando essemus in istis vltimis quartis,indistinctè deducitur æs alienum primitus, & funeris impensa. Et prætia seruorū manumissorum. Ita demum
29 tradatur dicta quarta, † ita est text. §. Cum autem ratio inst.de lege Falcid.

30 Sed † ista quarta, quæ debetur vxori, debet nō deducto ęre alieno,& quia hanc causam habui in Terra Genusij pro habenda veritate, sic respondeo.

In causa magnificæ Rosæ Crucinij Terræ Ge-

Genusij, cum hæredibus quondam Angeli
d'Annichino sui viri super restitutione do-
tium, & lucrorum maritalium, ita procedé-
dum esse assero.

Primò ex ista hæreditate dos vti præcipua
31 est deducenda † l.1.vbi omnes ff. solu.matri.
& Maxill.in consuet.Baren.in §. quarta tra-
dita nume.10. sub rubr. de donat. inter vir.
& vxor.

Secundo debet deduci impensa funerum,
32 per tex. l.pen. ff.de religio.& sump.fun.&
& quamuis Aret. in d.§.cum autem inst. de
l.Falcid.dicat istam impensam præferri doti.
Dixi ꝙ procedit quando hæreditas non esset
soluendo secus, quando est soluendo, quia
procedit quod dixi, vt ibi, & clarè Ioannes
And.in add.Speculat.in rub.de sepult. versi.
(fecisti) & Abb. in quęst.3. incip. Sempro-
nius num.1.& Bursat.in consi.249.num.24.
vol.3.& in consi.298. num.12.volum.eod.

Tertio dixi,ꝙ habebit iura sua lucrorum,
33 & vltimo æs alienum soluatur † cum ad hę-
34 redes transit onus actiuè, & passiuè † l.hæ-
res in omni, vbi Castrens.ff.de acq.hæred.

Pro parte hæredum dicebatur cõtrarium
35 hoc modo, † primo debet deduci æs alienũ,
& deinde solui lucra maritalia,mouentur ea
36 potissima ratione, mulier † tractat de lucro:
Cæteri de damno, quorum par nõ est causa,
ista mulier lucratur quartam hãc ex consue-
tudine. Quæ consuetudo recipit interpre-
37 tationem à iure communi, † & de iure non
38 debentur lucra, nisi ex hæreditate. † Hære-
39 ditas non dicit̃, nisi deducto ære alieno † æs
40 alienum cõsistit in omnibus † creditoribus.
Ergo &c. l. subsignatum §.bona ff. de verb.
& rer.sig.

Ego dixi, vtsupra nam prædicta non pro-
cedunt in casu isto, sed distinguendo ambas
opiniones concordabimus.

41 † Aut istud æs alienum est contractũ an-
te matrimonium, & quartam constitutam;
aut post matrimonium sequutũ Si igitur di-
ctum debitum fuit contractum ante matri-
monium regula hęredum allegata benè pro-
cedit.

42 † Aut fuit contractum post matrimoniũ,
& tunc regula per me dicta, & allegata bene
procedit, quæ distinctio est Imperatoris in l.
assiduis in fin. C. qui pot.in pign.habean. &
secundum hanc distinctionem cõcludit Ca-
rol.glo. in d.l.1.in rubr.de his, quæ à vir. in
Longobar. & sequitur Affl. in l. Regni mu-
lier quæ dotarium nu.27.versic.(quid si ma-
ritus) & Nig.de Camp.in cap.Regni mulier
num.27.versic. (sed quæro) sub rubr.de do-
tar.mulier. & Maxill. idem affirmat in con-
suetud.Baren.in §.in omnibus aliis, sub rub.
de donat.inter vir.& vxo.numo.39. & seq.&
Io.Berar.Pand. in dict.tract. de dotario in 3.
par.in q.4.& in fidelissima Ciuitate Neap.ad
fugiendam hanc controuersiam adest cõsue-
tudo in scriptis, quæ incipit quartam, sub
rub.de iur.quar. ita distinguens, vt ibi etiam
declarat Neapod. & secundum hanc distin-
ctionem, auditum habui in Ciuitate Licij;
hanc causam sententiatam esse, & visis his
meis allegationibus per Excellentem Domi-
num Carolum de Gugliotta cõcurrit, & Ex-
cellens Dominus Leonardus de Leonardis
montis Caueosi in eadem sententia concur-
rit, & Excellens Dom. Nicolaus Franciscus
de Polo, & est videre Nig. de Camp. in cap.
mulier dotarium nume. 27. & secundũ hanc
opin.tenet Neapod.in d.consuet.in glo. (an-
te quartæ constitutionem) & secundũ hanc
meam opin.decisum esse nouiter testatur Vi-
43 uius † in decis.163.incip.quarta debetur, &
Clarius in decis.258.incip.donatio nume.3.
in 9.decis.idem diui. declarat, ꝙ per prædi-
cta quarta,mulier potest agere contra tertios
possessores pro bonis alienatis per eius mari-
tum post promissionem, & constitutionem
ipsius quartæ, & per Afflict. in d.const. Mu-
lier quæ dotarium num. 14.& num.37. &
per Neapod.in consi.Neap. quartam in voce
(deducto) à filiofamilias cum consensu pa-
tris potest constitui, ibi declarat ad quem re-
curre.

Et ista quarta potest constitui, à filiofam.
44 cum consensu patris,vt per † Viu.ibid.decis.

Solet etiam multotiens dubitari, an hæc
quarta competit mulieri super vnaquaque
45 re, † aut debet fieri extimatio bonorum, &
dari sibi quarta pars extimata, dicas absque
scrupulo, ꝙ in Ciuitate Bari prouisum est
per consuetudinem cuius tenor talis est.

Mulier quartam de singulis rebus per mi-
nutias poterit vendicare, nisi sint res quæ nõ
possint diuisioni commodè subiacere: tunc
enim in vna re integra sibi quarta soluetur
limitabis, nisi mulier se contentauerit, quia
tunc poterit fieri extimatio, & tradi quarta
pars per alias stamus huius legi, &c. Ex ver-
bis primis igitur notatur, ꝙ mulieri compe-
tit quarta per minutias, super vnaquaque re
dicti mariti 2.no. ibi nisi fallentiam, nisi res
46 non possent commodè diuidi, † quia tunc
in vna re integra competit 3.notatur ex vlti-
mis verbis: nisi mulier consenserit, vt bona
47 mariti extimentur, † quia ipsa poterit sibi
tradi facere quarta pars extimata, & hæc di-
cit

cit hic §. quòd nota.

Sed hodie vigore clausularũ, & hypothecę, mulier pro ista quarta, potest agere, super vna re, & non per minutias, & sic vidi in dict. Reg. Cur. Barij, pluries determinatum, & sic contra istum text. Ratio esse potest, ne patrimonium corrumpatur l. nõ amplius §. fi. cum l. seq. ff. de leg. 1. glo. in l. meminimus, in princ ibi, & omnes in verbo participibus C. quando, & quibus pars quar. deb. lib. 10. Vel ponderando verba prædictæ consuetudinis, ibi (poterit) cum verbum potest non inducat necessitatem l. is, qui potest ff. de acq. hær. ergo est in arbitrium mulieris. Qui procederet quando esset solum promissa, & constituta verbo. & non cum iuramẽto, & cum amplissimis clausulis, licet ego ægrè tuli. Quia cõsuetudo est clarissima.

Et cum in præsenti anno 1590. in Terra Rutiliani Prouintiæ Bari, Notarius Ioannes Angelus Spanus, fuisset à luce subtractus; Magnifica Cassandra d'Arimpio eius vxor petiit quartam, & messium, & cum per hæredes fuisset oppositũ, ꝙ quarta prædicta cum non reperiret constituta in secundo die votorum, sed tantum promissa, quòd non deberetur, & seruatis seruandis, & compilato processu orta fuit sentẽtia in fauorem dictæ Cassandræ, & pro ea fuit primo allegatum, vt infra.

In causa quã Magnif. Cassandra de Arimpio relicta quondam Notarij Ioãnis Angeli Spani Terræ Rutiliani, habet cum Vito Antonio Spano, hærede vniuersali quondã Notarij Ioannis Angeli super consignatione, ac restitutione quartæ generalis omniũ bonorum ipsius in hæreditate repertorum, ac super solutione ducatorum 66. pro messio, & metamessio eidem per eius virum constituto. Ac petiit poni in possessione quorundam legatorum per eam acceptatorum, & alias, vt in processu; sic determinatum fuit.

Pro parte hæredis dicitur, ꝙ in secundo die votorum non adest instrumentum Morgincapitis, iuxta consuetudinem Barensem, q̃ incipit Morgincap. vero in rub. solu. matr.

Secundo opponebatur, ꝙ non apparebat matrimonium esse contractum per verba de præsenti &c.

Tertio dicebatur, ꝙ huic mulieri sunt facta plura legata, ita ꝙ non potest vnum renuntiare, & aliud amplecti.

Ad primum dicitur, ꝙ in dicta Terra Rutiliani, non viuitur secundum illam Barensem consuetudinem, sed quartam tradi solere tempore stipulationis, & contractus matrimonij, & hoc à tanto tempore, quo non existit memoria hominum in contrarium.
48 † arg. tex. l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & esti. & l. 1. §. fin. de aqua plu. arcend. cum similibus.

Secundo dicitur, ꝙ in casu isto non requirebatur, nã verba in instrumento dotali sunt hæc (fecit, & constituit) & sic per verbum
49 pteriti temporis, ꝙ rem perfectam significat.

Tertio dicitur, ꝙ instrumentum Morgincapitis non est sollemnitas, sed ad probatio-
50 nem requiritur glo. † in l. 1. in ver. (præscriptum) in Longobard. de his, quæ à vir. mulier. dantur.

Quarto instrumentum simpliciter dotarij confectum, licet non sit sollemnitatibus vallatũ, valet, quia præsumuntur omnia sollemniter facta secundum Lallum de Tuscia,
51 † in l. Regni mulier quæ dotarium num. 3. sub rubr. de dotar. constituendo.

Quinto mulier lucratur quartam, secuta
52 copula carnali Ang. † l. si à sponso C. de donat. ant. nupt.

Ad secundum fuit responsum, ꝙ sponsalitia per verba de præsenti, & ante fores Ecclesiæ fuit probatum per plures testes, qui
53 parem vim habent cum instrumentis † l. in exercendis C. de fid. instr. l. 1. ff. eod.

Quoad tertium de legatis respondetur, ꝙ de iure est prouisum, quòd legatarius potest renuntiare rem vnam legatam, & alte-
54 ram amplecti † tex. est in l. sed duobus ff. de leg. 2. & ita sentio: dummodo legatum sit diuiduum, vt in casu isto, alias secus per text. l. neminem ff. de leg. 2. & l. etiam si patris ff. de leg. 1. Cagnol. in l. diem funto. num. 210. ff. de off. assess. vbi abundanter de hac materia, & Ioseph. Lod. in rubr. de leg. in conclu. 1. versi. 8. legatarius in tom. com. opin. 3. sic cõpater meus Ioannes Baptista de Moscatellis, concludebat cui me subscripsi hoc modo.

Quam doctè per eximiũ, ac eccellentem causæ Patronum sit dictũ clarè liquet, ideo de sola requisit⁹ subscriptione prædicta corroboro his rationibus.

Licet consuetudo Barensis, quæ incipit Morgincap. sub rub. sol. matrim. requirat instrumentum Morgincapitis in secundo die votorum (quæ rei veritate in Terra Rutiliani non seruatur) procedit quando mulier a-
55 geret contra creditores viri, † sed quando agit contra mariti hæredes, & eius bona tũc non requiritur, ꝙ sit constituta. Sat est ꝙ sit promissa, ita declarat doctè honorandus noster Maxilla in commento suo, in §. quarta tradita sub rubr. de donat. inter vir. & vxor. nu. 9.

Digitized by Google

nu.9.ver. (non obstat q.)

Secundo, & fortius dico, dato quòd esset in casu isto promissa cōstitui, etiam quòd non fuisset constituta, omninò debetur vxori
56 ex capite actionis ex stipulatu, † & dat vti interesse, ita not.in arg.in l.2. §.item si in facto ff. de verb.obliga. & in propriis terminis nostri statuti, ita declarat Sebastia. Neapod. maximè authoritatis, in cōsuet. Neap.incip. quartam,sub rubr.de iur. quart. in verbo cōstitutam nu.17.in versi.(vel competit.)

Tertio in hoc instrumento dotali, fuit cōstituta perverba pteriti perfecti,vt ex lectura apparet,& sunt verba hæc (fecit,& cōstituit quartam generalem omnium bonorum suorum mobilium, & stabilium præsentium, & futurorum lucrandam pro eius obitū secundum iuris dispositionem.

Ecce qualiter ex prædictis verbis non requiritur aliud instrumentum, quia fecit, & constituit,& sic tunc tradidit instrumentum Morgincapitis, & tunc dominium quartæ
57 transiuit in vxorem † l,1. C. de donat.& in l.1.de his quæ à vir.mulier.dant.sæpius allegata in Longobar.vbi etiam dicit,q vxor lucratur quartam,etiam q non constituatur in secundo die votorum, quia illud instrū mentum fit ne incidatur in periurium,vt in illa l.
58 disponitur, † & dixi in quæstione mea, vt declaro melius infra.

Secundo pondero vltima verba,dum dicit (lucrandum secundum iuris dispositionem) quotiescunque igitur fit mentio simpliciter
59 iuris,intelligitur de iure Romanorum §.ius autem inst.de iur.nat.gent.& ciuil.ita declarat Socy.Iun.in consil.271. Dec. in consil.6. nu.86.Fran.Bursa.in cōsi.189.nu.43.in 2.lib.
* vbi dicit, q hæc est * communis practica, & obseruantia,Roma.in consil.229. vbi Mandos.clarè declarat, quomodo intelligitur de iur.Rom.cum absq; alia addictione dicatur. Cum igitur hic dixit(secundum iuris dispositionem) ergo de iure Romanorum, mulier lucratur quartam per carnis copulā, per solutionem dotium,& mortem viri,vt in auth. dos data C.de don.ant.nupt.& in d.l.1. Hæc omnia tria concurrunt in casu isto videlicet, solutio dotis,carnis copula, & mors viri, ergo &c.Et merito dicemus,q consuetudo Baren. habet locum, quando vxor agit ex promissione contra hæredes, & bona mariti: secus esset si contra creditores;quod non est in casu isto, secundo debetur ex stipulatione, Ratione interesse, & tertio, quia omnia illa tria concurrunt, & sic respondeo, & Domino sit laus. Sempronius Ascia V.I.D.

Et sic in fauorem mulieris per Excellentem Dominum Nennam V.I.D. Barensem fuit sententiatum de Mense Martij die 23. in Anno 1590.

ARGVMENTVM.

Mulieri constante matrimonio, tam pro dotibus, quàm quartà, & meffio ob vergentiā mariti ad inopiam assecuratio competit, creditoresq; impedit ante sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Vxori, pro dotibus, & lucris maritalibus assecuratio competit.*
2 *Donatio propter nuptias de iure Longobardorum dicitur meffium, seu metameffium.*
3 *Assecuratio cōpetit etiam pro quarta de iure consuetudinario Baren.*
4 *Pacta inter contrahentes obseruanda sunt.*
5 *Mulier non potest impedire creditores ante sententiam.*
6 *Opinio contraria est verior.*
7 *Vxori currit præscriptio, à die vergentis mariti ad inopiam.*
8 *Mulieri reuocato, precario, & constituto sufficit dicere, quòd maritus vergit ad inopiam.*
9 *Mulier impedit creditores quoad proprietatem, & fructus pendentes.*
10 *Fructus pendentes dicuntur pars soli.*
11 *Assecuratio conceditur, vt se, & familiam alet.*
12 *Fructus recollectos ante petitam assecurationem non petet mulier.*
13 *Opi. Pau.de Cast.& aliorum declaratur.*
14 *Opi. Marcelli Cala.*

DETERMINATIO V.

REGVLA iuris est clarissima, q vergente viro ad inopiam, vxori, tā pro dotibus, quàm lucris maritalibus competit assecuratio,
1 † tex.est in l.si constante ff.solu.matrim. & l. vbi adhuc C.de iur.dot.par.in consil.80.nume.46.lib.5. Aug.Beroy. in consil.45.incip. pater, socer, & filius nu.1.vol.1.

De lucris, & sic de donatione propter nuptias,est tex.in auth. donationem quoque C. de iur.dot.

Et ista donatio de iur. Longobard. dicitur
2 meffium, seu metameffium, † vt est tex. in l. 2.in rubr.de his,quæ à vir.mul.dant.vbi Carol. de Tocclio glo. in Longobard.

Com-

Digitized by Google

Competit etiam pro quarta quæ lucratur
4 per vxorē mortuo viro † de qua dixi in ead. quæst. & dicam infra, & secundum Bari consuetudinem est text. §. marito ad inopiā vergente in ead. rub. de iur. dot. vbi Maxil glo. & Neap. in consuet. quartam sub rub. de iur. quartæ ibi pluries, ita affirmat.

Capitula matrimonialia in casu restitutionis dotium fuerunt stipulata, secundum Ius Longobardum, & Bari consuetudines, & talia pacta inter cōtrahentes sunt obseruan-
4 da. † Ita est tex in l. 1. §. si conuenit ff. de pos. & l. contractus, ff. de reg. iur. & c. contractus eod. tit. in 6. l. iurisgentium §. ait prætor ff. de pact.

Sequitur conclusio, ꝙ huic prudentiæ agenti pro assecuratione dotium, lucrorū maritalium, videlicet pro meffio, seu metameffio, & pro quarta generali lucrāda post mortem, competit in vita mariti assecuratio.

Fuit secundo dubitatum, an hæc mulier creditores agentes hypothecaria contra eadē bona mariti, antequam declaretur esse locū assecurationi prædictæ, impedire possit.

5 Pau. † de Castr. in l. 2. nu. 5. ff. solu. matr. dixit, ꝙ donec non fuerit declaratum esse locum assicurationi, ꝙ nō potest impedire creditores, & eādem opi. sequitur ibidem Fran. de Aret. allegans consil. Bart. & eos sequitur Hippo. de Marsi. in eius Pract. Crim. in §. aggredior num. 118. & idem in l. si quis ne quæstio num. 12. ff. de quæst. Regnicolæ nostri, vt fuit Io. de Arno. in cōmen. 153. Sempronius creditor hoc idem affirmauit, & Gramm. in add. ad Afflict. in decis. 199. hoc voluit Lup. in repet. c. per vestras §. 21. col. fin. de dona. inter vir. & vxo.

Contrariam partem veram esse affirmant
6 † add. Capp. Tholos. in decis. 338. idē Grammat. in decis. 92. num. 17. vbi respondit ad obiecta in contrarium. Vrsill. in decis. 199. nume. 1. cum seq. Bald. nouell. in tract. dot. in 7. par. in priuil. 74. Ant. de Fano in tract. de pigno. in 5. parte principali in 1. membro nume. 29. versi. (nono alius effectus) ibi (fateor tamen) per Papiensem in pract. libell. in forma: quādo vxor agit ad dotem in ver. (vxor) Vincentius Maxill. in suo commento cōsuetudinum Ciuitatis Bari, in §. marito ad inopiam vergente, num. 14. sub rub. de iur. dot. & idem in §. 1. num. 12. sub rub. si cred. poss. res debitoris, qui bona ceder. poss.

Ad prædicta corroboranda facit, ꝙ vxori currit præscriptio à die quo maritus cæpit
7 vergere ad inopiam, † vt Negusant. notat in d. tract. de pigno. in 2. membro in 6. par. nume. 4. Balbus in tracta. præscript. in 4. par. in primo quæsito. Boer. in decis. 328. Capit. in decis. 54. doctissimè Ias. in l. si costante nu. 10. & 15. ff. solu. matrim.

Firma sit cōclusio, ꝙ mulieri pro dotibus, & lucris cōpetit assecuratio, & ꝙ antequam declaretur esse locum assecurationi, creditores impedit, & mulieri sufficit (reuocatis præcario, & constituto) ꝙ in libello dicat, ꝙ
8 maritus inchoat abuti substantia sua † per text. §. aliud quoque capitulum in auth. de æqual. Dot. Vrsill. ad Afflict. decis. 199. nu. 1. & sequenti.

9 Et successiuæ † dicitur, ꝙ impedit nō solum mulier ista, creditores viri quoad proprietatem, sed etiam quoad fructus penden-
10 tes, cū sint pars soli, † per tex. l. fructus pendentes ff. de rei vend. est text. in l. 1. C. costante matri. ibi (sine causa legitima) glo. in l. vbi adhuc in versic. (ad inopiam) C. de iur. dot. Doct. in d. l. 1. per Pau. de Castr. in d. l. si costante in 1. colum. num. 6. Afflict. decis. 10. & Gramm. in d. decis. 92. num. 11. Nam assecuratio principaliter conceditur, vt se, & fami-
11 liam alat. † Bald. in l. si is quem C. de præd. & alic. reb. minor Afflict. decis. 26. num. 2. & ꝙ fructus pendētes sint pars soli. Voluit Couarr. in lib. var. resol. 1. cap. 15. Anton. Thesa. in decis. 55. num. 1. in qua declaratur, ꝙ qui emit fundum, emit, & fructus pendentes, & ita decisum esse testatur ibidem.

Fructus vero recollectos, ante petitam as-
12 securationē non impedit, † vt per Bar. in l. si post motam C. de pet. hæred. nume. 4. quia non augent. Sed pendentes sic, ergo, &c.

13 Non obstat † opin. Paul. & sequatiū, quia
* contraria * est verior.

Vel procedit, quando vxor vellet impedire creditores in exequendo, & ipsa ageret hypothecaria: secus quando allegat viri inopiam, tunc impedit, etiam ante declarationem, & ita procedit nostra vltima opin. & ita respōdēt prædicti Doct. allegati pro hac parte, & sic fuit executum. Sic procedit quod dicit Caualcan. decis. 13. nu. 13. in 4. par. quia mouetur doctrina Hippol. & loquitur contra tertios possessores, & non contra creditores, & sic, non est contra nostram Determinationem.

Post scripta reperij Marcellū Cala in suo tract. articulandi, & probandi in vltima glo. nume. 154. qui in simili quæstione distingui. Aut executio est facienda, & mulier potest impedire; aut est facta, & non potest. Aduerte, quia eius sententia est iudicio meo apparens, & non tollit ius nouum quod sufficit

Digitized by Google

ficit mulieri allegare, maritum vergere ad inopiam, & sic mea opin. validior. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Dotes, mortua muliere, filijs in ætate pupillari existẽtibus, ad eorum patrem, an ad auum paternum dotantem redire debent.

SVMMARIVM.

1 *Dos à patre profecta, ad patrem redire debet, filijs non existentibus.*

2 *Consuetudo Barensis. Dos à patre profecta, limitat vsum Martini, & statuit, quod etiam filijs existentibus in minori ætate, patri dotanti dos restituatur.*

3 *Opin. Martini limitatur secũdo loco. Si maritus præcedat, & deinde vxor.*

4 *Dos restitui non debet dotanti si matrimoniũ est contractum more nobilium, secũdum Bari consuetudinem, & sic limitatur prædicta consuetudo, per aliam.*

5 *Dos constituta in pecunia, more nobilium, remanet penes maritum, etiam filijs existentibus in pupillari ætate, & viuo dotante.*

6 *Intellectus ad ambas consuetudines Barenses.*

7 *Aetas in fœminis vsq; ad 12. annos, in masculis ad 18. secundum prædictas cõsuetudines, dicitur completa.*

8 *Mortuo auo dotante, filijs etiam in minoribus existentibus, dos restituitur genero, & sic patri filiorum, & non hæredibus dotãtis.*

9 *Ipsum pronomen hoc, est personalissimum, & non se extendit ad filios, & suos hæredes.*

10 *A verbis statuti non est recedendum, & non trahuntur de vna persona ad aliam.*

11 *Ommissum in statuto, est prouidendum secundum ius commune.*

12 *Ius commune dictat, quòd dos remaneat penes filios.*

13 *Pacta sunt seruanda, maximæ posita, circa restituendas dotes.*

14 *Hæres censetur vna, & eadem persona cum defuncto.*

15 *Extensio si non fit de vna persona, in aliam, regula prædicta non militat.*

16 *Pactum valet viuo dotante, eo mortuo, dicitur patrimonium filiæ.*

17 *Morte patris, non dicitur amplius dos, sed patrimonium filiæ.*

18 *Onus in legitima apponi non potest.*

19 *Onus appositum à patre in dote, habetur pro non apposito.*

20 *Speciale est in dote, vt non transmittatur talis actio ad hæredes dotantis.*

21 *Idem si essemus in secunda consuetudine.*

22 *Intellectus ad consuetudinem Barensem, vt supra relatam.*

23 *Verbum (viuat) in consuetudine, intelligitur, donec filij peruenerint ad ætatem legitimã.*

24 *Si vir non superesset tempore mortis vxoris, dos restitueretur dotanti, in terminis secundæ consuetudinis more nobilium, nume. 26.*

25 *Res si deuenit ad casum à quo incipere non potest, neq; nunc agi ex ea potest.*

26 *Intellectus datur ad aliam cõsuetudinem Barensem, incip. Tertium sub rubr. de iur. dot.*

27 *Actio dicitur communis inter patrem, & filiam, quando dos simpliciter stipulatur, sibi reddi.*

28 *Ab hæredibus viri, indistinctè restitui debet dos dotanti.*

29 *Hæredes mariti omnino excluduntur à dote prædicta.*

30 *Priuilegium hoc concessum ab hac consuetudine, est personale, & cum eius persona extinguitur.*

31 *Pronomen (ipse) in consuetudine geminatũ, personam mariti tantum ostendit.*

32 *Pronomen (ipse) est demonstratiuum personæ ad oculum.*

33 *Priuilegium demonstrans causam finalem ea extincta non habet aliam vim.*

34 *Intellectus ad secundam consuetudinem.*

35 *Exceptio est de regula.*

36 *Exceptione cessante, regula firma permanet.*

DETERMINATIO VI.

VITVS Musella Terræ Casamaximę Prouintię Bari, quibusdam nobilibus de Carello Ciuitatis Altamuræ, tres eius filias nuptui tradidit, pacto adiecto, quod moriente vna filiarum sine filiis, vel cum filiis in ætate pupillari existentibus, dotes reuertantur ad dotantem secundum consuetudines Ciuitatis Bari, inter nobiles obseruatas. Duę de prædictis filiabus mortuæ sunt, superstitibus filiis in prædicta ætate minori, Vitus petit dotes, sibi restitui, gener negat. Sic Illustrissimo Domino Don Antonio Acquauiua de Aragonia, respondidi.

Illustrissime Domine veritas istius articuli est ista.

De iure comm. prouisum est in hæc verba (Dos à patre profecta mortua filia ad patrẽ
1 redire debet) † & Doct. ibi asserunt, quod tam si

cum

10 Et † quia donataria animo, & corpore, & sic ciuiliter, & naturaliter possedit, & possidet domũ donati: meritò in possessorio vincere debet: immò si de petitorio tractaretur,

Ex quibus in anno prædicto 1570. determinaui in fauorem Luciæ donatariæ, vt manuteneretur in possessione medietatis domus prædictæ donatæ, & sic partes ambæ se quieuerunt. Et Domino sit laus. Putintani.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Filia, sine consensu patris, se nuptui tradere potest, & eam pater dotare cogitur, & non exhæredare.

SVMMARIVM.

1 *Filius, vel filia de iure ciuili, sine cõsensu patris, contrahere nõ poterant matrimonium.*
2 *Matrimonium, est vnum de septem Sacramentis Ecclesiæ.*
3 *In matrimonijs, ius canonicum sequimur.*
4 *Res spirituales, secundum Canones sunt terminandæ.*
5 *Matrimonia contrahunt de iur. cano. Filij, vel filiæ, sine consensu patrum.*
6 *Nuptias, non concubitus, sed consensus facit.*
7 *Statutum mandans matrimonia non contrahi sine consensu patris, non valet.*
8 *Pater tali casu filiam dotare tenetur.*
9 *Filiam sine consensu patris contrahentem, etiam cum indigno, pater dotare tenetur, licet aliqui contra.*
10 *Pater, isto casu, cogitur dotare, offitio iudicis.*
11 *Hodie filia nullo modo hac ex causa exhæredari potest.*
12 *Dos in isto casu debet arbitrari, iuxta l. quæro ff. de iur. dot.*

DETERMINATIO III.

De Mense Februarij de anno 1576. me existente Gubernatore in Terra Castellanæ inter Antoniam filiam legitimam, & naturalem Antonij de Gasparis, & ipsum Antonium patrem orta fuit quæstio, quia eius pater cum Christophoro matrimonium eam cõtrahere volebat, at auus matern⁹ cũ Rocco de Ranaldo. Filia cõsentiit auo materno. Fuit quæsitũ, an ista filia possit contradicere patri, & si potest ex hac causa, eam pater exhæredare.

Ad primum dixi, ꝙ quamuis de iure ciuili, filius, vel filiafamilias matrimonium sine
1 consensu patris contrahere non potest, † vt est text. in l. Paulus alias eum, qui ff. de statu homi. & in l. siue, vt proponis la 2. & in §. masculi in versi. (dum tamen) in tit. de nupt.

Nihilominus, quia sumus in materia matrimonij, cum sit vnum de septẽ Sacramen-
2 tis Ecclesiæ, † vt est tex. in cap. debitũ de Biga. extra, & declarat glo. in c. fi. de transl. Episco. Imò, qui contrarium teneret, est anathema, ita sancitum est in Sacro Can. Cõcil. Trid. 24. sess. c. 1. & plenè Fed. de Sen. i cõs. 36. n. 2

Sequitur, ꝙ in isto casu seruandum est ius
3 canonicum † cap. penul. & c. fin. de secund. nupt. extra, voluit glo. in regula possessor, vbi Ioannes Andr. in suo Mercuriali de reg. iur. in 6. & no. in §. 7. de gradu cogna. instit. Notaturq́; ꝙ res spirituales, secundum Canones
4 sunt determinandæ, † vt est tex. in c. fi. de præscript. extra, & in c. 1. & 2. de oper nou. nun.

Quod tali casu contrarium est de iure ca-
5 nonico est tex. † in cap. 1. de spons. impub. & per glo. in cap fin. 32. quæst. 2. & ita concludit glo. in d. l. cum qui supra de stat. homi. & glo. in c. de Raptoribus, & ibi Archidia. 36. quæst. 1. per Ang. in l. obligamur nume. 1. ff. de act. & oblig. Imò in l. 1. nu. 3. ff. solu. matrim. & ibi Alex num. 31. Bald. & Ias. in auth. Res q́; C. comm. de lega. & plenè per Baptistam a Villalobos in tract. comm. opi. in littera F. in versic. filia in add. n. 140. fol. 169. nume. 130. et ꝙ filia possit nubere sine consensu patris, tenet Alex. in consil. 1. nume. 4. & ibi add. in 3. vol. & ꝙ hæc opin. * sit communis, ita tenet Franc. Viui. in tract. comm. opin. in littera F. versi. pater tenetur nu. 123. & 124. fol. 217. & Ang. de Gambellio. in cõsil. 74. num. 6. incip. in casu prædicto videtur, & hanc partem tenet Dec. in l. nuptias, nu. 8. ff. de reg. iur. vsq; ad numerum 10. qui quotas allegat, & hanc partem verissimam determinauit eadem sancta Synodus in d. Cõcil. Triden. eadem sessio. 24. in rub. de reforma. matr. in c. 1. Sit firma conclusio, ꝙ absque cõsensu patris, ista Antonia filia possit se nuptui tradere, quia nuptias, non concubitus,
6 sed consensus facit. † vt d. l. nuptias ff. de regu. iur. & hãc partem firmat Io. Faber. in suo breuia. in l. si pater C. de dot. promiss. prædicta, & Moder. Niger de Camp. in c. Reg. vt sine num. 46. vbi pulcrè sub rub. de raptor. virg. sub color. matrimonii.

Hinc est etiam, ꝙ si esset statutũ laicorum, ꝙ filia non contrahat matrimonium sine cõ-
7 sensu patris, ꝙ non valet, † ita Tibe. Dec. a. in respon. 13. num. 10. vol. 1.

Ad secundum etiam dixi, ex quo filiafamilias

lias cõtraxit matrimonium lege promittente.
8 † Quia secundum Canones hæc, pœnam nõ meretur l.Graccus C.de adult.& sic pater dotare tenetur. Ita est glo. in c.fin.32. q.2.& 36.q.1.& in d.c.de Raptoribus in verbo (excusata 30.q.2.concluditq; ita Anchar.in cõsil.21.& Dec.in d.l.nuptias nu.13. & ita decisum esse testatur Cappella Tolos.289. & 290. tenetq; hoc idẽ Iacobin. de Sangiorgio in l.vnica nu.7. C.si aduersus dotem restitutio postules, & ibi quoq; additionator. Hoc voluit etiam Abb. post Ioan.Andr.in c.accedens de procur.extra, vbi etiam glo. in verb. (respondendum) in versi. (si vero) & Carol. Ruyn. in consil.223.nume.7.volum.1. & idem Ruyn. in consil.131. nume. 1. volumine 4.

Imò si maritaretur filia patre inscio, & etiam ante 25.annum (& quod peius indigno) quod
9 tali casu etiam pater dotare tenet, † ita aperta fronte tenuit Ias. in auth. sed si post C. de inoff.testa à num.5.vsque ad finem,& idem Carol.Ruyn. in consil.86.nume.7.volum.2. exorditur Paul. de Castr. in l.si filiam nume. 3. C. de inoffic. testamen. pulcherrimè, ita concludit Ang.de Gambell.in consil.74. incipiente in casu prædicto nume. 8. & per gloss.in C.sanctum 32.quęstio.4.& Couarr. in tract.de matrimon.in secunda par.in §.8. per totum,& Ioan.Brunell.in tract. de sponsal.& matrim.in conclusione 17. incipien.in sponsalibus, & matrimonijs non requiritur consensus patris: par.2. per totum.

Et in tantum est vera ista conclusio, quod in
10 tali casu pater cogitur iudicis offitio, † vt p Alexan. in consil.33. in 4.volum.diffusè Ioannes Brunel.in d.tract.de sponsal. & matri. in num.2. in versi. (item ampliatur) in tom. tract.9. & per Anto. Gubertum in tracta. de sponsal.& matrimo. in rubr. An nuptiæ sine consensu patris cõsistant,per totam quæstionem eod.tom.9.

Nec obstat si diceretur quod posset exhęreda-
11 ri, † quia Saly.in l.si vt proponis la 2. C.de nupt. respondens dicit, quod illud olim procedebat quando maritabatur indigno,vt l.3.§. emancipatus ff. de contratabulas, hoc firmat Decius in d.l.nuptias in fin. verb. Hodie vero nullo modo potest, quia non est de causis approbatis in §. causas in authen. vt cum de appell.cognos.& ita Lodou.Roman. in consil.486.in casu appositæ, & idem Salycet. in auth.sed quamuis C. de rei vx.acti.nume.2. & 3.& Alber.Bru.in tract.quòd existentibus masculis in 9.articulo in 2.quæst. nume.50. & pulchrè Ias.in §.fuerat nume.119. inst.de actio.& hæc opin.est comm. vt dicit Curt. Iunior in auth.Resq; num.25.C.commu.de leg. & ita refert Baptista Villalobos in tracta. comm.opin.in littera D.in verbo (dotem tenetur) in versi.(amplia 1.)nu.182.& 184. & Franc.Viui.in eod.tract.in littera F. in quęst. incip. pater tenetur fol.217. ita Franc.Niconitius in rub.de testã. nume.201. & clarè per Ioannem Cintolam in comm.arbitr.affini. in q.2.in eod.tom.tract.9.& p Salyc.in d.auth. Resq; nu.2.C.comm.de leg. & Ant.Burgos. in cap.Eccles. S.Mariæ nume.276. de const. in tom.rep.2.

12 Et ista dos arbitrabitur † iuxta formã legis quæro ff. de iur. dot.vt declarat Anchar. in d.consil.21. & Afflict. in constit.Regni in aliquibus num.32. & sic ad Dei laudem fuit executum, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Quarta vxori promissa non autem in secundo die votorum tradita etiam contra Barensem consuetudinem debetur, & de intellectu dictæ consuetudinis.

SVMMARIVM.

1 *Vxori quarta promissa, & in secundo die votorum non tradita non debetur regulariter.*
2 *Fallentias regulæ declarat.*
3 *Quarta,nec messiũ,sine ĩstrumẽtis peti possũt.*
4 *Forma l.Longobardorum declaratur.*
5 *Per traditionem instrumenti transfertur dominium.*
6 *Quarta dicitur Morginc.et quare sic vocatur.*
7 *Quarta debet constitui cũ scriptura secundum ius Longobardum.*
8 *Soluto matrimonio mulier non potest petere, vt donatio sibi constituatur.*
9 *Quarta promissa etiã non constituta,debetur.*
10 *Ex promißione dotis potest agi,tã ante, quàm post matrimonium.*
11 *Dos,& donatio ppter nuptias æquiparãtur.*
12 *Mulier virtute promißionis potest agere ad interesse ratione quartæ.*
13 *Seruitus quę nõ potest constitui pòt promitti.*
14 *Quartam esse promissam, vel constitutam respectu mariti, paria sunt non creditorum.*
15 *Scriptura non est de sollemnitatibus in quarta etiam de iure Longobardorum.*
16 *Quarta promissa per testes probari potest.*
17 *Sacramentalia dabantur deficientibus scripturis de iure Longobardorum.*

DETERMINATIO IV.

MARITVS quidam tempore cõtractus matrimonij suæ vxori quartam generalem omniũ bonorum præsentium, & futurorum in secundo die votorum tradere promisit. Euenit quòd in die prædicto non tradidit. Vxor mortuo viro egit, vt sibi tradatur: dubitatum fuit, an vxor hæc, rectè agat.

Et primò videtur dicendum, ꝙ huic mu-
1 lieri non cõpetit, † ita videtur colligi ex tex. l. 1. in rub. de his quæ à vir. mul. dant. in Lõgobarda, vbi Carl. Glosat.

Secundo in hac Ciuitate Barensi habemus legem consuetudinariam, in rubr. solu. matr. in §. Morgincap. verò verba cuius sunt hęc, videlicet.

Morgincap. verò si non fuerit traditum, licèt promissum ostẽdatur, tam legis sententia, quàm morum consonantia non petetur. Nisi de tradendo Morgincapite in iuditio facta contestatio demõstretur, in hoc siquidem de promisso Morgincapite cõtestatio operatur quantum, & ipsius traditio corporalis.

Ex verbis igitur tex. prędicti colligitur regula, ꝙ Morgincap. si non fuerit traditum, non obstante, ꝙ sit promissum, ꝙ nullo mo-
2 do debetur, † fallit dicta regula, quãdo mulier fecisset cõuenire virum, vt veniat ad tradendum instrumentum Morgincapitis, & cũ eo esset lis contestata. Tali enim casu, licet esset promissum, nihilominus debetur. Ita colligitur ex verbis. (nisi de tradendo) & per iureconsultum ponitur in tex. Ratio: Nam paria sunt in hoc casu contestatio litis, cum viro quàm ipsa corporalis traditio. Ita innuit ex vltimis verbis dicti tex. ibi (in hoc siquidẽ.

Cum

Cum igitur in casu de quo quaeritur tantummodo fuit promissum, & non constitutum: nec reperitur mulierem ante mortem viri mouisse litem, & eam contestasse.

2 Ergo non rectè agit, † & clarè Carol. glo. notat in l. fi. in rub. de ea quae sine author. mũd. ad vir. ambulab. & Afflict. in l. Regni licentiam num. 6. versi. quinto quaero, vbi expressè tenet, ꝙ dotarium non debetur, nisi sit cõstitutum sub rub. de dotar. constituen. lib. 3.

Tertio innuitur ex alia Barensi consuetu-

3 dine † posita in rubr. de dona. inter vir. & vxor. in §. in matrimoniis in versic. (si verò post patriae) vbi disponitur, ꝙ vbi non est instrumentum, nec quarta, nec meffium poterit postulari: modo sic, instrumentum morgincapitis fit in secundo die votorum, vt no. in d. l. 1. de his quae à vir. mul. dant. & in l. Regni. Mulier quae dotarium, vt infra dice-

4 mus, vbi glo. dat formam dicens, † ꝙ l. Longobardorum in secundo die votorum debet ire vir ad vxorem, & ante parentes, & amicos tradere instrumentum Morgincapitis.

Et per traditionem instrumenti trãsfertur

5 Dominium ipsius quartę in vxorem † l. 1. C. de dona. & glo. de tocco. in alleg. l. 1.

In casu isto in secundo die votorum non fuit traditum instrumentum. Ergo petere quartam, istam mulier non poterit.

Ad praedicta validius corroborãdo est notandum, ꝙ haec quarta quae Morgincap. vocatur, vt dixi in quaest. mea--- ibi quare di-

6 citur Morgincap. † declaraui, descẽdit à iure Longobardo, & tali iure requiritur, ꝙ cõ-

7 stituatur cũ scriptura, † ita no. in l. fi. in rub. de hisq; sin. volun. mund. & in d. l. 1. in Longobarda, vt dixi in hoc casu non sic actũ fuit ergo &c. & hanc opin. tenet Niger de Campa. in cap. Regni. Mulier quae dotarium in num. 28.

8 Quarto corroboratur hęc opin. † per Ange. in auth. de aequal. dot. in §. aliud in versi. sed tunc quęro num. 3. vbi dixit ꝙ matrimonio dissoluto, mulier nõ potest petere, vt donatio sibi constituatur: Imputetur ergo mulieri, cum costante matrimonio fieri non petiit, & ita dicit tenere gl. in auth. dos data C. de donat. ant. nup. in ver. (exactio) vbi dicit, ꝙ facto diuortio nõ potest agere, sed sibi imputetur quare constante matrimonio nõ fecit sibi fieri donationem: hoc idem videtur sentire Odofr. in d. auth. dos data in vlt. quaestio. dum ipse tenet, ꝙ viuente marito, poterit mulier petere, vt constituatur ergo à contrario sensu, secus si post mortem. Et ita est tex. l. si intra illum diem, & ibi Bar. ff. de pact. per Abb. & Innoc. in c. donatio extra de donat. int. vir. & vxor. & per glo. in §. igitur in verbo (virum) in auth. de aequali dot. & sequitur Ferr. in tract. variet. inter ius ciuile, & Longobardum in rubr. de donat.

In contrariam partẽ ex his rationibus concurro; & primo ꝙ debeatur ex promissione licet non sit constituta in secundo die votorum apertà fronte in terminis nostris tenet

9 † Afflict. in d. l. Regni licentiam in 10. quaestione, & praecipuè illa ratione. Nam ex promissione dotis, tam constante matrimonio,

10 quàm soluto agi potest, † vt in auth. de nup. §. dotis, circa finem no. In l. 1. C. de dot. promiss. Ergo idem dicemus in Morgincap. promisso constitui. Cum dos, & donatio propter

11 nuptias aequiparãtur, † vt in auth. de aequali. dot. in prin. & hanc opinionem in terminis legis Longobardae, tenet Carol. glo. in d. l. fin. in rubr. alias allegata, de ea quae sine author. mund. ad vir. ambula. in ver. (exquirerant) in tex. ibi, nec promissa, nec data fuerit. Ergo si promissa debetur, ita ponderando verba illa videtur concludendum, & rectae.

Secundo hoc corroboro authoritate Sebast. Neapod. in consuet. incipien. quartam in consuet. Neap. sub rubr. de iur. quartę nume. 17. qui dixit in terminis illius consuetudinis, in qua requiritur etiam, ꝙ non solum sit promissa, sed constituta, in ver. (constituta) ꝙ mulier virtute promissionis poterit

12 agere ad interesse contra haeredes † arg. l. 2. §. ex facto ff. de verb. oblig. & sic dicit esse in seruitute, quae non potest constitui. Tamen potest promicti constitui, vt cõstituatur tem-

13 pore quo habebitur praedium, vt † l. seruitus §. fin. ff. de ser. rust. praed. & l. 1. ff. si serui. vendicet.

Tertio ego consideraui, ꝙ respectu viri. Paria sunt quartam esse promissam constitui, vel in secundo die votorum constitutam esse, quòd secus esset respectu creditorum, & secundum hanc meam opinionem reperij

14 † Vincen. Maxill. declarantem in consuetu. Barij, in §. quarta tradita, in nu. 9. At in casu isto mulier agit contra haeredes, & bona mariti sibi obligata pro praedicta quarta, non contra creditores. Ergo &c.

His veris non obstant iura in contrarium

15 adducta. Nam † Carol. ibi tenet hanc opin. & dicit ꝙ illa sollemnitas non est de substantia. Immò, ꝙ potest probari per testes, & sic videtur ꝙ non requiratur scriptura, & ꝙ fiat in secundo die votorum. Et ibi non dicitur, ꝙ si ita non fiat, ꝙ aliter non debeatur, & ꝙ testibus, & confessione partis probari potest,

Digitized by Google

16 hoc tenet etiam † Andr.de Iser.in cap.1. §. donare qualiter oli.feud.alien. pot. in final. verb.

Secundo dico ponderando verba illius l. primæ, ibi (ne in futurum periurium incurrat) ex quo iure Longobar.deficientibus scri-
17 pturis, recurrebatur ad sacramentalia, † vt in l.si qualicunque causa in rubr.qualiter quis se defendere debeat in Longobar. Ideo lex in const. quartæ requirebat scripturam: ne deueniendo ad aliquod iuramentum incurratur in periurium, & sic præsupponitur quòd ideo requiratur scriptura ad fugiendũ periurium, & non q͂ sit de sollemnitate: & ita
18 declarat † Ioannes Bernardinus Pand. in tra-ctа.de dotario in 1.par. in quæstio.7. in tom. tract.in nouiss.9.vbi etiam plus dicit, q͂ duo
19 requiruntur in illa lege primo, quòd fiat publicatio palam in die votorum coram Amicis, & parentibus, & q͂ fiat scriptura testibus roborata. Et quia pōt esse, q͂ scriptura amittatur. Ideo fit illa declaratio palam. Coram amicis, & aliis, & sic ne incurratur in periurium.

Vel ideo debetur Morgincap.promissum. Ne vxor incidat in periurium adulterando. Ita Maxill. in consuet. 1. nu.7.de donat. inter vir.& vxo. etiam si fuerit constituta ad ex talium, idem Maxill. ibidem nu.20. & ego dico in commento d. consuetudinis Morgincap.ibi vide &c.

Præterea ego dicebã, quòd in casu nostro adest scriptura, nam per stipulationem promisit constituere: ecce igitur scriptura, promissio, & constitutio, seu solutio à pari pro-
20 cedunt, vt de hoc est tex. † l.fin. C.ad l.Falcid.Alexan.in l.si filius nume.3. ff. si cert.peta. ergo.

Hinc dicimus etiam, q͂ quando quis promictit aliquid facere hæres adimplere tene-
21 tur, vt doctè † Alex.in consil.106.num.--in 3.volum.ergo.

22 Non † obstat tertia Ratio dictæ cõsuetudinis, quia habet locum, quando vxor ageret, & se opponerent creditores, quia in præiuditium creditorum procedit. Secus est in casu nostro quando agitur contra bona, & hæredes mariti, respectu promissionis. Quia, omnino debetur, vt declaraui cum Maxilla in tertia consideratione pro hac parte facta.

Ad tertiam rationem de alia consuetudine, responde, vt dixi in prima responsione, & sine scriptura valet, & tenet: vel dic, q͂ in casu isto sat est stipulatio promissionis, quia cũ
23 scriptura promissa est. Ergo &c. † l.1. ff. de verb.oblig. Sed dicitur etiam, q͂ si examinentur quinq; testes sufficiunt pro scriptura, vide quæ dixi infra, & promissio in scriptura redacta intelligitur cũ stipulatione Cagn. in l.lecta nu.89.cum seq.ff.si cert.pet. ergo &c.

Ad quartam rationẽ, & sic ad dicta Ang. responde, vt supra dixi, q͂ sua opin. non loquatur q͂ anteà promissa fuit, & sic loquun-
24 tur alia iura. Ita ei respõdet † Afflict. in d.l. Regni licentia.

25 Ad † glo. in Auth. dos data respõdet Dominus Cyn. & dicit q͂ illa glo. reprobata est, quia induceret inæqualitatem si mulier soluto matrimonio petere non posset donationem, licet in vita non esset constituta. Cum
26 ipsa debetur ex necessitate, soluta dote † d. Authen.dos data, & sic sequitur opinionem Martini tenentis petere posse etiam si non constituta foret.

27 Et ideo † ego solitus sum ad fugiẽdas has discussiones dare hanc cautelam his verbis. Et dictus vir promictit pro messio, seu metamessio ad extaliũ, & pro quarta ducatos tot. Lucrandos à dicta sua vxore, ex nunc, prout ex tunc, ac etiam si constituta foret, in secundo die votorum, iuxta consuetudines Ciuitatis Bari in scriptis redaptas, quibus expressæ renunciãt, & quòd dominium quartæ ex nunc prout ex tunc transferatur, iuxta leges Longobardas &c. Ex qua cautela omnes lites, & controuersiæ deciduntur. Nam per illam dictionem ex nunc, & illam ex tunc videtur actus gestus eo tempore, & Cagnol.in l.lecta nume.80. ff.si cert.petat.& stante re-
28 nuntiatione quæ fieri potest † l.fin. de pact. ex quo in inuitum nõ confertur benefitium per regulas claras. Ideo restat videre.

Nunc queritur vtrum vxori debeatur ista quarta deducto ære alieno.

Conclusiuè sic respondeo. Hęc quarta, quę descendit à iure Longobardorum, quam mulier lucratur super omnibus bonis viri p mortem dicti viri, differt à quarta Falcidiæ, vel Trebellianicæ, & à quarta, quæ debetur filiis iure naturæ. Nam quando essemus in istis vltimis quartis, indistinctè deducitur æs alienum primitus, & funeris impensa. Et prætia seruorũ manumissorum. Ita demum
29 tradatur dicta quarta, † ita est text. §. Cum autem ratio inst.de lege Falcid.

30 Sed † ista quarta, quæ debetur vxori, debet nõ deducto ęre alieno, & quia hanc causam habui in Terra Genusij pro habenda veritate, sic respondeo.

In causa magnificæ Rosæ Crucinij Terræ Ge-

Digitized by Google

Genusij, cum hæredibus quondam Angeli d'Annichino sui viri super restitutione dotium, & lucrorum maritalium, ita procedendum esse assero.

Primò ex ista hæreditate dos vti præcipua
31 est deducenda † l.1.vbi omnes ff. solu.matri. & Maxill.in consuet.Baren.in §. quarta tradita nume.10. sub rubr. de donat. inter vir. & vxor.

Secundo debet deduci impensa funerum,
32 per tex. l.pen. ff.de religio.& sump.fun.& & quamuis Aret. in d. §.cum autem inst. de l.Falcid.dicat istam impensam præferri doti. Dixi ꝙ procedit quando hæreditas non esset soluendo secus, quando est soluendo, quia procedit quod dixi, vt ibi, & clarè Ioannes And.in add.Speculat.in rub.de sepult. versi. (fecisti) & Abb. in quęst.3. incip. Sempronius num.1.& Bursat.in consi.249.num.24. vol.3.& in consi.298. num.22.volum.eod.

Tertio dixi, ꝙ habebit iura sua lucrorum,
33 & vltimo æs alienum soluatur † cum ad hę-
34 redes transit onus actiuè, & passiuè † l. hæres in omni, vbi Castrens.ff.de acq.hæred.

Pro parte hæredum dicebatur cōtrarium
35 hoc modo, † primo debet deduci æs alienū, & deinde solui lucra maritalia, mouentur ea
36 potissima ratione, mulier † tractat de lucro: Cæteri de damno, quorum par nō est causa, ista mulier lucratur quartam hāc ex consuetudine. Quæ consuetudo recipit interpre-
37 tationem à iure communi, † & de iure non
38 debentur lucra, nisi ex hæreditate. † Hære-
39 ditas non dicit, nisi deducto ære alieno † æs
40 alienum cōsistit in omnibus † creditoribus. Ergo &c. l. subsignatum §.bona ff. de verb. & rer.sig.

Ego dixi, vt supra nam prædicta non procedunt in casu isto, sed distinguendo ambas opiniones concordabimus.

41 † Aut istud æs alienum est contractū ante matrimonium, & quartam constitutam; aut post matrimonium sequutū Si igitur dictum debitum fuit contractum ante matrimonium regula hęredum allegata benè procedit.

42 † Aut fuit contractum post matrimoniū, & tunc regula per me dicta, & allegata bene procedit, quæ distinctio est Imperatoris in l. assiduis in fin. C. qui pot.in pign.habean. & secundum hanc distinctionem cōcludit Carol.glo. in d.l.1.in rubr.de his, quæ à vir. in Longobar. & sequitur Affl. in l. Regni mulier quæ dotarium nu.27.versic.(quid si maritus) & Nig.de Camp.in cap.Regni mulier num.27.versic. (sed quæro) sub rubr.de donat.mulier. & Maxill. idem affirmat in consuetud.Baren.in §.in omnibus aliis, sub rub. de donat.inter vir.& vxo. numo.39. & seq.& Io.Berar.Pand. in dict.tract. de dotario in 3. par.in q.4.& in fidelissima Ciuitate Neap.ad fugiendam hanc controuersiam adest cōsuetudo in scriptis, quæ incipit quartam, sub rub.de iur.quar. ita distinguens, vt ibi etiam declarat Neapod. & secundum hanc distinctionem, auditum habui in Ciuitate Litij, hanc causam sententiatam esse, & visis his meis allegationibus per Excellentem Dominum Carolum de Gugliotta cōcurrit, & Excellens Dominus Leonardus de Leonardis montis Caueosi in eadem sententia concurrit, & Excellens Dom. Nicolaus Franciscus de Polo, & est videre Nig. de Camp. in cap. mulier dotarium nume.27. & secundū hanc opin.tenet Neapod.in d.consuet.in glo. (ante quartæ constitutionem) & secundū hanc meam opin.decisum esse nouiter testatur Vi-
43 uius † in decis.163.incip.quarta debetur, & Clarius in decis.258.incip.donatio nume.3. in 9.decis.idem diui. declarat, ꝙ per prædicta quarta, mulier potest agere contra tertios possessores pro bonis alienatis per eius maritum post promissionem, & constitutionem ipsius quartæ, & per Afflict. in d. const. Mulier quæ dotarium num.14.& num.37.& per Neapod.in consi.Neap. quartam in voce (deducto) à filiofamilias cum consensu patris potest constitui, ibi declarat ad quem recurre.

Et ista quarta potest constitui, à filiofam.
44 cum consensu patris, vt per † Viu.ibid.decis.

Solet etiam multotiens dubitari, an hæc quarta competit mulieri super vnaquaque
45 re, † aut debet fieri extimatio bonorum, & dari sibi quarta pars extimata, dicas absque scrupulo, ꝙ in Ciuitate Bari prouisum est per consuetudinem cuius tenor talis est.

Mulier quartam de singulis rebus per minutias poterit vendicare, nisi sint res quæ nō possint diuisioni commodè subiacere: tunc enim in vna re integra sibi quarta soluetur limitabis, nisi mulier se contentauerit, quia tunc poterit fieri extimatio, & tradi quarta pars per alias stamus huius legi, &c. Ex verbis primis igitur notatur, ꝙ mulieri competit quarta per minutias, super vnaquaque re dicti mariti 2.no. ibi nisi fallentiam, nisi res
46 non possent commodè diuidi, † quia tunc in vna re integra competit 3.notatur ex vltimis verbis: nisi mulier consenserit, vt bona
47 mariti extimentur, † quia ipsa poterit sibi tradi facere quarta pars extimata, & hæc di-

cit

Digitized by Google

cit hic §. quòd nota.

Sed hodie vigore clausularũ, & hypothecè, mulier pro ista quarta, potest agere, super vna re, & non per minutias, & sic vidi in dict. Reg. Cur. Barij, pluries determinatum, & sic contra istum text. Ratio esse potest, ne patrimonium corrumpatur l. nõ amplius §. fi. cum l. seq. ff. de leg. 1. glo. in l. meminimus, in princ. ibi, & omnes in verbo particibus C. quando, & quibus pars quar. deb. lib. 10. Vel ponderando verba prædictæ consuetudinis, ibi (poterit) cum verbum potest non inducat necessitatem l. is, qui potest ff. de acq. hær. ergo est in arbitrium mulieris. Qui procederet quando esset solum promissa, & constituta verbo. & non cum iuraméto, & cum amplissimis clausulis, licet ego ægrè tuli. Quia cõsuetudo est clarissima.

Et cum in præsenti anno 1590. in Terra Rutiliani Prouintiæ Bari, Notarius Ioannes Angelus Spanus, fuisset à luce subtractus; Magnifica Cassandra d'Arimpio eius vxor petiit quartam, & messium, & cum per hæredes fuisset oppositũ, ꝙ quarta prædicta cum non reperiret constituta in secundo die votorum, sed tantum promissa, quòd non deberetur, & seruatis seruandis, & compilato processu orta fuit senttia in fauorem dictæ Cassandræ, & pro ea fuit primo allegatum, vt infra.

In causa quã Magnif. Cassandra de Arimpio relicta quondam Notarij Ioãnis Angeli Spani Terræ Rutiliani, habet cum Vito Antonio Spano, hærede vniuersali quondã Notarij Ioannis Angeli super consignatione, ac restitutione quartæ generalis omniũ bonorum ipsius in hæreditate repertorum, ac super solutione ducatorum 66. pro messio, & metamessio eidem per eius virum constituto. Ac petiit poni in possessione quorundam legatorum per eam acceptatorum, & alias, vt in processu; sic determinatum fuit.

Pro parte hæredis dicitur, ꝙ in secundo die votorum non adest instrumentum Morgincapitis, iuxta consuetudinem Barensem, q̃ incipit Morgincap. vero in rub. solu. matr.

Secundo opponebatur, ꝙ non apparebat matrimonium esse contractum per verba de præsenti &c.

Tertio dicebatur, ꝙ huic mulieri sunt facta plura legata, ita ꝙ non potest vnum renuntiare, & aliud amplecti.

Ad primum dicitur, ꝙ in dicta Terra Rutiliani, non viuitur secundum illam Barensem consuetudinem, sed quartam tradi solere tempore stipulationis, & contractus matrimonij, & hoc à tanto tempore, quo non existit memoria hominum in contrarium
48 † arg. tex. l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & esti. & l. 1. §. fin. de aqua plu. arcend. cum similibus.

Secundo dicitur, ꝙ in casu isto non requirebatur, nã verba in instrumento dotali sunt hæc (fecit, & constituit) & sic per verbum
49 p̃teriti temporis, ꝙ rem perfectam significat.

Tertio dicitur, ꝙ instrumentum Morgincapitis non est sollemnitas, sed ad probatio-
50 nem requiritur glo. † in l. 1. in ver. (præscriptum) in Longobard. de his, quæ à vir. mulier. dantur.

Quarto instrumentum simpliciter dotarij confectum, licet non sit sollemnitatibus vallatũ, valet, quia præsumuntur omnia sollemniter facta secundum Lallum de Tuscia,
51 † in l. Regni mulier quæ dotarium num. 3. sub rubr. de dotar. constituendo.

Quinto mulier lucratur quartam, secuta
52 copula carnali Aug. † l. si à sponso C. de donat. ant. nupt.

Ad secundum fuit responsum, ꝙ sponsalitia per verba de præsenti, & ante fores Ecclesiæ fuit probatum per plures testes, qui
53 parem vim habent cum instrumentis † l. in exercendis C. de fid. instr. l. 1. ff. eod.

Quoad tertium de legatis respondetur, ꝙ de iure est prouisum, quòd legatarius potest renuntiare rem vnam legatam, & alte-
54 ram amplecti † tex. est in l. sed duobus ff. de leg. 2. & ita sentio: dummodo legatum sit diuiduum, vt in casu isto, alias secus per text. l. neminem ff. de leg. 2. & l. etiam si patris ff. de leg. 1. Cagnol. in l. diem functo. num. 210. ff. de off. assess. vbi abundanter de hac materia, & Ioseph. Lod. in rubr. de leg. in conclu. 1. versi. 8. legatarius in tom. com. opin. 3. sic cõpater meus Ioannes Baptista de Moscatellis, concludebat cui me subscripsi hoc modo.

Quam doctè per eximiũ, ac eccellentem causæ Patronum sit dictũ clarè liquet, ideo de sola requisit⁹ subscriptione prædicta corroboro his rationibus.

Licet consuetudo Barensis, quæ incipit Morgincap. sub rub. sol. matrim. requirat instrumentum Morgincapitis in secundo die votorum (quæ rei veritate in Terra Rutiliani non seruatur) procedit quando mulier a-
55 geret contra creditores viri, † sed quando agit contra mariti hæredes, & eius bona tũc non requiritur, ꝙ sit constituta. Sat est ꝙ sit promissa, ita declarat doctè honorandus noster Maxilla in commento suo, in §. quarta tradita sub rubr. de donat. inter vir. & vxor. nu. 9.

Digitized by Google

nu.9.ver. (non obstat q.)
Secundo, &c. fortius dico, dato quòd esset in casu isto promissa cõstitui, etiam quòd non fuisset constituta, omninò debetur vxori
56 ex capite actionis ex stipulatu, † & dat vti interesse, ita not.in arg. in l. 2. §.item si in facto ff. de verb.obliga. & in propriis terminis nostri statuti, ita declarat Sebastia. Neapod. maximè authoritatis, in cõsuet. Neap.incip. quartam, sub rubr.de iur. quart. in verbo cõstitutam nu.17.in versi.(vel competit.)

Tertio in hoc instrumento dotali, fuit cõstituta per verba pteriti perfecti, vt ex lecturâ apparet, & sunt verba hæc (fecit, & cõstituit quartam generalem omnium bonorum suorum mobilium, & stabilium præsentium, & futurorum lucrandam pro eius obitũ secundum iuris dispositionem.

Ecce qualiter ex prædictis verbis non requiritur aliud instrumentum, quia fecit, & constituit, & sic tunc tradidit instrumentum Morgincapitis, &c. tunc dominium quartæ
57 transiuit in vxorem † l.1. C. de donat.& in l.1.de his quæ à vir.mulier.dant. sæpius allegata in Longobar.vbi etiam dicit, q vxor lucratur quartam, etiam q non constituatur in secundo die votorum, quia illud instrumentum fit ne incidatur in periurium, vt in illa l.
58 disponitur, † & dixi in quæstione mea; vt declaro melius infra.

Secundo pondero vltima verba, dum dicit (lucrandum secundum iuris dispositionem) quotiescunque igitur fit mentio simpliciter
59 iuris, intelligitur de iure Romanorum §. ius autem inst.de iur.nat.gent.& ciuil.ita declarat Socy.Iun.in consil.271. Dec. in consil.6. nu.86.Fran.Bursa.in cõsi.189.nu.43.in 2.lib.
* vbi dicit, q hæc est * communis practica, & obseruantia, Roma.in consil.229. vbi Mandos.clarè declarat, quomodo intelligitur de iur.Rom.cum absq; alia additione dicatur. Cum igitur hic dixit (secundum iuris dispositionem) ergo de iure Romanorum, mulier lucratur quartam per carnis copulã, per solutionem dotium, & mortem viri, vt in auth. dos data C.de don.ant.nupt.& in d.l.1. Hæc omnia tria concurrunt in casu isto videlicet, solutio dotis, carnis copula, & mors viri, ergo &c. Et merito dicemus, q consuetudo Baren. habet locum, quando vxor agit ex promissione contra hæredes, & bona mariti: secus esset si contra creditores; quod non est in casu isto, secundo debetur ex stipulatione, Ratione interesse, & tertio, quia omnia illa tria concurrunt, & sic respondeo, & Domino sit laus. Sempronius Ascia V.I.D.

Et sic in fauorem mulieris per Excellentem Dominum Nennam V.I.D. Barensem fuit sententiatum de Mense Martij die 23. in Anno 1590.

ARGVMENTVM.

Mulieri constante matrimonio, tam pro dotibus, quàm quartâ, & messio ob vergentiã mariti ad inopiam assecuratio competit, creditoresq; impedit ante sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Vxori, pro dotibus, & lucris maritalibus assecuratio competit.*
2 *Donatio propter nuptias de iure Longobardorum dicitur messium, seu metamissium.*
3 *Assecuratio cõpetit etiam pro quarta de iure consuetudinario Baren.*
4 *Pacta inter contrahentes obseruanda sunt.*
5 *Mulier non potest impedire creditores ante sententiam.*
6 *Opinio contraria est verior.*
7 *Vxori currit præscriptio, à die vergentis mariti ad inopiam.*
8 *Mulieri reuocato, prætario, & constituto sufficit dicere, quòd maritus vergit ad inopiam.*
9 *Mulier impedit creditores quoad proprietatem, & fructus pendentes.*
10 *Fructus pendentes dicuntur pars soli.*
11 *Assecuratio conceditur, vt se, & familiam alet.*
12 *Fructus recollectos ante petitam assecurationem non petet mulier.*
13 *Opi. Pau.de Cast.& aliorum declaratur.*
14 *Opi. Marcelli Cala.*

DETERMINATIO V.

REGVLA iuris est clarissima, q vergente viro ad inopiam, vxori, tã pro dotibus, quàm lucris maritalibus competit assecuratio,
1 † tex.est in l.si constante ff.solu.matrim. & l. vbi adhuc C.de iur.dot.par.in consil.80.nume.46.lib.5. Aug.Beroy. in consil.45.incip. pater, socer, & filius nu.1.vol.1.

De lucris, & sic de donatione propter nuptias, est tex.in auth. donationem quoque C. de iur.dot.

Et ista donatio de iur. Longobard. dicitur
2 messium, seu metamessium, † vt est tex. in l. 2.in rubr.de his, quæ à vir.mul.dant. vbi Carol. de Toccio glo. in Longobard.

Com-

Digitized by Google

ficit mulieri allegare, maritum vergere ad inopiam, & sic mea opin. validior. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Dotes, mortua muliere, filijs in ætate pupillari existẽtibus, ad eorum patrem, an ad auum paternum dotantem redire debent.

SVMMARIVM.

1 *DOS à patre profecta, ad patrem redire debet, filijs non existentibus.*

2 *Consuetudo Barensis. Dos à patre profecta, limitat vsum Martini, & statuit, quod etiam filijs existentibus in minori ætate, patri dotanti dos restituatur.*

3 *Opin. Martini limitatur secũdo loco. Si maritus præcedat, & deinde vxor.*

4 *Dos restitui non debet dotanti si matrimoniũ est contractum more nobilium, secũdum Bari consuetudinem, & sic limitatur prędicta consuetudo, per aliam.*

5 *Dos constituta in pecunia, more nobilium, remanet penes maritum, etiam filijs existentibus in pupillari ætate, & viuo dotante.*

6 *Intellectus ad ambas consuetudines Barenses.*

7 *Ætas in fœminis vsq; ad 12. annos, in masculis ad 18. secundum prædict. s cõsuetudines, dicitur completa.*

8 *Mortuo auo dotante, filijs etiam in minoribus existentibus, dos restituitur genero, & sic patri filiorum, & non hæredibus dotãtis.*

9 *Ipsum pronomen hoc, est personalißimum, & non se extendit ad filios, & suos hæredes.*

10 *A verbis statuti non est recedendum, & non trahuntur de vna persona ad aliam.*

11 *Ommissum in statuto, est prouidendum secundum ius commune.*

12 *Ius commune dictat, quòd dos remaneat penes filios.*

13 *Pacta sunt seruanda, maximæ posita, circa restituendas dotes.*

14 *Hæres censetur vna, & eadem persona cum defuncto.*

15 *Extensio si non fit de vna persona, in aliam, regula prædicta non militat.*

16 *Pactum valet viuo dotante, eo mortuo, dicitur patrimonium filiæ.*

17 *Morte patris, non dicitur amplius dos, sed patrimonium filiæ.*

18 *Onus in legitima apponi non potest.*

19 *Onus appositum à patre in dote, habetur pro non apposito.*

20 *Speciale est in dote, vt non transmittatur talis actio ad hæredes dotantis.*

21 *Idem si essemus in secunda consuetudine.*

22 *Intellectus ad consuetudinem Barensem, vt supra relatam.*

23 *Verbum (viuat) in consuetudine, intelligitur, donec filij peruenerint ad ætatem legitimã.*

24 *Si vir non superesset tempore mortis vxoris, dos restitueretur dotanti, in terminis secundæ consuetudinis more nobilium, nume. 26.*

25 *Res si deuenit ad casum à quo incipere non potest, neq; nunc agi ex ea potest.*

26 *Intellectus datur ad aliam cõsuetudinem Barensem, incip. Tertium sub rubr. de iur. dot.*

27 *Actio dicitur communis inter patrem, & filiam, quando dos simpliciter stipulatur, sibi reddi.*

28 *Ab hæredibus viri, indistinctè restitui debet dos dotanti.*

29 *Hæredes mariti omnino excluduntur à dote prædicta.*

30 *Priuilegium hoc concessum ab hac consuetudine, est personale, & cum eius persona extinguitur.*

31 *Pronomen (ipse) in consuetudine geminatũ, personam mariti tantum ostendit.*

32 *Pronomen (ipse) est demonstratiuum personæ ad oculum.*

33 *Priuilegium demonstrans causam finalem ea extincta non habet aliam vim.*

34 *Intellectus ad secundam consuetudinem.*

35 *Exceptio est de regula.*

36 *Exceptione cessante, regula firma permanet.*

DETERMINATIO VI.

VITVS Musella Terræ Casamaximę Prouintię Bari, quibusdam nobilibus de Carello Ciuitatis Altamuræ, tres eius filias nuptui tradidit, pacto adiecto, quod moriente vna filiarum sine filiis, vel cum filiis in ætate pupillari existentibus, dotes reuertantur ad dotantem secundum consuetudines Ciuitatis Bari, inter nobiles obseruatas. Duę de prædictis filiabus mortuæ sunt, superstitibus filiis in prædicta ætate minori, Vitus petit dotes, sibi restitui, gener negat. Sic Illustrissimo Domino Don Antonio Acquauiua de Aragonia, respondidi.

Illustrissime Domine veritas istius articuli est ista.

De iure comm. prouisum est in hæc verba (Dos à patre profecta mortua filia ad patrẽ
1 redire debet) † & Doct. ibi asserunt, quod tam si cum

cum filiis, quàm sine ad patrē redire debet; sed quia Martinus fuit in contraria opinione (quando adessent filij) eius opinio præualuit, & in vsu est, & ita seruatur, ita * omnes in d.l. dos C. solu. matr. Bart. & alij in l. post dotem ff. solu. matrim. Ioseph. Lodo. in tract. lib. 3. & Ant. Thesau. in decis. Pedem. in decis. 190. incip. dos à patre profecta.

2 Sed † de iure consuetudinario Barensi, aliter prouisum est, & limitatur dictus vsus Martini per consuetudinem incip. dos à patre profecta, quæ est clauis totius materiæ verba cuius in principio sunt hæc.

Dos à patre profecta. vel ab alio: ad ipsum redire debet, si mulier sine liberis moriatur sicut, & iura præcipiunt. Filijs autem extantibus infra ætatem prædictam dos sub fideiussione reducitur ad dotantem. & ab eo tam diu custoditur Donec ad ętatem cognoscuntur peruenisse legitimam).

Ex verbis igitur istius primæ partis huius consuetudinis notatur prima dispositio iuris contra Martinum. In secunda parte ibi (filiis

3 autem) limitatur dictus vsus Martini, † ex quo prouidetur, quod filiis extātibus dos etiam debet ire ad dotantem, ab eo custodiēda, donec ad ætatē peruenerint legitimam. Et hæc limitatio in Ciuitate Bari, & tota Prouintia indistinctæ obseruatur cōtra vsum Martini.

Secundo limitatur opi. Martini, quod dos redit ad patrem si maritus præcedit, & deinde vxor. Ita nouiter decisum esse testatur in decis. Pedemont. Authore Antonio Thesauro in decisio. 138. incip. dos à patre profecta, num. 2. & in decis. 190. num. 12.

4 Sed hæc conclusio † procedit, quando capitula matrimonialia sunt simpliciter stipulata, vel more populari: sed si more nobiliū tūnc distinguendum est alioq; modo cū per aliam cōsuetudinem prouisum est, cuius tenor talis est, quæ etiam est posita sub rub. de iur. dot.

Primum si matrimonium solueretur morte mulieris superstitibus liberis vno, vel pluribus ex ipso matrimonio infra ætatem legitimam ipso viro superstite, & viuēte ipse vir teneat, & vsufructuatur, & possideat pecuniam cum dictis filijs.

Et quid si dos consistit in stabilibus, & mobilibus. & sine pecunia, & est contractum more nobilium. Vtrum stabilia debent rema-

5 nere penes generum. Tex. iste nullam facit mentionem de stabilibus, ergo recurrendum est ad aliam cōsuetudinem, scilicet dos à patre, & ex consequenti non debent remanere penes generum. Contrarium potest attentari, quia appellatione pecuniæ cōtinentur stabilia, iuxta tex. pecuniæ verbum, ff. de verb. signif. & l. 2. C. de const. pecun. Sumus in statuto in q. stricta est facienda interpretatio.

Ex his verbis primis dictæ consuetudinis euidenter liquet, quod quando dos consistit in pecunia, & stipulantur capitula more nobilium, quod isto casu gener retinebit penes se dictam dotalem pecuniam. Et ratio assignatur per eosdem statuentes inferius, quando dicunt (ex quibus quidē pecuniæ commodo, & vtilitate perueniente eis alimēta, & vitam honorabilem præstabit.)

Et ex ambabus cōsuetudinibus colliguntur hæ conclusiones, quæ ita etiam communiter in dicta Ciuitate Bari, & Prouintia obseruantur.

6 Prima sit conclusio, quod quando pater, vel alius extraneus dotem, dederit, & stipulatur dotem reddi simpliciter. Tunc etiam filiis existentibus in pupillari ætate, dos reducitur ad dotantem custodienda, vt diximus supra.

Aut dos consistit partim in pecunia, partim in mobilibus, & tunc aut dos est stipulata more nobilium, aut more populari. Primò vero casu, quando more nobilium, & tunc per hanc consuetudinem, pecunia remanet penes generū: mobilia verò statim restituuntur dotanti. Vt alia verba eiusdem consuetudinis disponunt (bona verò mobilia præstita statim debeant assignari dotantibus) & hæc sit secunda conclusio, & communis vsus totius Prouintiæ Bari. Si vero more populari obserua, quod dixi in prima conclusione.

Sed quia sæpè sæpius oriri solent quęstiones, & sunt retento themate prædicto, quod sit mortua filia superstitibus filiis minoribus, & dos fuerat restituta patri, vel alio dotanti cōstituenda, donec filij ad ætatem peruenerint

7 legitimam, quæ ætas † secundum consuetudines prædictas consideratur in fœminis vsque ad duodecimum annum, & in masculis vsq; ad decimum octauum, vt declaratur in d. §. dos à patre profecta in prædicta rubr. de iur. dot. in vltimis verbis, quæ sunt tenoris sequentis videlicet.

Cum dos est filijs assignāda legitimis si de ætate quæratur legitimos dicimus, & tenemus masculos postquam octauum decimū, fœminam vero postquam duodecimum excesserit annum.

Pone, quod iste dotans, qui tenebat prædictā dotem, antequam filij deuenerint ad prædictam ætatem legitimam, moritur dicta bona dotalia debent restitui genero, vel remanere penes hæredes dotantis? hanc quæstionem plu-

Digitized by Google

pluriès determinaui in fauorem generis motus his rationibus.

Ponderãdo primo verba statuti in quo dicitur, ꝙ dos à patre profecta, vel ab alio ad ipsum redire debet. Ad ipsum hoc ꝓnomen
8 denotat personam ipsius dotantis, † vt no. in l. ipse despice C. de eden. & Iob in lib. --- dixit quem visurus sum ego ipse, & non alius. Itaque expressæ pronomen ipse respicit per-
9 sonam. Immo est personalissimum. † Ita dicit Fran. Bursat. in consil. 13. nu. 1. 1. volum. ita Bal. in consi. 304. vol. 5. Oldrad. consil. 21. nu. 2. & Grat. consil. 19. num. 3. volum. 2. Tibe. Decian. in respon. 29. nume. 47. volum. 2. Ripa in l. filiusfam. §. Diui nu. 111. ff. de lega. 1. Iacob. Menoch. in consi. 120. incip. quæ mea fuit sententia nu. 20. volum. Idem Menoch. in consil. 143. incip. consultationibus nume 25. 2. volum. & Hippol. Riminald. in cap. 1. de offic. delegat. nume. 18. in tom. rep. 2.
10 Nō dicit ad filios, † & hæredes, ergo à verbis statuti, non est recedendum, nec sunt trahenda de vna persona in aliam l. de vero §. si vero ff. solu matrim. Maximè, qa est correttorium iuris comm. l. 2. ff. de noxal.

Et sic à statuẽtibus iste casus fuit ommissus, & propterea recurrendum est ad ius ci-
11 uile † l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posthu. cum simil.

Ius commune dictat, ꝙ filiis existentibus
12 ex vsu Martini dos remanet penes filios, † & sic generum, vt no. in d. l. dos à patre profecta C. solu. matr. ergo cùm dotans sit ex medio exclusus succedit prædicta iuris dispositio.

Sed contra hanc cõclusionem fortiter obstat quod per hæredes dotantis dicitur, dicebant, ꝙ pactum est seruandum maximè cir-
13 ca dotes restituendas † l. vni §. accedit C. de rei vxo. actio. & per ea quę diximus in prima quæst. num. --- Sed pactum fuit, ꝙ dos restituatur dotantibus, vel hæredibus ergo ipsi in defectum dotantis sunt vocati ex stipulatione, & pacto.

Tanto magis, quia hæres censetur vna, & eadem persona cum defuncto iuris fictione.
14 † Ita est tex. ĩ auth. de iur. iura. à mori. præst. in principio.

Quia respondetur, ꝙ in isto casu alio modo consideratur persona dotantis quàm hæ-
15 redis, † quia non extensio fit de vna in aliam per d. l. 2. ff. de noxal.

Nec obstat de pacto, & stipulatione, quia pactum valet viuo dotante, sed eo mortuo
16 illa dos efficitur patrimoniũ filiæ, † vt in d. l. vni §. quo C. de rei vxor. act. & l. Pomponius Philadelphus famil. ercifcun.

Et tunc non dicitur amplius dos, sed legi-
17 tima portio filiæ, † vt no. scrib. in l. Regni in aliquibus in lib. 3. sub rubr. de success. filio. Et amplè declarat Loffred. in cõsil. 20. & in l. §. veteres ff. de acq.
18 In legitima onus apponi nō potest † l. omni modo, & l. quoniā C. de inoff. test. ergo &c.

Immò tale onus habetur pro non apposi-
19 to, quia non valet, † vt no. Iac. de Ar. in l. vxorem §. pater naturalis ff. de leg. 1.

Immo in tali casu est speciale in dote, vt
20 non transmictatur actio ad hęredes, † vt hũc articulum declarat Alber. de Rosa. in d. l. vni §. videamus C. de rei vx. act. & Dec. in consil. 106. & ita determinat hanc quæstionem Maxill. in d. §. dos num. 135. & sic intrepidæ obseruatur, & feci, &c.
21 Sed retento eodem themate. † Quid si essemus in casu secundæ consuetudinis videlicet, ꝙ more nobilium pecunia dotalis custodiebatur à genero, qui mortuus est superstite dotante, & filiis minoribus: an pecunia ipsa debet restitui dotanti, vel remanere penes hæredes viri.
22 In hac pulchra † quæstione solitus sum dicere idẽ, vt in quæstione præcedenti à contrario his rationibus, & primo pondero verba statuti dum dicunt ibi (solueretur morte superstitibus liberis vno, vel pluribus ex ipso matrimonio in ætatem legitimam ipso viro superstite, & viuente teneat &c.

Duo igitur requirit statutum, ꝙ tempore mortis vxoris vir sit superstes, & hoc est primum.

Secundum, ꝙ requiritur est, ꝙ viuat, & nota ꝙ intelligo hæc vltima verba (ꝙ viuat)
23 idest † viuat tanto tempore quanto filij venerint ad ætatem legitimam, & non intelligo, ꝙ viuat tempore mortis vxoris, quia hæc verba essent superflua postquā dicit text. (ip-
24 so viro superstite) † si non superesset non uiueret.

Ergo illa alia verba, (& ꝙ viuat) intelliguntur, vt dixi ad hoc, vt aliquid operentur l. si quando ff de lega. 3. cap. Abbate de verb. signif. extra Bald. in quæst. 9. in rubr. de contrahen. emptio.

Sequitur, ꝙ si iste vir non viueret, donec filij peruenerint ad ætatem legitimam: dos debet reduci ad dotantem hoc corroboratur euidentissima ratione. Si vir tempore mortis vxoris non superesset, nonne dos restitueretur dotanti, certæ sic. Ita est text. §. dos à patre sæpius allegatus. Sequitur ergo regula,

gula, quod quando res deuenit ad casum à quo incipere non potest. Tunc agi non potest
25 † per tex.l.pluribus §.& si placeat ff.de verbo.oblig Alex.in consi.87.num. 5.vol.1.

Modo sic, vt dixi vir si esset mortuus possent ne hæredes viri petere hanc pecuniam dotalem viuo dotante? certe non per ea, quæ diximus. Ergo deficiente viro, neq; nunc agere possunt per regulam prædictam dicti §. & si placeat.

26 Et quod † viuo dotante mortuo marito etiã de iure consuetudinario inter nobiles obseruato vadit ad dotãtem dos ipsa, est tex.apertus in ead.rub.de iu.dot.verba cui⁹ sunt hæc.

(Tertium si matrimoniũ solueretur morte viri superstite vxore, tam cum filiis, quàm sine filiis, hæredes, & bonorum successores viri debent, restituant, & remictant eidẽ vxori: aut dotantibus, vel eorum hæredibus dictam pecuniã, & bona omnia, & singula dotalia supradictam incontinenti omni occasione, & cauillatione remotis: in cæteris verò casibus restitutionis dotium stetur, & seruetur inter eos ius Longobardorum, ac vsus, & consuetudo prædictæ Ciuitatis Bari in talibus obseruata.)

Duo disponit hæc cõsuetudo, quod dos mortuo viro debet restitui vxori: intellige hæc verba, quando dos simpliciter esset stipulata
27 à dotante, alias actio efficitur cõmunis † l.2. § quod si ff. solu.matri nimirum si ita disponit.

Secundo dicit dotantibus, vel eius hæredibus, & sic quando dos est stipulata, vt re-
28 stituatur maximæ ab extraneo † iuxta tex.d. §.accedit C. de rei vx.actio. tunc indistinctæ debet ab hæredibus viri restitui.

29 Et † sic apertè apparet, quod si vxor superuiueret intelligendo modo quo supra, debet ei restitui. Vel ea mortua, & dotans esset viuus, tunc debet restitui dotanti. In tantum quod ex omni capite, hæredes mariti sunt exclusi.

Hoc videtur sentire etiam glo. dictæ consuetudinis, dum intelligit dictam consuetudinem habere locum, quãdo esset viua vxor, & antequam ei esset dos restituta moriretur, quia tunc debet restitui dotanti, seu suis hæredibus, & hoc dictat illa particularis consuetudo inter nobiles.

Sequitur in casu isto, quod hæredes viri sunt exclusi, & dos debet, vt dixi reduci ad dotantem nunc viuum.

Corroboro prædicta, alia Ratione: nam istud priuilegium concessum marito in præiuditium dotantis, est personale, & cum eius
30 persona extinguitur † l.priuilegia ff.de reg. iur.& cap.priuilegium eod.tit.extra, & in l.maritum, & l.sequenti ff.solu.matr.& caussa finalis ipsius dispositionis fuit maritus: nã dicit tex.(ipso viro superstite)&ibi (ipse vir) tanto magis ex quo istud pronomen ipse pso-
31 nalissim ũ est, & personam mariti ostendit, † vt no.in d.l.ipse dispice C.de eden.Iaso.in §. fuerat, & gloss.ibi.in verbo cum ipsa inst. de Actio.& Tibe.Deci.in resp.29.nu.47.2.vol. dixit, quod dictio ipse est demonstratiua perso-
32 næ ad oculum.† Bursat.in consi.13.num.1. vol.1. dixi supra nume.12.se, & Menoch.in consi.452.nu.52.vol.5.& Alex.in consi.75. num.6.vol.6.Rolan.in consi.55.nu.28.lib.3. & idem Menoch.in consil.466.num.21.vol. eod.5.& idem in consil.471.nu.30.vol.eod. & in consi.447.nu.7.vbi quotas allegat Rip. in §.diui nume.141. in l.filiusfamilias ff. de leg.1.Paris.in consil.95.nume.11.lib.2.& Natta in consi.164.num.8.volum.1.& Tibe. Decian.in respon.2.num.33.in 2.vol. vbi in pulcri materia ponderat quem vide.

Et quando priuilegium demonstrat caussam finalem, & personam propter quam
33 † cum eius psona extinguitur, ita iura prædicta loquuntur, ergo &c.

34 Accedat † ad prædicta conualidanda intentio statuentium in eadem consuetudine adsunt hæc verba (bona vero mobilia præstita assignare debeat dotantibus) Ergo voluerunt cõtemplatione mariti excludere, dotantem à pecunia tantum, illa ratione (vt cõmodius filios alat) ergo eo moriente dotans alebit filios, & pecuniam dotalem penes se habebit per prædicta.

Regula sit igitur, quod semper dos debet restitui dotanti, non procedit quando est stipulata more nobilium, & erit in pecunia, quia limitatur, & sic obstat dotanti exceptio, &
35 cum exceptio sit de regula, † vt in l.semper specialia ff.de reg.iur. §.vt autem in auth.de non alien.& exceptiones regula confirman-
36 tur, † & per Dyn.in prohem.de reg.iur.versic.circa quintum, & Cagno.in l.regu.num. 29. ff. de reg.iur.not. in l. nam quod liquidæ ff.de pen.leg. & Thom.Docci. in consil.121. num.6.& consil.196. num.1.

Cessante igitur exceptione prędicta, regu-
36 la firma † permanet l.adigere §.quamuis ff. de iur.patr.& c.cum cessante de appell.extra & l.quæsitum §. deniq; ff de fund.instruct. & Natta, in consil.154.num.31.vol.1.

Et ita in pluribus caussis pluties determinaui &c. & Domino sit laus, & sic obseruatũ, & executum in præsenti causa fuit.

Sempronius Ascia V.I.D.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Animalia in dotem data non extimata, non gregatim augentur pro vxore.

SVMMARIVM.

1 *Dos data æstimata marito, commodum, & incommodum est mariti.*
2 *Maritus habet electionem restituendi rem, vel pretium in prædicto casu.*
3 *Dotes datæ inextimatæ, meliores, & deteriores fiunt mulieris.*
4 *Animalia debent restitui tempore solu. matrim. vt reperiuntur.*
5 *Animal naturaliter mortuum inextimatum, perit mulieri, & fætus maritus subrogare non tenetur.*
6 *Maritus est dominus fructuum, constante matrimonio.*
7 *Agni, hædi, & vituli sunt in fructu.*
8 *Agni, & similes, statim ipso iure sunt fructuarij, vel bonæfidei possessoris.*
9 *Subrogatio non fit in locum animalium mortuorum, nisi quando dantur gregatim, non quando est vsufructuarius in singulis capitibus.*

DETERMINATIO VII.

FVIT contractum matrimonium annis elapsis inter Cæsarem de Petrutio, & quondam Honestam Gemmã de Gosciulo Terræ Castellanæ, cuius causa, & contemplatione fuerunt in dotem promissa, secundum ius Longobardum, & consuetudinem Ciuitatis, & Prouintiæ Bari multa bona stabilia, & mobilia, seu se mouentia huiusmodi, videlicet.

Item vna polledra di due anni.
Item vno paro di genchi sopra anno.
Item vna vacca figliata.
Item vna giencha sopra anno.

Factus est casus restitutionis dotium morte dictæ gemmæ. Petitur ex quo prædicta animalia sunt maioris valoris hodie, quę tẽpore consignationis, si debet restitui pretium. Vt valebant tempore consignationis, an ita vti reperiuntur, sic de iure respondi.

Liquet prædicta bona, & animalia in dotem data fuisse inextimata, quo casu iurisc̃osultus in l. plerumq; in prin. ff. de iur. dot.
1 dixit, † ꝙ quãdo dos est data extimata in dotem, commodum, & incommodum, est mariti. Plenè per Tiraq. in retract. consa. glo. 14. nu. 20. & hoc voluit tex. l. extimatę, & l. si extimatis ff. solu. matr. & Imperator in l. cũ dotem C. de iur. dot. dicit hæc verba, quis enim dubitet æstimationem à te mulieri debere, cũ periculo tuo, res deteriores fiant, vel augmenta lucro tuo recipiantur, hinc est ꝙ Bal. in l. ex conuentione in 2. col. ver. secundo casu resultat emptio C. de pact. num. 1. dixit, ꝙ quãdo maritus recipit res mobiles appretiatas, ꝙ commodum, & incommodũ est ipsius, & hoc firmat ante eum Cyn. in d. l. cum dotem; & nouiter ita decisum esse testatur Viui. in decisio. Regni Neap. nouiter impressa decis. 261. quę fuit approbata in Sacro Consilio in hoc anno 1592. & decisio. Petus. 79. par. 2.

Et in tantum est vera ista conclusio, ꝙ maritus, quãdo tenetur restituere rem dotalem extimatam habet electionem restituendi ip-
2 sam rem, vel pretium. † Ita post gloss. Bart. in l. vni. in §. exactio C. de rei vxor. action. in 1. quæst.

Sed quando nõ extimatæ res in doté dantur, (vt est casus noster) meliores, & dete-
3 riores, fiunt mulieris, † ista sunt verba d. tex. l. plerumq; in princ. & hoc ibi firmat eam sumando Salycet.

Quo vero ad Baccam naturaliter mortuã costante matrimonio sine culpa, & dolo mariti, dico ꝙ fætus ex ea natus non debet sub-
5 rogari hac ratione. †

Nam costante matrimonio fructuum do-
6 talium, maritus est dominus † l. fructus dotis ff. de iur. dot. l. 1. C. si cõst. matr. no. in l. doce ancillã C. de rei vend. & gl. in l. si id q̃d donatum in versi. (stipulata) ff. de don. inter vir.
* & vxo. est * communis opin.

Sed quia agni, hędi, & vituli, sunt fructus.
7 Vt dicit † tex. in §. in pecudũ inst. de rer. diuis. & statim pleno iure sunt bon. fid. poss. & fructuarij, vt dicit tex. in l. in pecudũ ff. de vsur. & fętus pecorum, Sabinus, & Cassius opinati sunt, ad fructuarium pertinere, vt dicit tex. l. vetus fuit quęstio in §. fętus tamen ff. de vsufruct.

8 Nec obstat dispositio † tex. l. plerumq; in §. si serui sobolé in vers. sic tamen, vt suppleri proprietatem prius oporteat, & submissis in locum demortuorum capitum ex iam natis residuum in fructus maritus habeat, quia fructus dotis ad eum pertinet.

9 Quia respõdeo, † vt dicit glo. in §. in vers. submittere in §. sed si gregis inst. de rer. diuis. quę dicit, ꝙ submissio non fit si in singulis capitibus, iit vsufructuarius, & hoc est q̃d dicit tex. l. q̃d ergo §. sed q̃d dicit ff. de vsufr. & ibi plenè p scriben. & ĩ d. §. p Ang. Are. ĩ fi.

Concluditur ꝙ tex.l.plerumq; in §.si serui, procedit quando gregatim marito essent data animalia: secus quando vna bacca sola per d.tex.qnid ergo,maximæ non præcedente culpa mariti, sed naturaliter mortua,vt in locis prædictis, & etiam secundum hanc cōclusionē reperi decisum fuisse in Sacro Consilio,teste Afflicto in decis.270.Domina Charella, & ibi Vrsill.in prin.& ita determinaui Castellanæ sub die---in Anno 1577. ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Pactum factum à dotante in casu restitutionis dotium in fauorem filiorum, quando valet: & mulier de dote testari potest, & quando clausula codicillaris stante testamento nullo operetur, vt legata à venientibus ab intestato debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, vt dos restituatur dotanti valet, & tenet.*
2 *Pactum tenet in eo, quod dat vltra legitimam, quando fit, vt restituatur.*
3 *Dos viuo patre non consideratur legitima.*
4 *Legitima dicitur mortui, & non viuentis.*
5 *Dos non subrogatur loco legitimæ.*
6 *Dos sic simpliciter considerata, non est in dominio mulieris, & ideo testari non potest.*
7 *Consuetudo Barensis, facit mulierem dotium vsufructuariam, ergo non potest testari.*
8 *Morte vsufructuarij, vsusfructus cōsolidatur cum proprietate.*
9 *Morte patris, dos consolidatur in filiam, ergo testari potest.*
10 *In Regno masculis existentibus, fæminæ non succedunt.*
11 *In Regno dos quæ datur filię,est eius legitima portio.*
12 *Ex stipulatione patris, actio non transmittitur ad hæredes.*
13 *Ius Longobardum non impedit testari.*
14 *Mulier mortuo patre, & sine filijs, testari potest.*
15 *In Regno mulier de dote testari potest.*
16 *Filius, qui nascitur, & statim moritur, habetur pro non nato.*
17 *Illud nō esse dicitur,quod cępit esse,& desinit.*
18 *Ille dicitur sine filijs decedere, qui tēpore suæ mortis non habet.*
19 *Intellect.ad l.cū vxori C.quando dies leg.ced.*
20 *Aliud est dicere si nascūtur filij, aliud si moritur sine filijs.*
21 *Moriente hærede instituto ante testatorem, testamentum, quoad institutionem, dicitur caducum.*
22 *Hæreditas intestati transmittitur ad proximiores.*
23 *Hæreditatis aditio requiritur, vt testamentum valeat.*
24 *Heres est caput testamenti.*
25 *Testamentum non valet, ꝙ hæredem vniuersalem non habet.*
26 *Sollemnitas requisita de actu, si non apponitur actus non valet.*
27 *Hærede mortuo ante testatorem, testamētum efficitur caducum.*
28 *Paria sunt, codicillos de per se facere, quàm in testamento asserere,si non valet iure test. valeat iur. codicillorum, vel omni alio meliori modo.*
29 *Clausula codicillaris operatur, vt legata debeantur.*
30 *Clausula codicillaris operatur, hæreditate nō adita.*
31 *Coniectura magna est,si grauat hæredē,multo fortius venientes ab intestato.*
32 *Clausula codicillaris operatur in testamento valido.*
33 *Testamentum si non valet, nec codicilli in eo appositi.*
34 *Causa si cessat ob quam testamentum est nullum, non reconualescit.*
35 *Accessorium sequitur naturā sui principalis.*
36 *Distinctio, & quomodo prædicta procedunt.*
37 *Testamentum si est nullum ratione voluntatis, codicilli non operantur.*
38 *Testamentum nullum ratione sollemnitatis,in eo, clausula codicillaris operatur.*

DETERMINATIO VIII.

MAXIMIANA Terrę Capursij,Prouintię Terrę Bari, Betardino Terræ Noiæ,ab eius patre nuptui tradita, fuit pacto adiecto,ꝙ deficiente ea sine filiis, vel cum filiis in minori ætate existētibus, ꝙ dos reuerteretur ad dotantē, seu ad suos filios hæredes,& successores, iuxta tamen cōsuetudines Barenses in scriptis redactas. Vt domino placuit moritur pater dotans: deinde Massimiana peperit, filiamq; genuit,& valdè ægrotauit,ita, & taliter, ꝙ mortua fuit, condito per eam prius eulogio, & dicta eius filia hærede instituta: quæ parum ante mortem matris ab hac vita migrauit,& in testamento prædicto eius marito de eius dote vntias decē, & octo legauit: & or-

Digitized by Google

Et orta quęstione inter hęredes dotantis, & maritum, fuit de pluribus dubitatum.

Primò, an pactum factũ à patre restituendi dotem in fauorem suorum filiorum in casu mortis valuit.

Secundo, an ista Massimiana de dotibus prædictis, testari potuit.

Tertio, quia hæres præmortua fuit, si testamẽtum est effectum caducum, etiam quo ad legata.

Quarto, quia in testamento adest clausula codicillaris, & quod valeat omni meliori modo, si venientes ab intestato tenentur tradere prædicta legata marito legatario, maximè mortuo hærede ante testatorem.

Quoad primum, an pactum à patre factũ ꝙ filia moriẽte sine liberis dos reuertatur ad dotantem, seu eius hæredes filios, & succes-
1 sores, dico ꝙ valet, & tenet, † quia tale pactum seruari debet, p text. l. dos à patre profecta, vbi scrib. C solu. matrim. Bart. & alij in
* l. post dotem ff. solu. matrim.*

Tale pactũ quod fieri possit, est ratio clarissima, quia potest apponi hæc lex. Vt mo-
2 riente filia, dos reuertatur ad eũ † ita est tex. l. legem, & l. traditionibus C. de pact. Io. de Ami. in consil. 30. versic. item quęro num. 4. Bonus text. in l. vni. §. accedit iuncta glo. C. de rei vx. act. & in patre est verus intellectus per dictum tex. ꝙ licet non sit stipulatus, tacitè videtur stipulatus, licet Ias. in §. fuerat nu. 100. colum. 12. inst. de act. in isto articulo videtur tenere contrarium.

Ad hoc obiectum respondebatur, ꝙ licet tale pactum valeret, nihilominus pactũ non tenet, quando pater non dedisset vltra quod ei competeret, quia in illo pluri pactũ tenet,
3 † ita limitando prædictam primam conclusionem. Tenet Bald. in consi. 281. incip. Viso testamento, nu. 4. in 1. libro, plenius Bart. & scrib. in l. fin. § filiæ ff. de lega. 2. & Cagno. in l fin. C. de pact. num. 102. versic. quando autem mulier: Guid. Pap. in quæstio. 613. Ias. in consil. 24 & 44. lib. 1. Corn. in consil. 239. lib. 3.

Ad secundam quęstionem, ꝙ mulier ista testari nõ potuit, probatur sic. Nam viuo pa-
4 tre, dos nõ consideratur legitima filię, † quia viuo patre nulla debetur legitima, dicitur enim legitima mortui, & non viuentis, &
5 quòd dos nõ subrogatur loco legitimę † est
* communis * opin. ita refert Card. Alban. qui hanc conclusionem tenet in l. Titio centum §. Titio genero num. 8. ff. de cond. & demonstra. est videre Dec. in consil. 105. nume. 3. 1. parte.

Et in tali casu cõsiderata dote simpliciter, potest tale onus imponi, vt restituat ea mor-
6 tua, & sic testari non valuit, † & de hoc videatur Bald. nouell. in tract. dot. in priuil. 62. Bart. in l. fin. § si filiæ ff. de leg. 2. & Card. Alban. in citato loco num 9.

Secundò, & fortius dicitur, ꝙ capitula matrimonialia fuerunt stipulata secundum consuetudines Barẽses. Quarum vna in rub. de iur. dot. sic legitur (Mulier licet domina sit dotis, vti potest, abuti non) de qua etiam mentionem fecimus in præcedenti quæstione, & in ipsa disponitur, ꝙ viuo dotãte, vel existẽtibus filiis: mulier ipsa est vsufructua-
7 ria. † morte cuius vsusfructus consolidatur
8 cum proprietate, † vt est tex. §. finitur autem vsusfructus inst. de vsufructu.

In casu isto adest filia, ergo testari non potuit, & in materia pacti, vel statuti, quòd non possit testari voluit Cagno. in l. fin. num. 100. versi. quando autem C. de pact.

Pro parte viri respondetur, & dicitur, ꝙ pater dotans erat mortuus, & sic dos fuit cõsolidata per mortem vti legitima. Ita Anto. Thesau. in decis. 237. incip. dos data in prin. vbi doctè.

Et ex cõsequenti de ea testari potuit, † ita est tex. in d. l. vni §. videamus C. de rei vxo. act. doct. in l. 2. §. ꝙ si in patris ff. solu. matri. Bald. in tracta. dot. in 6 par. in 16. priuil. nume. 3. versic. & prædicta Pau. in consi. 11. nume. 2. in 2. volum. Brun. in tract. ꝙ existentibus masculis in 11. articulo in 18. quæst. nume. 78. & Bald. in consil. 49. in 2. vol. in terminis, ita reperij tenere nouiter Franc. Viu. decis. 9. num. 1. volum. 1. & Cagnol. in alleg. l. fin. num. 101.

Secundo dicitur, ꝙ in Regno habemus legem, quæ dictat, ꝙ existentibus masculis, fæ-
10 minæ nõ succedunt† incip. in aliquibus sub rubr. de succ. filiorum comit. & Bart. lib. 3. & est videre ibi diffusæ, & Dom. Loffred. in consil. 26.

Et tali casu, illud quod datur filiæ, consi-
11 deratur sua legitima portio † Alex. in consi. 13. col. antepen. in 3. vol. nu. 6. & in consi. 52. col. 2. num. 10. eod. vol. Card. Alban. in lucubra. ad Bar. in l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cautio. vbi dos subrogatur loco legitimæ, & idem in l. Titio centum §. Titio genero num. 3. ff. de cond. & demonstr. in 1. parte Carol. Ruy. in consil. 148. incip. quoniam de iur. comm. nu. 1. in 5. lib. & Franc. Viu. in decis. 9. num. 1. vol. 1. Gramm. in decis. 57. nume. 25. & Gabriel in suis conclusio. conclusio 1. num. 26. sub rub. de legitima.

Ita, q pater nullum pactum apponere po-
11 test, † & licet stipularetur pater, nihilominus talis actio ex stipulatu patris, non transmittitur ad hæredes. Imò tali casu tenentur
12 remittere talem stipulationem. † Ita Lodou. Rom. in l. post dotem ff. solu. matrim. vbi diffusius Ias. num. 63. versi. limita tamen, & Bal. in d. l. fin. ff de dot. pro versi. Sed pone, q statutum nu. 10. Capic. in decis. 176. in primo dubio versic quinta difficultas Maxill. in d. consuetudine num. 35. & Franc. Viu. in d. decis. 9. num. 2. & Cagnol. in d. l. fin. C. de pact.
* nume. 101. vbi dicit hanc esse * communem opin. & Dec. in consi. 106.

Ad prædicta corroboranda facit, q consuluit Gramm. in consi. 87. num. 6. vbi declarat, q vbi viuitur iure Longobardo, Mulier
13 testari potest. † At in Terra Noię viuitur iure Longobardorum, & dicitur in dictis capitulis matrimonialibus ibi (secundũ ius Longobardum, & consuetudines Barenses, ergo, &c.

His veris non obstant quæ dicuntur contra virum, quia in casu nostro mortuus erat
14 pater, † & sic non faciunt contra testamentum. Idem dicitur de filia; nam in processu etiã liquet, q massimiana condidit testamentum in quo instituit dictam filiam hæredem, & antequam mortua esset mater, præmortua fuit filia, & sic deficiente tempore mortis filia, testari potuit mater.

Non obstat vltima ratio, quia in Regno fœminæ non succedunt, sed debent dotari de paragio, per ista verba, dos subrogatur loco legitimæ, & ex consequenti testari potuit,
15 † & in ea habet hæredem, vt clarè dico in determinatione mea 13. nu. 1. & seq. & Cagnol. in d. l. fi. C. de pact. num. 101.

Ego breuiter dico, & sic declarabo tertiam quæstionẽ, q mulier ista sit ab intestato mortua, & q testamentum fuit effectũ caducum.
16 Moueor primo † per text. in l. ex facto §. penul. vbi Pau. de Castr. ff. ad Trebell qa statim, q filia, nata fuit, fuit mortua, habita fuit, ac si nata non esset; nam non dicitur natus ille, qui statim, vt nascitur, decedit, vt fuit in
17 casu isto † per tex c. Nam, & ego de ver. sign. extra, & facit tex. l. duo sunt Titij ff. de testa. tut. l. in lege ff. de cõtrah. empt. Ang. in l. qui mortuus ff. de verb. sign. & glo. in §. quinetiã, in rub. episcop. vel abb. in vsi. feu. vbi feudistæ, & Fran. Sonsb. in tract. feud. in 9. par. nu. 130. in tom. tracta. 10. par. 1. vbi tractatur, & soror in feudo admittitur, fratre statim nato, mortuo, & ibi, vide Bal. in dicto §. quinetiam, & Hier. Garzon. in tracta. de fæmi. ad feuda recipi in vltima ampliatione, vbi benè discurrit hanc materiam feudi, & Bal. post glo. declarat in nume. 2. secundum Innoc. q ille dicitur illicò decedere, qui decedit antequam ei nomen sit positum in baptismo, q tempus est octo dierum, secundum vetus testamentũ de hoc not. in d. c. nam, & ego, sed hodie potest baptizari statim nota ergo, &c.

Et illud dicitur deficere, quod cœpit esse, & statim deest, vt à cõtrario probat tex l. Titio vsusfructus ff. de cond. & demonstr.

Et ille dicitur sine filijs decedere, qui tem-
18 pore mortis suę nullum filium reliquit † per tex. l. pater Seuerinam §. in fideicommisso ff. de cond. & domonst. Aym. Grau. in cõsi. 208. num. 1. & 2. volum. 2.

Nec obstat quod obijcitur in hac conclusione de text. l. cum vxori C. qñ dies leg. ced. in quo disponitur, q satisfactum est legato, si nascitur filius licet postea moriatur.

Quia in casu nostro non fuit factum pactum simpliciter si nascũtur filij; sed fuit pactum, q moriente sine filijs, ita q respicitur tempus mortis filiæ, si adsunt, vel non filij, & in hoc casu dispositio l. prædictæ, cum vxori
19 non procedit, † ita Pau. de Cast. declarat tex. d. l. ex facto §. fin. & ita in d. l. cum vxori declarat Alexan. in add. ad Bar. Et sic testari po-
20 tuit. † Sed in casu nostro aliter est dicendũ: Nam filia ista præmortua fuit, & sic testamẽtum fuit effectum caducum, quoad institu-
21 tionem. † Ita est text. in l. vni. §. & cum triplici C. de cad. toll. est tex. in l. pater alias celsus ff. de lega. 2. & ita Oldrad. in consil. 141. Thema tale est nume. 1. & sequitur Dec. in consi. 242. num. 1. & 2. vol. 2.

Et sic videtur hæreditatem transmissam esse ad proximiores ab intestato venientes,
22 † per text. l. conficiuntur in princ. ff. de iure cod. & §. posteriore versic. ideoq; insti. quib. mod. test. infir. l. post consanguineos §. hæreditas ff. de su. & leg. l. proximiores ff. de verbo. signif.

Et q tale testamentum sit effectum cadu-
23 cum † probatur sic, in rub. de test. declarantur, q multæ sollemnitates requiruntur, & in l. 1. ff. eod. Pau. de Castr. dixit, & inter alias sollemnitates, requiritur hæreditatis additio per text. l. si nemo ff. de test. tut. & Natt. in c. quamuis, nu. 357. de pact. in 6. in tom. rep. 5.

Hinc est, q dicitur, q hæres est caput te-
24 stamenti, † ita est text. §. ante hæredis inst. de lega.

Non valet testamentum, q hæredem vni-
25 uersalem non habet † l. proximè post mediũ ff. de his, quæ in testamento delent. & l. fi. ff.

de

Digitized by Google

de iur. codicill. & l. non codicillum ff. de test.

Cum igitur ista sollemnitas defuit, ergo, & clara est conclusio, ꝙ quando integralis in aliquo actu sollemnitas requiritur, si illa deest, actus ille, qui sequitur non valet, quia
26 peccat in forma, & in substantia † per text. l. diuus in princ. ff. de test. in integ. l. si vnam C. de testa. l. obligari §. tutor ff. de auth. tut. l. qui Romæ §. flauius ff. de verb. oblig. Aret. in consi. 68.

At in casu nostro, vt diximus hæres præmortua fuit, & sic hæreditas non adita. Merito remanet cõclusio nostra in robore, ꝙ testamentum quãtum ad institutionem est ef-
27 fectum caducum, † ita Pau. de Castr. in prædicta rubr. de test. ad plenum, & toto tit. de caduc. toll.

Sed difficultas est videre, an quia in testamento adest clausula codicillaris si à venientibus ab intestato legata debentur.

Et primo considerandum est, ꝙ paria sunt codicillos per se facere, quàm in testamento asserere, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel omni alio meliori mo-
28 do † ita Bart. in l. prædicta num. 6. ff. de iure codicillorum, & idem Bar. in consi. 20. incip. factum sic se habet num. 5. 1. vol. per tex. l. ex testamento iuncta l. qui ante auté circa prin. ff. si quis om. cau. testa. & Bellacomb. in rubr. de testa. in num. 256. in versi. Ex quo clausula cum seq. in tom. comm. opin. 2.

Et sic firma remanet conclusio, ꝙ legata
29 prædicta debentur, † vt est tex. l. codicilli §. Lucius ff. de lega. 2. & l. si quis testamentum nullum ff. de iur. codicill. Bar. in ead. l. 1. & idem, & consil. 44. incip. super prædictis volum. 1. Bart. in l. quia autem num. 4. ff. si quis ommiss. cau. testa. glo. in l. eam quam, in versi. traditur C. de fideicom. Bar. & Pau. in l. ex ea ff. de testa. Alex. & Ias. in auth. ex causa C. de lib. præter. & idem Alex. in cons. 42. in 2. volum. & Philip. Corn. in consil. 194. in littera C. 3. volum. & Ioan. Dilect. in tracta. de Ar. test. in rub. de hęr. institu. in cau. 1. vbi dicit hæc verba (si vt defectu institutionis relicta inualida non reddantur, remedium est, ꝙ in testamento adiiciatur clausula codicillaris) hoc voluit etiam Deci. in consi. 242. & consil. 248. & 288. & consi. 349. & Alexan. in
* consil. prædicto 42. & ꝙ hæc sit * communis opin. more solito notat Franc. Viu. in tracta. comm. opin. in rub. de testa. ver. necnõ clausula ipsa in tom. 2. & doctè de Franch. in decil. 1. nume. 13. & 14. in 1. par. Vital. in tract. de clausul. versic. clausula codicillaris num. 4. in tom. tracta. 18. & nume. 327. & sic clausula prædicta grauat omnes venientes ab intestato, vbi per prædicta etiam mortuo hęrede ante testatorem, vt per Dec. in d. consil. 242. nu. 1. & 2. in 2. volum. & Ang. de Gambellionibus in consi. 82. num. 19. & 20. & ad saturitatem Iacob. Philip. Port. in conclusione, seu regula prima, vbi copiosè allegat. lib. 6. suarum cõclusio. regularium, & com. opi. Et copiosè etiam Franc. Bursat. in consil. 88. num. 22. in 1. libro post Rolan. à Vall. in consil. 71. nume. 57. vbi dicunt, ꝙ est hæc opin.
* magis * communis, & Philip. Fran. in rep. c. si pater num. 106. versic. duodecimo de testa. in 6. in 5. to. repet. & idẽ dicit Cels. Vg. in eo. tom. tract. num. 327. colum. 1. circa medium, & Ang. de Gambell. ĩ tract. de testa. in gl. 99. versi. valet iure codicillorum nu. 2. in tom. 8. in 1. par. & idem firmat Bar. in l. qui duabus, num. 6. ff. de leg. 1. & Socy. in consil. 140. nume. — in 1. vol. & in consil. 218. nume. -- eod. volum. Card. Alba. in lucubratio. ad Bar. in l. prædicta num. 2. ff. de iure codicillo. & Carol. Ruyn. in consil. 13. nume. 6. volum. 3. vbi expressè declarat, ꝙ clausula codicillaris operatur effectum propriæ, quando hęre-
30 ditas non est adita † per tex. l. eam quã cum ibi no. C. de fideicomm. l. quĩ autem ff. si quis ommissa causa testa. & est videre Iacob. Menoch. in consil. 130. num. 17. incip. præpositę dubitationi in 2. vol. Vital. in loco citato nume. 3. & Burs. in consi. 75. num. 32. vol. 1. & idem in consil. 15. num. 2.

Hæc opin. corroboratur ex mente testatricis. Nam si grauauit propriam filiam, vt traderet dictas vntias decem, & octo suo mari-
31 to, in qua magna attenditur affectio. † arg. l. cum furiosus C. de cura furio. Multo magis grauaret ipsos venientes ab intestato, & remotiores, vt est tex. l. publius Męuius §. Titia codicillis ff. de cond. & demonstr. & ita doctè argumentando asserit Pau. de Castr. in d. l. ex duobus §. primo num. 2. ff. de vulg. & pupill.

Pro parte hæredum Maximianę dicebatur, ꝙ quamuis codicilli de per se facti, & clausula codicillaris paribus passibus ambulant. Ita quod disponi in vno, videtur dispositum in alio, iuxta tex. l. si mater C. de insti. & substit. & l. Gallus §. & quid si tantum ff. de libe. & posthum.

Nihilominus prędicta omnia allegata, &
32 adducta procedunt, in testamẽto valido, † & Ratio est, quia si testamentum non valet, nec & ipsi codicilli dependentes ex dicto testamento valere debent, ita est text. Rotundus in

Digitized by Google

34 † in l.si quis cum testamentum nullum §.fi. ibi gloss.iuncta l si quis ab intestato in fin. ff. de iur.codicill.l.1 §.1.ff.de leg.3.& d.l.si nemo ff. de testa. tut. in propriis terminis hoc voluit Dec.in consil.234.nu.3.& Guid.Pap. in consil.234. incip. non valuit, neq; valet, num.2.& Tib Decia.in resp.3.nume.19.volum.2.p scrib.in l.generaliter §.ex testamento ff de fideicomm.liber.Socy.in consi.93. in 4.vol. Lodou.Rom. in consil.122.incip. circa idem,Fulgos.in consi.32 incip ex facto.Ang. in consil.76.Franc.de Aret.in consil.93. viso legato. Hippol. de Marsil. in cap. at si clerici num.172. in 5.Tom.Repet.de iud.extra. Et in tantum est vera ista conclusio, q si cessat causa, ob quam testamētum est nullum, non
35 reconualescit,† ita Crot. in rep.cap.quia in omnibus de vsur. extra nume. 12. in tom. rep. 4.

Ratio est in promptu, quia codicilli capiunt vires ex testamento, & sunt tanquam accessorij: Accessorium sequitur naturā sui
35 principalis † l.ex pupillari ff.de vulg.& pupill.& cap.Accessorium de reg iu.in 6 principale deest. quia est nullum,ergo, & codicilli vti accessorij.Et in propriis terminis hāc partem affirmat Ias.in l.si quis agere num.5. C..de codicill. Idem dicitur quādo testamentum est nullum ex causa præteritionis, quia non debentur legata, nec clausula operatur,
36 & est communis opin.Ita Ang.de Gambellionibus in consil.82.num.20 & Corf. in reperto.Abb.in verbo accessorium.

Ego ponderatis iuribus vtriusq; partis: cū hac distinctione votaui.

Aut testamentum est nullum ratione voluntatis.

Aut est nullum ratione sollemnitatis.

36 Primo † vero casu, quando testamentum est nullum ratione volūtatis, tunc, nec clausula codicillaris aliquid operatur, & est nulla. Ita procedunt iura vltimo loco per hæredes Maximianæ producta, & vltra ea, ita declarat Ias.in consil.8.num.34.in 3 volum. & Dec. in consil.394. & per Moder.Tiber.Decia.in resp.3.num.19.vol.2. & Carol.Ruy. in consi.1 in prin.vol.2 vbi declarat,q testamentum nullum ratione voluntatis,neq; va-
37 let ad pias causas, † & Abb.in consi.105.incip. videtur 1.volum.. & Ang.de Ganbelli. in consil 94. nume.11. & idem in consil 91. num.6.& 7.

Secundo vero casu, vt est casus noster, testamentum est nullum ratione sollemnitatis.
38 & præsertim q nō est adita hæreditas:clausula operatur, & legata à venientibus ab intestato debentur. Ita declarat in terminis nostris Cels. Vgo.in tracta.de claus.nu.327.colum.2.circa finem in tom.tract.18 & Vit.in eod.tract.& tom num.3.vbi dixit hęc verba, (quod si testamentū deficit eo,quia non aditur hæreditas, tunc operatur dicta clausula) Et Alex.in consi.17.nu.11.vol.3.qui dicit, q clausula codicillaris operatur propriè, quū testamentum est nullum ratione sollemnitatis. Ita etiam declarat Franc. Bursat. in consil.338.nu.9.volum.3. & idem in consi.236. nume.5.vol.eod. Immo clausula codicillaris facit valere testamentum eo casu quo hæres moritur in vita testatoris, vt fuit casus iste. Ita dixit Alex.in consil.17.num.1.& seq.volum.3.& Dec.in consil.369.in fi.& in consil. 240 & refert Bellacomb in rubr. de testa.in num.259.in 2.tom.com.opin.& ibi multa de hac clausula codicillari dicitur,& q clausula codicillaris non substinet testamentum nullum ratione voluntatis, voluit Capra in regu.3. nu.33. & 50. Idem Bellaco. vbi.in citato loco num.273. & 274 & hanc partem affirmat Iaco.Philip.Port.in cōclusione,seu regula 6. lib. 2. Ex quibus omnibus votaui dictas vncias 18. legitas merito deberi, & sic inter partes ipsas de communi consensu fuit executum.

Sempronius Ascia. I.V.D.

ARGVMENTVM.

Mater vidua, non potest donare bona dotalia vni filiæ tantum alijs exclusis.

SVMMARIVM.

1 *Paternum est dotare filiam.*
2 *Pater in dubio, seu simpliciter dotans, de proprio dotare censetur, etiam si filia esset diues, etiam si diceret de bonis maternis.*
3 *Pater non solum semel, sed pluries dotare tenetur, etiam si ingrederetur monasterium.*
4 *Filia si nupserit sine consensu patris etiam dotare tenetur:*
5 *Pater cogitur iudicis offitio filiam dotare.*
6 *Mater dotare non tenetur.*
7 *Mater volens potest maritare, sed non cogitur.*
8 *Donatio inter maritum, & vxorem est regulariter prohibita.*
9 *Mulier donans marito, vt donatum det in dotem filiæ. donatio valet.*
10 *Ratio qua militat in parte, militat in toto.*

11 Mu-

Digitized by Google

11 *Mulier potest dare omnia bona sua in dotem.*
12 *Mulier dotans, velleiano non iuuatur, & carceratur.*
13 *Consuetudine Barensi potest maritus bona vxoris in dotem tradere, & filij vendicare non possunt.*
14 *Pro dotāda filia, bona vxoris possunt alienari ex consuetudine Barensi.*
15 *Mulier maritando se, potest omnia sua bona in dotem dare secus, quando maritasset filiam.*
16 *Filia non potest sua legitima portione priuari.*
17 *Pater potest plus vni filia, quàm alteri dare, dummodo non priuet aliam legitima.*
18 *Pater tenetur seruare æqualitatē inter filios.*
19 *Mater non potest priuare filios eorum legitima.*
20 *Mater malefacit, si non seruat æqualitatē.*
21 *Mater legitimam filiæ relinquere tenetur, sed non maritare.*
22 *Consuetudine Barensi, mater filijs existentibus, vel viuo dotante, est vsufructuaria.*
23 *Consuetudine Barensi filij in dote materna succedunt, vt filij non vt hæredes.*
24 *Statutum Barense ordinat, ꝙ si transit ad secunda vota caueat de conseruandis bonis filijs quibus sunt restituenda post eius mortē.*
25 *Consuetudine Barensi mulier transiens ad secunda vota dat vsum tantum marito bonorum dotalium.*
26 *Filij primi, & secūdi matrimonij in bonis maternis, pro virili succedunt.*
27 *Mater non potest omnia bona tradere vni filiæ, & non alteri.*
28 *Mater alijs filijs, præiudicare non potest.*
29 *Mater non debet inducere iniquitatem inter filios, vt debito naturali priuarentur.*
30 *Mater volens potest dotare, dummodo alijs filijs non præiudicet.*
31 *Mulier potest habere multiplex patrimonium.*
32 *De bonis non dotalibus, mater potest plus vni, quàm alteri filio dare.*
33 *De lucris maritalibus, quæ spectant ad filios non potest disponere mater.*
34 *Mulier potest redonare quod sibi donatum erat.*
35 *Lucra dotalia possunt per coniuges relaxari.*
36 *Mulier donatum, quando potest redonare.*
37 *Limitatur l. vt liberis C. de donat. ant. nup.*
38 *Intellectus ad consuetudines Barenses, quæ loquuntur de pricchio quod est pannorum, non autem aliorum bonorum.*

DETERMINATIO IX.

CONTROVERSIA orta in Terra Castellanæ Prouintiæ Bari, inter Preſellam de Cancellā actricem, cum eius sorore, super diuisione bonorum maternorū dotalium à communi matre vidua sorori prædictæ traditorū ex vna, & dictam sororem ex altera, discussa causa, vt sequitur, determinaui.

Soror rea conuenta sic asserebat, ex quo communis mater vidua ei in dotem omnia bona tradidit, quòd talis traditio valuit, & tenet.

1 Quamuis paternum sit filiam dotare † l. fi. C. de dot. promiss. & l. qui liberos ff. de ritu nup. & not. glo. in l. Auia in verbo (auia) C. de iur. dot. Alex. in consil. 88. nume. 3. vol. 6. qui dicit hanc opin. * esse communem. Ita Vezzi. sub rub. de iur. dot. num. 28. in tracta. comm. opin. lib. 1. & hanc partem cōmunem asserit Franc. Viui. in sua Silua in opin. 588. incip. pater cogitur lib. 2. Ant. Burgos. in cap. cum accessissent num. 45. de constit. in tom. repet. il 2. Curti. in auth. res q; C. commu. de leg. num. 25 Franc. Ripa in l. 1. vbi, & quam plures ff. solu. matrim. Iac. Philip. Por. in cōsil. 92. incip. Magnificus, & Excellens nu. 10. & Franc. Bursat. in consil. 215. incip. petitur consilium decisiuum nume. 10. volum. 2. vbi ampliat, etiam si filia post 20. annum turpē vitam duceret allegat Bald. in tract. dot. in 6. par. principali in 16. priuil. Socy. in consil. 9. num. 22. & 23. & tenetur dotem filiæ, & suis hæredibus stipulari alias non diceretur bene data. Ita ipse in 1. volum. & Caccher. in decis. Pedemont. 124. num. 5. Immo dos à patre promissa marito, filiæ, deducenda est ab hæreditate patris, tanquam æs alienum Ruyn. in consi. 72. num. 1 volum. 2. Hinc est, ꝙ pater pōt plus vni filiæ, quàm alteri dare Ruy. in consil. 56. nu. 9. vol. 3. Decian. in resp 102. num. 22. volum. 2. & ita post Bart. ibi Card. Alba. in suis lucubrat. in l. non quemadmodum num. 4. ff. de lib. agnoscend. Dec. in cōsil. 66. nu. 4. versi. & per hoc, & Ang. de Gambellio. in consil. 81. num. 20. 21. & 22.

Hinc est, ꝙ si pater dotauerit filiā simpliciter, in dubio de propriis bonis dotare videtur, & nō de bonis maternis, etiam si de ma-
2 ternis mentionem fecerit † Ruyn. in consil. 12. num 6. vol. 3. & Tibe. Decian. in respon. 10. nume. 2. volum. 2. & idem Tibe. Decian. in respons. 10. nu. 1. volum. 2. & Franc. Bursat. in consi. 215. incip. petitur num. 3. vbi dicit

cit

Digitized by Google

* cit hanc * esse communem, etiam si filia esset diues, quia præsumitur de suo patre dotasse, & Corn. in consi. 111. nu. 6 vol. 2. Immò ista regula in tantum est vera, quod non solum tenetur filiam semel dotare, sed etiam bis, &

3 etiam si ingrederetur monasterium.† Ita Tiber. Decian. in resp 5. nume. 8. vol. 3. & Franciscus Bursat. in consi. 298. num. 2. vol. 3. & Antonius Restau. in decis. Pedemon. nouiter impressa incipiente mater in num. 2. dixit, quod pater pro dote filiæ obligatur, ergo & c. & per Alban. ad Bart. in l. 2. §. videndum ff de Senat. Cons. Tertull. nume. 26. & Ruy. in cōsil. 43. num. 4 volum 5. & per Ang. de Gambellio. in consil. 44. nu. 2. & idem in consi. 39. num. 5. & est decis. Perusin. Ioseph. Ludou. in decis. 21. num. 16. & seq.

Quinimo, si filia nupserit, sine consensu
4 patris, etiam pater dotare tenetur,† vt doctè Decian. in resp. 54. num. 7. volum. 1. per Pau. de Castr. in l. si socer ff. solu. matrim. & Alex in consi. 88. num 3. volum. 6. dicit hanc opin.
* esse * communem, & sequitur Vezz. in tracta. de iur. dot. in nu 28. in tom. I tract. lib. 1.

Immo tali casu, pater cogitur officio iudi-
5 cis filiam dotare.† Ita Pau. de Castr. in l. 1. ff. solu. matrim. & per Alexan in consi. 33. in 4. volum. & plenè Ioannes Brunell. in tract. de dote in loco supra citato num. 2. versi. (item ampliatur) tenet etiam Carol. Ruyn. in consil. 131. nume. 1. volum. 4. & per Antonium Gubert. in tract. de dotibus in 3. capite principali num. 19.

6 Et sic mater dotare non tenetur † per tex. l. neq; mater C. de iur. dot. & scriben. in d. l. fin de dot. promiss. vbi dicitur hanc opin. esse
* esse * comm. vt per Franc. Viu. in sua vberrima Silua com. opin. in verbo mater in opi. 479. sub num. 7. lib. 2. & idem Franc. Viu. in decis. 187. incip. filia nu. 8 in 1. par. in qua nō se allegat in d. op. vbi etiam dicit, quod filius neque matrem dotare tenetur, l. tutor secundū dignitatem §. f. ff. de administ. tuto. & Bal. in l. si vineæ C. de dot. præleg.

Nihilominus, si mater maritare voluerit:
7 rectè poterit † Arg. tex. l. nulla C. eod. tit. de iur. dot. Doct. in d. l. fin. Socy. in l. 1. nu. 197. ff. solu. matr. & ad saturitatem Viui. in rubr. de dot. promiss. in versi. (nec ipsam matrem) in 1. tom. comm. opi. & nouissimè in sua Silua vberrima, vbi etiā asserit, quod tali casu mater donare videtur in d. opin. Mater, in quo declarat, quod hoc procedit etiam si administratores puellæ sint.

8 Secundò adducitur † tex. l. sine vxor ff. de donat. inter vir. & vxor. in quo disponitur, quod licet donatio inter maritum, & vxorem sit prohibita, toto titulo de dona. int. vir. & vxo. & Doct. in l. 1. eod. tit.

Tandem, si vxor donat marito, vt qd donat, maritus ipse tradat in dotem communi filiæ, valet, & tenet. Ergo quanto magis debet valere: quando mater vidua directò dat
9 sua bona in dotem suæ filiæ, † ita Cremens. in sing. 4. incip. quaque, & idem no. in l. profectitia § si forte, & l. cum vxor ff. de iu. dot.

Si igitur mater, partem bonorū dare potest, multo magis, & omnia, ex quo. Ratio, quæ militat de parte, quoad partem, militat
10 de toto quoad totum † l. quæ de toto ff. de rei vend. l. 1. §. si duæ ff. quorum legat, & l. qui scit ff. de vsur.

Et quod mulier possit tradere omnia bona in
11 dotē † est tex. apertus in l. mulier bona sua ff. de iu. dot. Ratio est illa, quia nulla lege cauetur contrariū l. nulla C. eod. tit. Immo mater promittens dotem filiæ, tenetur de bonis suis persoluere, quamuis partem dotis de bonis paternis promiserit. Ita Ruyn. in consil. 224. num 7. vol. 1. Pau. de Cast. in consi. 192. num. 1. vol. 1. Io. de Amic. consil. 3. nume. 8.

Tertio dicitur, quod ita est vera illa conclusio, quod pro dotis promissione non solum mu-
12 lier non iuuatur Velleiano † l. si dotare C. ad Velleianum, sed etiam carcerari potest.

Quarto pro sorore etiam dicitur, quod nō solum per prædicta molestari non potest, sed etiam de iure consuetudinario Barensi, secundum quod in hac prouintia viuitur, & circa matrimonia obseruatur, adest enim text. §. constante in lib. consuetudinum sub rub. de iur. dot. per quem prouidetur, quod maritus potest res maternas dotales in dotem filię trade-
13 re,† & ipsis traditis per eius vxorem, & matrem filiæ rei vendicari non possunt. Cum actio ei in hoc casu denegatur, & alij filij non possunt dictum patrem conuenire, & ei dicere cur ita facis, & Maxill. glo. intelligit illum tex. à principio: vxore prædicta seu matre consentiente, sequitur fortius, quod si ipsa mater dederit, nec filij, nec ipsa conqueri possunt ergo, &c.

14 Quinto adducitur † alius §. eiusdem cōsuetud. positus sub rubr. cum mulier per se, vel per aliū incip. si alienare in final. ver. vbi disponitur, quòd pro dotanda filia, licet res mulieris alienare, & pecuniam illam filiæ in dotem tradere: arguēdo igitur à fortiori debet valere, quando traditur ipsa res propria.

Pro sorore Prisella actrice dicebat, quòd quamuis datio omnium bonorum in dotem non reprobatur per dictum tex. mulier, &

ibi

Digitized by Google

ibi not. ff. de iur.dot.

Nihilominus tex.ille procedit,quando ip-
sa mater nuptui se traderet, ita Boer. in de-
cis.201. & Franc.Viui. sentit in sua Sil.com.
opin.in opi.534. incip. Mulier recipiens per
totum lib.2. Non sic in casu nostro in quo
mater maritat filiam, quia tali casu, restrin-
15 gitur † per tex.l.primæ C. de inoff.dot.&
declarat etiam glo.in d.l.nulla.Ita Pic.in l.in
quartam num.156.Rolan.à Vall.in consi.44.
num.31.volum.4.

Cum igitur ipsa etiam sit filia legitima, &
naturalis, non potuit sua legitima, seu por-
16 tione priuari, † per no.p Boer. in decis.200.
num.4. & Tibe.Decia. in respon.32.num.7.
17 vol.2. dixit, † q pater potest plus vni filio,
quàm aliis relinquere, dummodo, q non sit
minus legitima, & ita dicemus in matre, er-
go &c.Et pater tenetur seruare equalitatem,
18 quia lex eum cogit.† Ita Decia respõ.3. nu-
me.37. vol.1. Et q mater non potest grauare
filios in legitima materna, ita reperij decla-
19 rare † etiã Ant.Thesau.in decis.Pedemont.
137.incip.mater instituit, vbi etiam dixit, q
pro rata legitimæ vsusfructus legatus bono-
rum maternorum non valet, & est commu-
* nis opin. de qua cõmuni * opin. testatur So-
cy.in consil.107.num.7.volum.1.& Alex in
con.29.nume.2.lib.4.& communem etiã di-
cit Michael Crassus in lib.senten.§.legitima
quæst.29.num.23.& ad saturitatem in dicto
20 loco dictus Antonius, & idẽ † in decis.170.
quæ incipit mater, quæ transiuit ad secunda
vota in num.8. dixit,q mater malefacit,quæ
non seruat æqualitatem inter filios, & Card.
Alban.in l.Titio centum §.Titio genero nu-
me.4.ff.de cond.& demonstr. Mater enim te-
netur relinquere legitimam filiæ,sed nõ ma-
21 ritare † d.l.mater, & filia legitimã in bonis
maternis habet. Ita Franc.Viui. in decis.vlt.
impressis, & decis.187. incip. Filia nu.9 vbi
etiam declarat, q ita Barensis Audientia. Iu-
dicauit quam post scripta mea vidi, vt est vi-
dere à tempore meæ sententiæ vsq; ad suam
impressionem, & Dec.in consi.246.nume.4.
in 2.par.& in consil.416.nume.3.in 3.par.&
q æqualitas inter filios seruari debet, voluit
Tib.Decia in respon.48.nu.12.vol.2. & in
resp.41.nu.151.vol.1.& in respõ.31.nu.15.
vol.1.& in resp.2.num.86.vol.2.

Secundo,& fortius dicitur, vt dictum est
seruantur in hac Prouintia cõsuetudines Ba-
renses quarũ est vna, in rub de iur.dot. quæ
dicit hæc verba (Mulier licet domina sit do-
tis vti poterit abuti non) ex quibus verbis
concluditur quod viuo dotãte mater est vsu-
22 fructuaria tantum, † & ita intelligitur, &
restringitur illud nomen (domina) ergo cũ
non sit proprietaria, in præiuditiũ filiorum,
nec in vita, nec in morte de proprietate di-
sponere potest, vt dicemus infra in quæst.
23 Ergo filij in dote prędicta succedunt † vti
filij, & non vti hæredes, ergo mater non po-
tuit tollere huic filiæ partem ipsius,& trade-
re alteri filiæ, & in simili statuto est decisio.
Osach.in decis.20. in statuto Vercellensi dos
materna ad filios spectare dicitur Decian. in
respon.56.num.7.vol.1.

Immo vigore statuti si mater transiret ad
secunda vota tenetur cauere de cõseruanda
25 dote filiis primi matrimonij, † ita Boer. in
decis.200.num.7.& Maxill. in d.consue. Ba-
rensi.

Tertio adducitur quod decidit Maxilla in
d.consuet. (Mulier licet domina) vbi deter-
minat,q mater transiens ad secunda vota di-
citur marito suo cõcedere vsum dictæ dotis,
sed si ex ipso matrimonio nascentur alij filij.
Tunc mortua matre; tam filij primi matri-
26 monij quàm secundi pro virili succedẽt † ita
in num.19.& num.25. affirmat, & nos dice-
mus infra in quæstio.88.

Si igitur mater ipsa se nupserit nõ potest
filios priuare sua legitima,seu portione. Mul
to magis non poterit plus vni filiæ, quàm al-
teri totam dotem maternam in aliorum filio-
27 rum præiuditium tradere † per prædicta.

Quarto hanc quæstionem in propriis ter-
minis decidit Sebastian. in consuetud.Neap.
incip.si constante sub rubr.de contractib. in-
ter virum, & vxo. in glo. in verbo (diminui-
tur) nume.27. fol.mihi 80. vbi concludit, q
mater non potest præiudicare aliis filiis, &
28 alteri totam dotem tradere, † Ratio est illa,
quia si mater hoc faceret, induceret maximã
29 † iniquitatem inter filios, quia priuarentur
debito iure naturæ,quæ natura prima atten-
denda est, vt in authen.de trient.& semiss.in
princ.collat.3.

Quibus conclusionibus veris existentibus
iura sororis non obstabunt. Et quãuis de iur.
com.Mater volens, potest filiam nuptui tra-
dere, & eidem bona propria dotalia cõsigna-
30 re, † procedit, non priuatis aliis filiis, seu fi-
liabus debito naturę,vt prouisum est in d.l.1.
C.de inoff.dot.& ita in propriis terminis re-
spondet Tibe.Decian.in respon.44.nume.7.
volum.3.

Vel dicemus, & secundo, q mulier potest
31 habere multiplex patrimoniũ, † vt in l. ma-
ritus,ubi Bar.C.de procurat.Card.Alba. ibi-
dem num.2.allegat incol. in consil 82. Alex.
con-

Digitized by Google

consi.42.num.---- in 1.vol. & in consil.205. lib.1.num.---- Corn.consil. 190. in littera in 3.volum.Socy.in consil.82.in 4.volum.Dec. in consil.521. & doctæ Carol.Ruyn. in consil.222.num.1.in 1.volum. incip. ad euidentiam Cagnol. in l. si emancipati C. de colla. num.186.Et primo illud quod à iure nuncupatur sponsalitia largitas, vt est tex.in auth. decursum C.de dona.ante nupt.& datur ante contractum matrimonium per verba de præsenti l.cum te, & l.si à sponsa C.eod.tit.

Et ista sponsalitia donatio vocabulo Longobardorum dicitur meffium,& tale meffiũ, seu largitatem mulier lucratur ratione primi osculi, & etiam viuente viro ipsa est Domina Carol. ita not. in l.Longobarda in l.1. sub rubr.de his, quæ à vir.mulier.dantur in 1.glo.& no.Maxill.in consuet. Baren.in 1.in num.26.sub rubr.de donat.int.vir. & vxo.& idem in §. sponsalitia donatio in rubr. eod. tit.num.1.

Item potest habere aliud quod nuncupatur Antiferna l. cum mulier in princ. C. eodem tit.

Item potest habere, & aliud quod dicitur paraferna,& sunt illa bona quæ donantur ab amicis post nuptias cõtractas secundum mores locorum,& dicuntur bona parafrena. De quibus etiam loquitur tex.l.hac l.C.de pact. conuent.licet aliqui discrepẽt, ꝙ sint eadem bona, & de eis mentionem facit Couarr. in rep.de spõsa.in par.2.c.7.in §.1.fol.mihi 207.

Item potest habere quartam super omnibus bonis viri, quàm mulier lucratur secuta carnali copula, & viro præmoriente. Ita dicit cõsuetudo Barensis,quę est prima in rub. de donat.int.vir.& vxo.quæ incipit (si mariti morte matrimonium fuerit dissolutum secundum ll.quartam, & meffium, mulier petere poterit, & habere). Et de iur. Longobardo, seu consuetudinario Barensi nuncupatur Morgincap. Ita dicit tex.§.quarta tradita per suum Morgincap.sub rub.de donat. inter vir.& vxo in d.lib.consuet. & in d.§.1. vbi commentator Maxill. & de hoc Morgincap.Bald. in auth. dos data mentionem facit, & Carol.glo.in d.l.1. Moderni in cap.Regni mulier,quæ dotarium, in quibus locis etiam notatur, ꝙ ista quarta tunc à muliere lucratur,si integra dos fuerit soluta, vel per maritum steterit ne solueret, & plenius in d.authen.dos data C. de don.ant.nup.& ego plenius in tractato in commento consuet.Barensi sub rub.solu.matr.in §.Morgincap. nõ dum finito, sed Deo dante quàm citius potero expediam.

Item habebit dotem,& Corredum tot tit. de iur.dot.& ff & C. & solu.matrim.

Item habere potest matrimonium Arræ l. mulier C.de sponsal.

Item potest habere patrimoniũ quod datur extra dotem ad substentandam eã l. cum te C. ne vxor pro mari. & ad saturitatem declarat etiam Neapol. in d.cõsue. superius allegata in num.25.

Et tunc dicemus, ꝙ forsan de istis bonis
32 † potest tradere plus vni filiæ quàm alteri. Sed non de ipsa dote, quæ est propria filiorũ, & caue, quia idem dico de lucris dotalibus, in quibus filiis existentibus mater est vsufru-
33 ctuaria,† qa de illis,nec in vita nec in morte testari potest, ita est tex. ad literam in l.fęminæ in final.verb. C.de secun.nupt.vbi est text.apertus, & per hunc tex.decipiuntur illi, qui dicunt, ꝙ moriẽte muliere cum filiis, possint lucra marito donare ea ratione Quia mulier redonare potest eius viro, quod ab il-
34 lo donatum erat, † ex quo omne quod mulier lucratur quid in bonis viri est proprietaria lucratorũ, vt per Guid.Pap.in decis.524. & 525. Qui enim donatori redonat pati dãnum non videtur, vt per Tiraquel.in l.si vnquam in versi donatione largitus num.192. C.de reuoca.dona.& not in l.fin. ff.de donat. int.vir.& vxor. Immo Deci.in consil.259.dixit, ꝙ talia lucra possunt per coniuges rela-
35 xari,† & voluit Rolan.à Vall.in tract.dot. quæstio.39.& 40.in tom tract.lib.---- Immo istud redonatum non tenetur vir relaxare filiis primi matrimonij,vt est tex.l.si liberis C. de donat.ant.nupt.

Quæ omnia, vt sanè intelligas loquuntur de illo lucro in quo mulier est proprietaria,
36 † secus de lucro in quibus est vsufructuaria, quia non valet redonatio in præiuditium filiorum,cum tale lucrum vadit ad filios vti filios, & non vti hæredes authen.hæ res C. de secun.nup. & prouisum est per aliam cõsuetudinem Barẽsem incip. in omnibus aliis casibus vxor, & filij eiusdem matrimonij petant, & habeant vntias 30. pro quarto,& meffio supradictis in, & super bonis viri. Ex quibus verbis concluditur, ꝙ mulier nõ po-
37 test præiudicare filiis illius matrimonij,† & sic limitatur d.l.si liberis C.de don.ante nup. & Maxill.declarat in d § nu.30. in ead.rub. consuetud.Habent lucra hęc à l.& non à parentibus auth.lucrum hoc C.de secun.nupt. vbi omnes Doct.

Non obstant aliæ consuetudines per sororem allegatæ, quia loquuntur respectu pric-
38 chij, † quod vocabulum sonat in lingua nostra

Digitized by Google

8 chij † quod vocabulum sonat in lingua nostra pannorum tantum. Et sic per has cõsuetudines limitatur prima quæ incipit mulier licet domina, vt supra declarata firma sit regula, ꝙ quo ad dotes rerum stabilium, pecuniæ, & animalium non potest mater plus vni quàm secundæ filiæ tradere.

Et sic determinaui prædicta bona dotalia esse pro virili inter sorores prædictas diuidéda, & quamuis à mea determinatione fuisset appellatum, fuit à iudice secundarũ causarum cõfirmata, & habito recursu ad Mag. Cur. Vicarię non fuit aliter appellatio prosequuta, & sic ab ea fuit rescriptũ, vt mea exequatur sententia sicut iam exequuta fuit in anno 1575. Castellanæ, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Vxor (viro viuente) seu filij contra dotantem agere non possunt, sine cessione viri, seu eorum patris.

SVMMARIVM.

1 *Assistentia, vigore hypothecæ, concedi debet.*

2 *Vxor viuente marito contra dotantem agere non potest.*

3 *Solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.*

4 *A priuatione ad habitum, non fit regressus.*

5 *Pragmatica assistentiam in Regno, ex tribus iuribus est fundata.*

6 *Precario in instrumento deficiente, non datur assistentia.*

7 *Vxor vtili actione vigore iuramenti saltim agere potest.*

8 *Actio vtilis in processu non intentata, non procedit.*

9 *Actio vtilis resultans ex promissione iurata, est personalis.*

10 *Fatuus est iudex, qui vltra petita iudicat.*

11 *Clausula deducens omne ius, non alterat conclusionem libelli.*

12 *De causa non cognita inter partes, non potest cognosci, nisi esset princeps.*

13 *Sententia debet sequi, secundum petita.*

14 *Opinio. Guid. Pap. in quæstio. 375. declaratur.*

15 *Pater comparendo simpliciter cum filio, videtur præstare consensum tantum.*

16 *Assistentia debet præstari in bonis, quæ erant in bonis debitoris, & quæ debent probari.*

17 *Vxor sine cessione, nec eius filij agere possunt.*

18 *Vxor tunc potest sine cessione agere, quando dos est promissa solui marito, & vxori insimul.*

19 *Pater dans consensum filio agenti contra dotantem, videtur cedere, & est vera opin.*

20 *Filij possunt etiam agere si in instrumento esset dictum. ꝙ decedente vxore sine liberis dos reuertatur ad dotantes a contrario sensu.*

DETERMINATIO X.

IN Anno 1574. me existente Gubernatore in Ciuitate Bitetti Prouintiæ Bari, per Ioannem, & Ioãnem Donatum de Gasparis, vti filios, & hæredes quõdam Lucretiæ de Helia eorũ matris (viuente tamen Camillo de Gasparis eorum patre) assistentia egerunt, super bonis quondã Blasij de Helia patris, & dotantis vigore promissionis in capitulis matrimonialibus factæ dictarum dotium.

Fuit dubitatum, an isti filij, viuente eorũ patre, rectæ agunt.

Pro parte filiorum agentium dicebatur, ꝙ vigore promissionis iuratæ, cum clausulis in instrumento appositis, cum tempore promissionis, Ioannes pater possidebat bona super quibus assistentia petita fuit. ꝙ vigore hypo-
1 thecæ prædictæ concedi debet † per tex. & quæ ibi no. l. 3. C. de pign. Afil. in decis. 326. per pragmaticam Regni incip. assistentiam ergo &c.

Pro contraria parte hæredum dotantis dicebatur, ꝙ ista promissio dotium, fuit facta Camillo eorum patri, nunc etiam viuenti, ex qua promissione, etiam si viueret Lucretia
2 mater prædictorum agere nõ potest † tex. est ad litteram in l. si pro te pater C. de dot. promiss. vbi etiam Cyn. Bar. Bal. Ang. Saly. &
* ibi * communiter Doctores. Corn. in consil. 318. in littera B. in 3. vol. & Aym. Crau. in consil. 303 in 2. vol. vbi pulchrè declarat dictum tex. & Carol. Ruy. in consi. 136. incip. viso processu num. 1. volum. 4. & dicit, quod est casus in l. si socer §. Lutius ff. solu. matrim.

Secundo dicebatur, ꝙ Camillus de Gasparis, cui fuit data potestas in capitulis matrimonialibus capiendi bonam sibi in dotẽ promissa, fuit loco dotiũ sibi tradita possessio q̃dam, & ꝓpterea obligatio, & precariũ fuerũt

Digitized by Google

extincta: ex quo solutione eius quod debe-
3 tur omnis tollitur obligatio † inst. in princ. in rub. qui mod. solu. oblig.

Cum igitur fuit sublata obligatio, etiam, & precarium, cum à priuatione ad habitum
4 non fit regressus † l. inter stipulantem ff. de verb. oblig.

5 De iure communi † assistentia praestatur virtute obligationis, l. creditores C. de pign. Item conceditur virtute praecarij l. fin. C. de acqu. possess. Item virtute l. fi. C. de rer. dom. impet. quod remedium respicit adiudicationem. Ex quibus tribus iuribus in Regno nostro cõpilata est Regia Pragmatica incip. assistentiam, sub rub. de assistentia sine discuss. bono.

In libello actores non faciunt mentionem de praecario, ergo eis non debet dari assisten-
6 tia petita, † per d. l. fi. C. de acq. poss.

Contra allegata per hęredes agentes, dicebatur, quod licet ex promissione dotis facta viro, vxor agere non potest per tex. praedictum l. si pro te pater secũdum quem ita decisum esse in Sacr. Consil. Vincen. de Franch. in decis. 33. in 1. par. quae post praedicta in lucem fuit edita, vt est videre affirmat.

Nihilominus virtute iuramenti, eorum mater agere potest vtili actione, ex promis-
7 sione facta. † Ita Alex. in consil. 207. in 7. lib. & moder. Maxill. ita limitat dictum text. in §. marito nume. 8. in rub. de iur. dot. sic, & sui filij.

Et quod mulier potest agere, tenet in propriis terminis Guid. Pap. in decis. 375.

8 Ad praedicta fuit responsum, † quod tũc procederet, quando dicta actio in praesenti processu fuisset intentata.

9 Nam vtilis † actio, resultans ex promissione iurata secundum Alex. est mera personalis; in casu nostro fuit actum hypothecaria super bonis quõdam Blasij cum remedio d. l. fi. C. de acquir. possess.

Cum igitur apparet, actio praedicta hypothecaria intentata: quae est in rem scripta, super praedicta actione hypothecaria est iudi-
10 dicandum, quia fatuus est iudex, † qui vltra petita iudicat l. vt fundus ff. com. diuid. l. fi. C. de commiss. liber. c. licet Heli. de Simo. & sic non debet iudicari, super actione mera personali, quae non fuit intentata, neq; de ea cognitum inter litigatores.

Nec obstat si diceretur, quod in libello adest clausula deducens omne ius.

Quia non ex tali clausula, receditur à li-
11 bello † maximè quando de alio iure nõ fuit cognitum inter partes, & in summa procederet, quando ista actio personalis introducta fuisset, & inter partes cognitum. Ita Afil. in decis. 95. in fine verbis, p ea quae notat Abb. in c. Abbate Sancti Siluani de verb. signif. & Innoc. in c. Ecclesia Sutrina de cau. poss. & propriet.

Et sic intelligitur etiam Alex. in l. si ita stipulatus §. Grisogonus col. 6. num. 7. de verb. oblig. in fi. numeri ibi (pro hoc facit).

Et quamuis de hoc dicto Alex. dubitauit Claud. Sill. in l. 1. nu. 1. ff. de off. assess. tamen Gramm. in decis. 103. nu. 141. dixit, quod quando esset cognitum inter partes de causa non deducta in libello, potest sequi pronũtiatio,
12 & si causa † ageretur coram Principe, vel eius. Sac. Consil. vt pulchrè tenet Pau. Paris. in add ad Bart. in d. l. vt fundus ff. comm. diuid. & Cepoll. in l. ediles §. sciẽdum ibi fructus ff. de edil. edict.

Sed quia praesens causa non agitur in Cõcistorio Principis, nec inter partes fuit cognitũ de dicta vtili actione personali resultante ex iuramento non debet super ea iudex pronuntiare, sed iudicare secundum petita, & sic super iuditio assistẽtię in quo pars se fun-
13 dauit † d. l. vt fundus cum simil.

14 Nec obstat † Dec. Guid. Pap. quia rectè intuenti, ipse loquitur, mortuo marito, quia tunc vxor potest agere, in casu isto, Camillus Maritus viuit, & filij matris agunt ergo, &c.

Sed secundo, & melius respondeo, quod illa decis. Guid. nõ est approbata in S. C. Neapolitano, ex quo loquitur contra decis. Bal. qui Bal. tenet intrepidae, quod mortuo marito, mulier non potest agere. Immo ipsemet Guid. se emendat, vt patet ibi &c.

Nec obstat illud quod etiã dicebatur pro parte agentium, ex quo Camillus eorum pater cum ipsis comparuit, ergo iuditium ritè
15 procedit. † Quia respondeo Camillus pater non comparuit, vt agens, sed solum ad praestandum cõsensum filiis agentibus, iuxta no. in l. non solum §. necessitatẽ C. de bonis quae liber, licet hoc pro nunc non affirmo, vt melius declaro infra, & in determinatione facta Andrię incip. matrimonium nuo.

Sed dato quod ipse, assistentia egisset, tamen per eum non apparet, articulos praesentatos, non testes citatos, neq; probatum in summa, quod bona super quibus fuit petita assistẽtia, erant in bonis, & de bonis patris promittẽtis, & se obligantis tempore promissionis, vt re-
16 quiritur † vt p Alex. in l. exitus controuersię in fi. ff. de acq. poss. & idem Alex. in cõs. 138. incip. Lanzalottus in 2. vol. & glo. in d. Prag. Regni in verb. (quę autẽ) nu. 3. vbi ad plen ũ.

His

His igitur pro vtraq; parte militantibus, eram in opinione determinare contra filios matris, agentes viuente maximè eorum pa-
17 tre, & absq; cessione ipsius: cum † neq; eorum mater (viuéte marito) sine cessione agere rectè valeret, & sic intelligitur tex. d. l. si pro te pater, & ita reperij etiam, vt supra dixi per Vinc. de Franch. decisum esse in dict. Sac. Consil. in 1. par. Sed impeditus aliis causis fui vocatus à Comite Cupersani. In officio Castellanæ, & sic determinare non potui, cum fuit in fine offitij mei, & c.

Quam conclusionem, dico non procedere, quando esset promissa dos marito, & vxo-
18 ri solui, † quia isto casu absque cessione in medietate filij agere possent. Ita Carol. Ruy. in d. consi. 136. num. 7. vol. 4. sicut ex legato dotis agit vir, & vxor l. Titio centum §. Titio genero ff. de cond. & demonstr.

Est notandum, q̧ si filius agit actione dotis, & pater dat consensum, q̧ in isto casu etiam videtur cessa actio dotis, quam cedere
19 tenetur. † Idem Ruyn. in eod. consi. num. 10. Vt per Dec. in auth. quod locum C. de collatio. & sic determinaui Andriæ in anno 1592. in causa.

Fallit etiam si esset dictum in instruméto, q̧ decedente vxore sine liberis, q̧ dos reuertatur ad dotantem. Ergo à contrario sensu, si decedit cum filiis, intelligitur actum, q̧ dos
20 remaneat apud filios vti hæredes matris, † p text. l. inter socerum §. cum inter ff. de pact. dotal. secundum Caro. Ruyn. ibidem nu. 15. & Domino sit laus.

Sempronius Ascia. I. V. D.

ARGVMENTVM.

Pactum inter maritum, & vxorem promiscuum, videlicet, vt vnus succedat alteri valet.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, vt vnus succedat alteri nō valet, quia est de futura successione.*
2 *Pactum de succedendo q̧ non valet.*
3 *Conuentio, vt vnus succedat alteri non valet.*
4 *Conuentio de succedédo etiam cum iuramento non valet.*
5 *Pactum vniuersalis, & totius hæreditatis bonorum non valet.*
6 *Pactum, vt vnus succedat alteri, non est à iure approbatum.*
7 *Pactum, vt vnus succedat alteri etiam consuetudine firmari non potest.*
8 *Pactum de inuicem succedendo est vicißitudinarium, & nō est simplex pactum de succedendo.*
9 *Pactum de inuicem succedendo non inducit votum captandæ mortis.*
10 *Pactum prædictum valet.*
11 *Pactum reciprocum valet in vim contractus.*
12 *Intellectus ad l. licet, & l. hæreditas C. de pact. conuent.*
13 *Opi. vera, & communis est, q̧ pactum istud valet, & tenet.*
14 *Pactum istud tanto efficatius quāto fit simul eodem tempore.*
15 *Donatio inter maritum, & vxorem reciproca facta tenet, & valet.*
16 *Pactum istud non dat hæreditatem, non tollit facultatem testandi, nec inducit votum captandæ mortis.*
17 *Pactum quando est nudum, & sine iuramento non valet dico reciprocum.*
18 *Pactum de succedendo ad inuicem non dicitur contra bonos mores.*
19 *Opin. Oldradi communior.*
20 *Pactum istud solum bona præsentia respicit non futura.*

DETERMINATIO XI.

PActum istud habitum inter Violam vxorem Angeli de Leo, & ipsum Angelum tempore contractus matrimonij in his verbis. [Item chi di essi primo morirà, che à quello, il superstite succeda. Fuit dubitatum penes me mortuo Angelo, an dicta Viola in bonis ipsius succedat, maximè nullis ex matrimonio procreatis filiis.

Dicebant hęredes pactum istud non valere, quia negari non potest, q̧ sit pactum de
1 futura successione, & reprobatum est † l. fi. C. de pact. l. licet inter priuatos eod. tit. l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obliga. & omnes ita in prædictis locis sic tenent.

Et quòd tale pactum, seu conuentio de
2 inuicem succedendo nō valeat, † tenet Alexan. in consil. 28. ponderatis verbis in 3. lib. Deci. in consil. 63. in fin. Idem Deci. in consil. 225. 236. & 513. Paris. consi. 26. lib. 1. ante eos Bar. in consi. 112. Osac. in decis. 125. nume. 3. & Cagnol. in d. l. fi. num. 213. versi. vnde infertur.

Et quòd talis conuentio non valeat
3 † est text. l. hæreditas C. de pact. conuent. vbi glo.

glo in verb. (nulla actione) ad idem est text. in l.ex eo C. de inutil.stipul.vbi dicit, ꝙ ideo non valet, quia est contra bonos mores.

Et in tantum est vera ista conclusio, ꝙ si esset facta dicta conuentio, cum iuramento
4 ꝙ adhuc nõ valet.† Ita no.Bar.in l.siquis pro eo nume.6.ff. de fideiuss.Alex in d consil.28. Ratio est illa, quia pactum est totius, & vni-
5 uersalis bonorum † hæreditatis.& non quorundam bonorum Hanc etiã opin. tenet Papien.in for.lib.societa.in versi. (societatem) num.7.Guid.Pap.in consi.208. num.8.versi. (tertio quia dictum pactum) Cagno.in l.fin. num.2 13.vbi dicit nõ valere conuentionem factam inter duos,ꝙ altero præmoriéte alter succedat. Quia iste modus succedendi nõ est
6 à iure approbat*,†C.de pact.& aperte Ias.in cõsil.87 in 1.vol.vbi expressè tenet etiã cum iuramento non valere num.11. & Alex.consil.28.prædicto ponderatis num.9 lib.3.Dec. in consi.63.Osac.in decis 100.num.34. add. ad Ias.in d.consil.nu.17. in littera L.etiam si adsit consuetudo,ꝙ tale pactum fieri possit dicit ibi, ꝙ etiam consuetudine non obstante
7 ꝙ neque valet.† & hoc firmauit etiam Dec. in consil.225.nu.4. Osac.in d.decis.100.nume.35.Capella Tholo decis.452.

Pro parte Violæ vxoris dicebatur, ꝙ istud
8 pactum est vicissitu dinarium, † quæ vicissitudo est maximi effectus, & non est simplex pactum de succedendo; Nec inducit votum captandæ mortis.Nec adimit liberam testan-
9 di facultatem, & propterea validum est:† Ita Oldrad.consuluit in consil.139 incip. ad habendum.quem sequutus est Dom.Alexan.in d.l.licet in fin.verbis C. de pact.conuent.&
10 refert, ita tenuisse † Io.Andr.ad Spec. in tit. de instr.editio.in § porrò. Salyc. in d.l.si.nume.9. Ias.in ead l. in 3.col.versic (quarto limita legem istam) in nume.7. qui quotas allegat hoc amplè etiam Alexan.in consi.83.in 2.vol.num.13.vsq; num.18.Iacob.de Sancto Georgio in d.l.licet num.8. hoc audacter verum esse affirmat. Idem Franc.Curt.in rep.d. l.licet num.3.versic. (secundo noto) Hippol. de Marsil.in singu.333. incip. pactum de futura successione. Et Boer.in decis.204.num. 16.in .par. & Franc.in eius consilio feudali,
11 num.15.dixit, † ꝙ quando pactum est reciprocum valet, & tenet in vim contractus, & ita Guid. Pap. in consil. 31. nume. 1 cum sequen. & voluit Deci.in consil.211. nume. 5. in 1.par. vbi dixit, quòd ista donatio inter maritum, & vxorem valet, quia non dicitur propterea donatio, sed ob causam, per glo.in d.l.licet. Ang.in consil.179.in penul.colum. & vltimo Bursat.in consil.136.nume.28. vbi ad plenum volum.2.& Ang.de Gambellio. in consil.134.nu.3.& sequen. & Georg.Natta.in cap quamuis de pact.lib.6.num.249.in tom.rep.5. & Bellacomba in rub. de secund. nupt num.56.versic. (pacta) & plenè Iacob. Ricchius in tract.de vnione prolium in §.vltimo in vltim.verb.in tom tract.6. par.1. fol. 29. à num.41.vsque ad num.43.

12 Non obstat l.licet in prin. † quia verũ est, ꝙ nudo pacto nõ potest pacisci,ꝙ bona vnius deueniant ad alium post mortem alterius. Ita loquitur l.licet, & l.hæreditas C. de pact.cõuent. Sed bene per stipulationem fieri potest, & ita sentit Papiens.in sua Pract.in loco allegato.& Bello. consi.5.vbi doctè.

Et sic concluditur ex prædictis, quod pactum reciprocum tenet in vim contractus,licet non valeret in vim pacti, seu supremi iuditij,& bona prędicta debentur ex obligatione statim effectum habente. Quamuis differatur, quantum ad exactionem.

13 Et hanc* opin.cõm.esse affirmat † Viui.in
* rub.de pact nu.81. in ver. pactum in 5. limitatio in 1.tom.comm.opin & in sua fertilissima Sylua in ver.pactum in opin.568.nu.10. in 2.lib. & Dona.refert in lib.comm.opin. in 2.tom.in rub.de succe.edicto num.10. versi. (pactum) Ias.& oẽs in l si pater puellæ nu.2. C.de inoff.testa.

Et ꝙ hæc opinio sit vera, affirmat Bal.in c. moribus si de feud.fuer.controu. inter Dom. Agna.Vasall.num.2.& Roma.in consi.26.in prin.versic.2 quia dicta donatio.---& Guid. Pap.in d.consi 31.num.7.

14 Et Ias.† in d.l.si pater num.7.tenet valere, tanto magis,quanto quando pactum istud sit factum simul. & eod.tempore in versi.(limita prædictam conclusionem.)

Comprobatur hæc opin. quia regulariter donatio int.vir. & vxo. sit prohibita toto tit. de dona.inter vir.& vxo. Attamen si recipro-
15 cè fiat,valet, & admittitur † l. quod autem §.si vir ff.de donat.int.vir.& vxo.Lodou.Roman.in consil.517. Doct. in d.l.si pater puellæ. vbi doctæ Paul.de Castr.

16 Ratio † esse potest,quia ex huiusmodi mutui donationibus coniugum non datur hæreditas non tollitur libera testandi facultas,nec inducitur votum captandæ mortis, & ideo statim valent. Ita concludit Octa. in decisio. supra allegata 100. in princ. & in nu.9. licet ipse in casu suo contrarium decidat.

His pro vtraque parte militãtibus, ego dixi Oldrad.* opin.communem esse, & ideo
* eam sequendam.

Non

Digitized by Google

Non obstant cõtraria, quia sat est responsum per Guid. Pap. & per Curt. in d. cõs. 15. ex quo procedũt in pacto nudo: secus in casu nostro, vbi adest iuramentum, & stipulatio.

Nec potest dici, q̀ pactum de succedendo vnus alteri sit contra bonos mores causatum
17 ex eorum consensu, vt colligitur † ex verbis dictę l. fi. ibi (nisi fortè ille de cuius hęreditate pactum est volũtatem suam accõmodauerit ei) & hoc idem notat Innoc. in c. venerabilem in glo. in verbo (illicitum) de electio.
18 & hac de causa iuramento firmatur. † Vbi alias non valeret, vt per Bar. in d. l. si quis pro eo. & Cano. in cap. cum contingat de iur. iur. & aliqua per Lod. Gozad. in consi. 98. in hac causa num. 5. & num. 10. & idem in cõsil. 97. num. 2. qui dicit, q̀ quando adest consensus, pactũ valet, & tenet, & eo maximè procedit, quia Doct. Bar. in d. l. num. 6. est communiter reprobata, per Moder. in auth. sacra, pub. C. si aduers. vend. ibi etiam Pau. & in d. l. si quis pro eo. add. ad Bar.

Non obstant authoritates, quia ipsimet fuerunt sibi contrarij, & sat est, q̀ habemus
19 hanc Oldrad. communem * esse, & secundũ hanc determinaui.

Sed dubitari cõgit, an intelligant donata ea bona tantum, quæ sunt tpe donationis: an deinde acquisita, & sic futura; dic, q̀ quando sumus in donatione reciproca, tantum bona
20 præsentia compręhẽdit, & non futura. † Licet Bello. in d. consil. 5. aliter dixerit. Et Socy. in consi. 273. nu. 4. vol. 2. Corn. consi. fi. vol. 1. & consil. 10. & 36. vol. 2. & sic nouiter in Senat. Pedem. decisum esse testatur Ant. Thesaur. in decis. 199. incip. Donatio omniũ bonorum num. 4. in vers. ampliatur. Hæc regula, & sic determinaui valere, & idem dixi Illustri Domino Sciuara, qui similem donationem reciprocam fecit cum vxore in Terra Rutiliani in anno 1590. & sic fuit executum, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Filij, duarum vxorum, & communis patris hæredes, an in lucris maritalibus eorum matris succedant æqualiter, an vnusquisq; lucrum suæ matris consequitur.

SVMMARIVM.

1 *Qvarta de iure Longobardo dicitur Morgincap. & quare sic dicitur.*
2 *Dominium quartæ in secũdo die votorum ilico transit in vxorem.*
3 *Filij illius matrimonij in quarta matris succedunt, & non alij.*
4 *Consuetudo Barensis, quæ incipit in omnibus sub rubr. de donat. int. vir. & vxo. conformat se cum iure communi, & declaratur ibi.*
5 *Filij communis patris succedunt æqualiter in omnibus bonis.*
6 *Vxor lucratur quartam filijs existẽtibus, quo ad vsumfructum tantum.*
7 *Vsusfructus cũ proprietate consolidatur morte vsufructuarij.*
8 *In lucris maritalibus omnes filij succedunt æqualiter.*
9 *Lucrum dotale est filiorum etiam non hæredum.*
10 *Dominium lucrorum transit in vxorem reuocabile filijs natis.*
11 *Dominium transit quoad prælationem tantum.*
12 *Intellectus ad consuetudinem in omnibus.*
13 *Consuetudo loquitur in patre moriente ab intestato.*
14 *Hęredes acceptantes hęreditatem, eorũ actiones confunduntur.*
15 *Hæres, & defunctus eadẽ persona censentur.*
16 *Creditor, & debitor sunt correlatiua.*

DETERMINATIO XII.

HIC maritus, qui primę vxori cõstituit quartam, quæ alio modo, & vocabulo ex l. Longobarda dicitur Morgincap. † vt est text. l.
1 primæ de his, quæ à vir. mul. dant. in Longo. vbi glossa, de Tocco. declarat. Ideo dicitur, quia debetur post mortem, & ideo more Chinci Cappa, vel secũdum Maxillam. Idem declarantem in rub. de dona. inter vir. & vxo. num. 2. Amaro Chinci cappa, vel secundum Iulium Ferrectũ in add. ad Bar. in tracta. Varietatis inter ius ciuile, & Longobardum, dicitur, Morgin. i. mane: vel per contrarium à mora, idest post moram non solutæ dotis nõ capiendum, & alio vocabulo dicitur meta, ita accipitur in l. fin. si puella in rubr. de his, quæ sine vol. mund. ad mat. ambul. vbi glo. in ver. (meta).

Deinde mortua prima vxore transit ad secunda vota, cui similiter constituit quartam, sed in quantitate maiorem primæ, vel quia aucta sunt eius bona, vel quia, tam primæ, quam secundæ vxori ad extaleum constituerat, quæ fieri potest.

Digitized by Google

Post modum moritur pater, condito prius testamento, & filios vtriusque matrimonii, hæredes instituit; an isti filij in patrimonio patris succedent æqualiter, confusis etiã ambabus quartis. Aut vnusquisq; debet habere suam quartam præcipuam, & reliqua bona diuidere.

Pro declaratione præsentis notabilis quæstionis sciendum est, qualiter de iure Longobardorum dominium quartæ prædictæ à secundo die votorum illico transit in vxorem,

2 † vt de Toccho glossator in d. l. 1. in d. rub. de his, quæ à vir. mul. dant.

Sequitur Neapolitanus in consuet. Neap. in rub. de iur. quartæ num. 11. sentit Afflict. in const. Mulier quæ dotarium nume. 27. & Maxill. in §. in omnibus aliis casibus in ead. rubr. de donat. int. vir. & vxor. nu. 38. & in §. sequitur in prin. eod. tit.

Cum igitur dominium prædictæ quartæ transit in vxorem, ergo filij sui succedunt, &

3 † non alij, & hoc est tex. Alterius consuetudinis Barensis cuius verba sunt hæc. (In omnibus aliis casibus vxor, & filij eiusdem matrimonij petant, & habeant vncias 30. pro quarta, & medi. supradictis in, & super bonis viri.)

Ex quibus verbis ibi (eiusdẽ matrimonij) videntur exclusi alij filij, & ita tenet Maxill. glo. dum dixit post tertia verba eiusdem.

Asserit idem, ꝙ dicta consuetudo tanto magis est obseruanda, quia concordat se, cũ iure

4 communi, † vt est tex. l. generaliter, & in authen. vxore mortua C. de secun. nupt. de qua meminit Paul. in l. 1. nume 3. C. de inoff. dot. & ꝙ filij secundi matrimonij non succedunt in lucris nuptialibus primi matrimonij. Nec è contra. Hoc voluit Andr. de Iser. in c. mulier habens feudum nu. 2. sub rub. si de feud. defuncti mil. controu. militis fuerit in vlib. feud.

Replicabatur, ꝙ filij vtriusque matrimonij stante patris testamento æqualiter debent

5 succedere etiam in prædictis quartis. †

Clara est iuris regula ꝙ vxor lucratur quò ad vsumfructum filiis extantibus. His verò deficientibus, quò ad vsumfructum, &

6 proprietatem. † Ita est tex. l. fœminæ C. de secund. nupt. & in Regno nostro decisum est, attestante Afflict. in decis. 291.

Mortua vxore, vsusfructus consolidatur

7 cum proprietate † §. fin. in t. de vsufru.

Proprietas est filiorum, & hæredum mariti, cum ad eos transeant omnia iura actiuè, & passiuè vulgatis iuribus.

Et ꝙ in talibus lucris maritalibus, filij, viri ex quacunque vxore succedunt, est decis.

8 † Afflict. nu. 314. vbi Vrsill. & decis. 37. nume. 6. versi. (quò vero ad antifatum) & per Dom. Ang. Pisanell. in add. ad Sebast. Neapod. in allegata cõsuet. & Saly. in l. quicunq; in fin. C de bonis quæ liber.

Et istud lucrum, non solum est filiorum, si sunt hæredes, sed etiam si non sunt, quia est

9 filiorum vti filiorum. † ita est tex. in auth. hæres C. de secun. nup. & plene in d. decis. 314. nu. 4. & Sac. Consi. ita pluries determinauit.

Ad prima iura respondetur, ꝙ licet dominium quartæ illico transit, non tamen irreuocabile, sed transit cum nostra distinctione, aut cum filiis, aut sine. Primò casu est reuo-

10 cabile † per dictam l. fœminæ. Secundo vero tunc est irreuocabile: quia, & proprietas, & vsusfructus est ipsius mulieris, vt dixi supra.

Vel altius considerando, dico, ꝙ illud do-

11 minium transit quò ad prælationem: † Nam ex secundo die votorum transit, intantum, ꝙ si maritus debita contraxisset, semper ratione illius dominij translati mulier præfertur,

12 † per tex. in l. assiduis C. qui pot. in pig. habe. & ita distinguendo tenet Carol. in d. l. 1. de his, quæ à vir. mul. dant. in Longobarda, & sequitur Afflict. in constit. Mulier quæ dotarium num. 27 versi quid si maritus, & idem Maxill. in dict. §. in omnibus aliis num. 36. cum seq.

Nec secunda Ratio consuetudinis obstat, quia procedit secundum gloss. Maxillam, quãdo matrimonium esset contractum more nobilium, sed quando est contractum more populari, dispositio dicti statuti inter nobiles loquentis, non procedit l. quicquid astringendæ ff. de verb. oblig.

13 Ego fortius assero, † ꝙ dictum statutũ loquitur, si pater moritur ab intestato: in casu isto sumus in patre moriente cum testamẽto: & in eo æquales filij sunt instituti hæredes. Et in isto casu, aut filij acceptant paternam hæreditatem, Aut simpliciter renuntiãt; aut capiunt cum beneficio l. & inuentarij.

Primò casu si acceptant dictam hæredita-

14 tem: † tunc actiones inter eos cõfunduntur, vt dicimus de creditore per tex. l. debitori C. de pact. Io. Coras. in l. frater à fratre num. 20. ff. de condit. indebit. vbi Ias. & est communis

* opin.* vt refert. Villa. & Viui. in lib. 1. cõm. opin. sub rubr. de cond. nume. 15. & Viui. in eod. tom. in rub. si cert. pet. num. 66. & in sua vberrima Silua.

15 Ratio est illa, † quia hæres, & defunctus censetur eadem persona per tex. in §. 1. in authen. de nuptiis. à moriente præelito, & plenè

in

Digitized by Google

in dict. l. vltra alios Curt. Iunior nume. 1. ad quem recurre, & Cyn. assignat aliam rationem dicens, ꝙ de subtilitate iuris extinguitur. Quia nõ est reperiri duas personas, quas exigit virtus obligationis, & sic ante eũ declarat Odofred. dicens ista nomina creditor, & debitor sunt correlatiua, & sic nõ possunt cadere in eandem personam, sicut non ca-
26 dunt emptor, & venditor, † vt l. 1. ff. de rer. permut. Sic determinaui Rutiliani in Anno 1573. in causa de li Guazzati, & pluries discussimus cum Magnif. Maxill. tamen partes se concordarunt, & opi. Andr. de Iser. est pro hac parte dum dicit, secus si ex vna matre, & duobus patribus, sic eius dictum procedit, nos sumus in vno patre, & duabus matribus ergo, &c.

Sempronius Ascia. I.V.D.

ARGVMENTVM.

Legatum factum mulieri, vt nubat dicitur purũ, & non conditionale.

SVMMARIVM.

1 *Foeminæ existentibus masculis non succedunt, sed dotantur de paragio quod (mortuo patre) dicitur legitima filiæ in Regno.*
2 *In legitima, filia grauari non potest.*
3 *Bona relicta à patre filiæ debentur statim, & non aspectatur tempus nuptiarum.*
4 *Puella si moritur ante nubilem ætatẽ, transmictit ad suos hæredes bona a patre relicta.*
5 *Filia si moritur, per eam non stat adimplere.*
6 *Legatum dicitur purum, non obstante, ꝙ solutio dilatetur ad tempus nuptiarum.*
7 *Legatum factum puellæ quando nupserit, est purum.*
8 *Pater reliquẽdo dotem, fecit quod facere debet.*
9 *Dotes vigore statuti, ꝙ exist. mas. detrahuntur, vt æs alienum.*
10 *Puella potest testari de dote relicta à patre.*
11 *Legatum factum per verba nubent, est conditionale, & nuptijs non secutis, est caducum.*
12 *Statutum potest diminuere legitimam loco, & tempore.*
13 *Distinctio Pau. in hac materia communiter recipitur.*
14 *Legatum factum puellæ, licet dicitur purum non debetur nuptijs non secutis.*
15 *Statutum potest tollere legitimam, & in totum auferre.*
16 *Statutum si non potest minuere legitimã, potest minuere in tempore.*
17 *In Regno paragium est filiæ, quia a iure traditur, & incontinenti, & pure debetur ei.*
18 *Dos de paragio debetur etiam in vita patris.*
19 *Filia in dote de paragio, maximè patre mortuo, habet hæredem.*
20 *Intellectus ad hanc materiam.*

DETERMINATIO XIII.

IN Terra Nucum, dum Gubernator essem in Terra Putiniani inter hæredes Petri de Sabato super verbis legati facti filiabus, orta fuit controuersia, & mihi à partibus, vt quid iuris esset decidissem, põderatis verbis legati. Sic determinaui.

Verba legati.

(Item dictus Petrus pater, & testator legauit, ꝙ de subscriptis nubent duæ eius filiæ natæ ex ipso, & Laura di mastro Lonardo Tonsore.)

Euenit, ꝙ vna prædictarũ filiarum mortua fuit, antequam nuberet (mortuo prius patre testatore) & hæc mulier testata fuit: dicebãt hæredes patris, ipsos non teneri ad tradenda bona præparata ad eam dotandam, ex quo cũ effectu nuptui se non tradidit, & propterea votaui, vt infra.

Allegant hæredes puellæ l. Regni in aliquibus in qua disponitur, ꝙ existẽtibus masculis filia à successione excluditur, sed tantum dotari debet de paragio, quod paragiũ
1 (mortuo patre) debetur, vt legitima † l. 1. §. sed nec impuberi. de coll. bon. in legitima
2 grauari nõ potest † l. omnimodo ff. de inoff. testa. Ergo bona relicta à patre statim debentur filiæ, eo mortuo, & non debet aspectari
3 tempus nuptiarum. † Ita Ioannes Boschus in tract. de nupt. in lib. 5. nume. 4. vbi dicit, ꝙ si ante nubilem ætatem puella moritur, legatũ
4 transmictit ad suos hæredes † l. si fundum ff. de leg. 1. l. quibus diebus ff. de condit. & demonstr. Ratio secundum eum, quia per eam non stetit. Quo minus modus legato appositus, adimpleretur, & loquitur quando testator dixerit per verbũ, nubat. Vt in casu isto.
5 Secus si dixisset si nupserit, † ita procedit §. Titio, sic per eum. Quia istud legatum dicitur purum, non obstante ꝙ dicta solutio fuit
6 dilatata in tempus nuptiarum † per tex. vbi Doct. post glo. in l. ex his C. quando dies leg. ced. l. Seius Saturninus ff. ad Trebell. l. is cui in princ. ff. de leg. 1. Et Bald. ita consuluit in consi. 286. 3. volum. vbi ponit casum in terminis, ideo, quòd si fuerit factum legatum puellæ quando nupserit, ꝙ istud legatum est

pu-

7 purum: † ita ꝙ si mortua fuerit puella, antequam nuberet, ꝙ istud legatũ debetur hæredibus puellæ. & hanc opin. sequitur Modernus Tiber. Decian. in respon. 5. num 4. in fin. in 3. vol. igitur quanto magis in casu nostro in quo fuit dictum (quod de subscriptis bonis nubent duæ suæ filiæ.) Cum igitur per statutum cautum sit, filiam existentibus masculis succedere non debere, cũ dos designatur à patre licet nuptiæ non sint secutæ, dicitur dotata. Ratio est, quia pater quantum in
8 se est, actum dotandi exercuit. † Ita Bar. in l. Titio centum § Titio genero in princ. ff. de cond. & demonstr. & Bar. in l. sancimus C. de nupt. voluit Alex. in consi. 211. num 7. vol. 7. & idem Alex. in consil. 219. nu. 22. volum 6. & Ant. de Gabriel. in suis conclusionibus sub rub. de legitima conclus. 1. num. 26.

9 Secundo † ad corroborandũ primam conclusionem adduco, quod dicit Ioannes de Imo. in l. planè § si duobus ff. de leg. 1. vbi dicit, ꝙ stante statuto, ꝙ existentibus masculis fæminæ non succedunt, vt dixi in princ. per l. Regni ꝙ in tali casu dotes filiarum detrahũtur tanquam æs alienum: sed testator super æs alienũ, substituere, neq; onus iniungere potest, vulgatis iuribus. ergo nec in dotibus prędictis, quæ in tali casu succedunt loco legitimæ, & subrogantur §. fuerat inst. de actio. l. si eum § qui iniuriarum ff. si quis cautio.

10 In legitima † grauamen imponi nõ potest l. quoniam in prioribus, & l cum scimus §. cum autem C. de inoff. testa. Ergo hæc puella potuit testari, non obstante legato sui patris.

Potest considerari quod dispositio patris fuit pura, & perfecta, & licet subiungat (ꝙ de prædictis bonis nubent duæ suę filię &c.) Cõsidero, quòd ista verba sunt apposita executioni, & propterea legatum non redditur conditionale, ita est tex. in l. ex his verbis, vbi glo. & Doct. C quãdo dies leg. ced. & est tex. in l. quidam testa. in prin. ff. de leg. 1. & transmittitur ad hæredes, & ita declarat Ang. de Gambellio. in consi. 71. num. 9. & 12.

Pro parte hæredum testatoris dicebatur, ꝙ istud legatum sub his verbis (nubent) relictum, est conditionale, in tantum ꝙ non adimpleta conditione: & sic nõ secutis nuptiis
11 est effectum caducum † l. vni. §. sin autẽ C. de cad. toll.

Sed quid opus est verbis, adest tex. formalis in § Titio genero vers. (ante nuptias in l. Titio centum ff. de cond. & demonst. vbi Bar. hæc verba dixit, ꝙ dos statim peti nõn potest, cum relictum dotis sit, quid conditionale. & hæc Bar. sententia communiter recipitur, * vt refert Ioseph Lodo. in rub. de sol. in vers. infertur sexto in tom. tract. cõm. opin. 3. & licet Ang. in consi. 349. dicat, ꝙ istud relictum est purum, tandem sequitur Bar. & idẽ Ang. in d. l. Seius Saturninus num. 2. ad Trebell. dicit idem Immo. asserit, ꝙ ita semper dum esset consultus, respõdit Roman. in singu. 234. & in consi. 154. & Ang. in cons. 362. & 392. Bald. nouell. in tract. dot. in 13. priuil. Crau. in consi. 101. & hi omnes concludunt dictum legatũ esse conditionale, & ideo nuptiis non secutis deficere. Ita etiam Card. Alban. in d. §. Titio genero nume. 7. ff. de cond. & demonst. licet Crau. in d. consi. 101. teneat in casu suo, ꝙ est purum & ꝙ transmittat, & hoc ex expressa, seu tacita mente testatoris ad ipsum recurre, quia pulchrè loquitur in d. consi. 101. & hanc partem firmat Alex. in cõsil. 36. incip. Consideratis nu. 1. 2. 3. in 7. vol. & in consi. 92. num. 2. eod. volum. vbi dicit, ꝙ hæc est magis * communis opi. Pau. de Cast. in d. §. Titio genero declarare volens hũc articulum dicit ipse, ꝙ licet statutũ possit mi-
12 nuere legitimam loco, & tempore † tamen verba statuti, ponderanda sunt.

Aut statutum dicit, ꝙ existente masculo filia nõ succedat, sed debeat dotari (vt in Regno nostro est per l. in aliquibus, & isto casu procedit opin. Bart. Ratio est, quia fæmina non excluditur, nisi per existentiam masculorum. Et si dicit ꝙ debeat dotari, nõ est exclusa propter dotes, sed illa verba intelligantur, idest si contingat filiam nubere, & tali casu istud relictum secundũ Bart. de dote censebitur conditionale in tempus nuptiarum.

Aut statutum dicit, ꝙ filia non succedat simpliciter dotata &c. quod nõ est in Regno nostro; & tunc non bene loquitur Bart. quia tali casu relictum est purum. Secundũ Alex. in consil. 13. in 3. volum. & in consil. 211. volum. 7. Soc. y. in consil. 127. in 4. vol. eundem Alex. in consil. 187. 2. vol. & Card. Alb. in d. l. Titio centum §. Titio genero nu. 1. ff. de condi. & demonstr.

Et non diceretur filia dotata si intelligeretur conditio inesse, vel si sub conditione dotes relinquerentur. Quia relictum sub conditione non dicitur inesse, neque efficatiam habet ante euentum conditionis l. cedere diẽ ff de verb. signif.

Hæc Paul. distinctio communiter recipitur à doctoribus * secundum Philipp. Corn. in consi. 32. in littera B. in 4. vol. & idem in
13 consi. 229. incip. licet claram in 1. dubio eod. vol. vbi expressè declarat, ꝙ mortua puella legatum ei factũ pro dote licet diceretur pu-

rum

rum nullo modo debetur, sed remanet penes hæredes testatoris. Imò dicit vnum valdè notandum, ꝙ ab hoc non discrepant, neq; antiqui, neque moderni, sed solum discrepant in modo &c.

Et secundum suam distinctionem, idem Pau.consuluit in consil.6.in 2.vol. & idem in consi.9.eod.vol.vbi plus dicit,ꝙ neque legitima filiis maritare debentibus competit,
14 † & idem Pau.in consi.16.num.3.Bal, in cōsil.248. incipit quidam dicunt, & in consil. 249. in 4.par. vbi expressè tenet, ꝙ legatum prædictum est conditionale, Et Alber.Brun. in tract.ꝙ existentibus masculis,fæm.nō succed.in 11.artic.num.36. viua fronte affirmat
* supradictam Pau. distinctionem* communiter receptā esse. Sequuntur Regnicolæ in d.l. Regni in aliquibus nume.33. & Capic.in decis.reg.204.num.1.& vltra prædictos, ꝙ ista Paul. opin. sit communis affirmat doctus ille Couarr.in c.30.de testa.extra à num.11. vsq; ad finem numeri,& Crau.in consi.101. 1.volum. vbi declarat, nisi aliud appareret de voluntate testatoris. Et Alex.in consil.36. nū.1. vol.7.& idem in consi.41.per totum eod.vol.

Ex quibus ratio hæredum testatoris videtur confirmata.

Ad opposita respondeo, ꝙ dos non succedit loco legitimæ, & posito, ꝙ subrogaretur, statutum potest tollere legitimā, & in totum
15 auferre,† vt per Bart.in d.§.Titio genero,& hæc est communis sententia, vt probat Dec. in l.iura sanguinis ff.de reg.iur. Maria.Socy. Iun.consi.26.num.26.Card.Alba.in d.§. Titio genero num.5.& posito ꝙ non posset,posset saltim diminuere eam: vnde si statutū potest minuere in quantitate; potest minuere
16 † in tempore cum valet arg. de re ad tempus l.vinum ff si certum petatur l.miles. Ita ff.de test.mili.& ita Pau.in l.quoniam in prioribus C.de inoff.test.

Vel responde, vt per Corn.in d.consi.229.

Vel tertio respondeo, quia opin.Pau.communior est.

Ego vero dixi, ꝙ in Regno nostro l. Regni in aliquibus non simpliciter loquitur, sed dicitur ibi, (debeant maritari secundum paragium.) Ita ꝙ istud paragium est mulieri à iure traditum, & mortuo patre pure, & incontinenti debetur ipsi filiæ etiam si non se maritauerit, & est sua legitima portio, quæ debe-
17 tur ei in bonis patris. † Ita Andr. de Iser. & Afflict.in d.l.Regni, & plenè Dec.in allegato consi.106.nu.3.vbi tenet,ꝙ isto casu dos succedit loco legitimæ, & ita colligitur ex dictis Brun.in d.artic.11.& Neapod. in consuetud. si moriatur in glo.in ver. paragiū ibi affirmauit dicens,ꝙ dos de paragio debetur filię etiā
18 in vita patris † l.fi. C. de dot.promis.vbi etiā affirmat idē Nicol,Maricon. & isto casu mulier potest testari. Ita Socy.in consi.9.in 1.colum. secus secundum Ioannem de Amic. in consi.3.num.1.esset, si moreretur viuo patre. Ergo sequitur, ꝙ mortuo patre, vt est casus
19 noster, filia habet hæredem.† Camill. Salerni. in d.consuetud.hoc tacitè sentit. Ita etiam tenet Franc.Bursat. in consil.32 nume.67. & vsque ad finem, vbi docte lib.1 & Io.Vinc.de Ann.in alleg.70.incip. Illustriss Domina Isabella 1.par.nume.13. & plenè contra Ant.de Palmero de Monop.Respondit Tho.Gramm. in cōsi.ciuili 146. incip.eximit Doctor nu.6.
20 Allegata † in contrariū procederent quando statutum diceret, ꝙ filia non succederet simpliciter, & non dixisset maritetur de paragio. Vt doctè Brun.in d.tract.& vide Card. Alban.in d.§.Titio genero ff de cond. & demonstr.& ita Ant.Gabriel.in concl.1.in rub. de legitima num.26.vbi allegat infinitos Do-
* ctores. & dicit, quò hæc est * cōmunis opi. per Paris.consi.25,nume.58.vol.2. & ibidem Ant.nu 27. & vide Loff.concordantem Pau. de Cast.in consi.26.num.29.

Ex quibus omnibus determinaui in fauorem hæredum mulierum, & inter eos sic fuit exequutum. In anno 1578.Putiniani. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Renuntiatio facta a filia patri, prodest fratribus vtrinque coniunctis, exclusis consanguineis.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio facta patri omnia renuntiata ad patrem transeunt.*
2 *Filij in bonis patris æqualiter succedunt.*
3 *Morte filiarū ius quod est renuntiatum, patri acquiritur.*
4 *Patrimonium patris transit ad omnes hæredes.*
5 *Renuntiatio simpliciter patri facta, videtur facta contemplatione filiorum vtrinq; coniunctorum, & non aliorum ex alio matrimonio.*
6 *Pater transiens ad secunda vota priuatur successione bonorum filiorū primi matrimonij.*
7 *De æquitate hæc opin.verior est.*
8 *Renuntiatio non dicitur tacita donatio.*
9 *Odia sunt restringenda.*

DE-

Digitized by Google

DETERMINATIO XIIII.

BREVITER ommissis hinc inde in hac vestra causa Magnificę Ioannes Donatæ de Prudentia Ar.M. D. quam habes cũ Magnif. Lutio fratre in dubio, an renuntiatio bonorum maternorũ facta à sororibus. Eidem Notario Francisco communi vestro Patri, & filiis ex altera matre, stante morte earũ sine filiis, si tibi prosit, cum sis ex altera matre, an tantu, quàm Lutius frater vtrinq; coniunctus cum sororibus prædictis, in bonis renuntiatis insimul succeditis.

Et primo ex quo renuntiatio fuit facta quondam Notario Fracisco communi Patri, per quam omnia iura ad ipsum transierant.
1 † ita est tex. in arg. l. sicut §. seditionis ff. quibus mod. pig. vel hypo. solu. & ad hunc propo. si. Ita allegat Affl. in tract. de iur. prothom. in prin. versi. (decimo nota) num 30.

In omnibus bonis dicti quondam Notarij Francisci, æqualiter ambo succeditis vti filij,
2 & hæredes, † vt no. in §. 1. instit. de hæred. ab intest. defer. vbi dicitur, hæreditatem deferri filiis ex l. 12. tabu. quæ est pars. Iuris ciuilis l. 2 ff. de orig. iur. & in auth. eod.

Et ex consequẽti, per mortem filiarum, est quæsitum ius patri, ergo omnia illa dicuntur
3 bona paterna † l. 1. §. veteres, & ibi scribẽtes ff. de acq. poss. & in terminis nostræ quæstionis sic deci sit Neapod. in consuet. si qua mulier: in verbo (succedunt) sub rub. de mulier: habẽte filios, & in Regno hæc auctoritas magna est, & vide ibi add. in littera B.

8 Deinde † talis Apostolicus Notarius est mortuus, & sic, quatenus esset admittendum instrumentum, debebat produci adimpletis omnibus requisitis quæ requiruntur in Notario Regis, alias in foro seculari contractus Notarij Apostolici non factus formiter, & in carta bombacina, esset maioris auctoritatis, quàm Notarij Regis, quod est valde absurdum. Et est nouella Pragmatica, quòd non valet.

Res procederet de plano, si in casu nostro, non obstaret etiam, quia non solum dicitur ex causa emancipationis, sed ex quo fuit facta contemplatione matrimonij, & in capitulis matrimonialibus, secundum quæ dona-
9 tio regulari debet † iura sunt clarissima.

Sed respondetur, ꝙ verba nõ improprian-
10 tur in odiosis † cum sint diuersi effectus, nã donatio causa matrimonij valeret: donatio causa emancipationis non subsistit verba dicunt [& per emancipatione dò à mio figlio-
11 lo le vigne] ergo non recedimus à verbis † l. ille, aut ille ff. de leg. 1. cum simil. & l. nõ aliter ff. de leg. 3.

Sed esto, ꝙ esset donatio, quod non creditur, neq; conceditur, non valuit, quia non
12 fuit secuta traditio dictæ vineæ, † vt requiritur, §. Lucius l. fin. ff. de donatio. & Bart. in l. 1. nume. 3. C. de iur. fis. lib. 10. & Deci. in consi. 645. num. 4. & Bar. in l. post cõtractum de donatio. vt dixi in consi. 6.

Pars met fatetur, ꝙ ab illo die prætensæ donationis factæ, dicta Apollonia remansit in possessione, prout est ad præsens, & ex tunc sunt decursi anni viginti: ergo prætensa donatio fuit euidenter, & non existenter,
13 vt per Bart. in d. l. post contractum, & per tex. l. sicut §. superuacuum ff. quib. mod. pig.

Digitized by Google

vel hypo. soluit, & constitutum non operatur elapsis decem annis, quia si non accipit realem possessionem infra decē annos, illam
4 perdit, & amplius non recuperat † Tiraq. in tracta. de const. in ampli. 31. nume. 7. Carol. Ruyn. in consil. 217. lib. 5. idem Tiraquell. in d. tracta. ampliat. 13. nume. 7. & in limita. 21. arg. l. furtum §. vltimo, vbi gloss. ff. de vsucap. & l. si de eo §. si forte, qui est primus, & ibi. glo. ff. de acquir. poss. Bald. consil. 325. lib. 1.

Sed quid quærimus in casu nostro? nonne sunt Anni ferè duodecim, ꝙ eademmet Perna in iuditio egit pro vineis prædictis, & Illustrissimus Dominus Ioannes Thomasius Carrafa, tunc vtilis Dominus, de consensu partium, ne litigarent eandem causam arbitratus fuit, laudando, vt vinea prædicta diuideretur, vt patet per testes examinatos pro Apollonia in quarta exceptione. Quę diuisio facta fuit à communibus amicis, & ambæ partes consentierunt, & ab illa hora, vsque nunc, pro medietate possident, dictum arbitrium approbando, & emologando, tacitè, quia ab illo tunc vsq; nunc curreruntAnni duodecim, & clara est regula, ꝙ quando tacent per decem dies, inducunt tacitam emo-
15 logationem, † vt pulchrè Abb. in c. per tuas nume. 8. extra de arbitr. vbi declarat quando partes emologant expressè, & est quando se subscribunt, & quando tacitè, & est per lapsum decem dierum, & hanc sequitur Guid. Pap. in consi. 101. in fin. At in casu nostro nō solum tacuerunt per decem dies, sed per annos duodecim ergo &c.

Expressè, quia consentierunt diuidendo vineam prædictā, modo quo supra, & ex tali arbitrio sic expressè, & tacitè emologato, orta est actio, & exceptio, & agi pōt pro ipsius
16 executione, sicut esset sentētia Iudicis, † vt est tex. in l. penult. C. de arbi. & Abb. in d. c. per tuas, & consuluit Fulgos. in consil. 180. & Io. de Anan. in cōsi. 16. vt refert add. ad Abb. in d. loco incip. viso puncto, circa finem: ma-
17 ximè † nulla læsione probata, quia tūc alias esset, quia per tacitam emologationem, non clauditur os, vt non possit peti reductio ad
✠ arbitrium boni viri, & ita est * cōmunis opi. canonistarum, vide licet Inno. & aliorum in c. quinta vallis ad finē: de iur. iur. extra, & legistarū, in l. cū antea C. de arbi. & Io. de Ann. in d. cōsi. 16. & sequitur Lod. Bolog. in d cōsi. 16. in add. vbi idem p plura iura firmat dicēs, ꝙ non obstante tacita emologatione, quia nō fuit reclamatum infra decem dies, ꝙ nihilominus potest peti reductio ad arbitrium boni viri, & ista est cōis, vt supra stante læsione.

Prædicta procederent dixit rectus iudex, quando informabam eum de causa, quando appareret tale compromissum factū in scriptis, & sic etiam laudum secutum.

Respōdidi in isto casu fuimus in amicabili compositore, & arbitratore, & in persona Illustrissima facto, taliter ꝙ nō requirebatur scriptura, maximè de re sic modica, & tali ca-
18 su laudū potest ostendi per testes † est Doct. Bald. in l. certi condictio §. quoniam ff. si cer. pet. tit. & Dec. in cōsi. 114. per quos Caten. in Pragm. odia num. 161. ita concludit, & in simili casu etiam obtinui in Terra Genusij in causa petitionis ducatorum septuaginta nobilis Ioannis Antonij Nitij, cōtra nob. Ioannem Baptistam Crucinium, ad quos fuit cōdemnatus ab Illustrissimo Marchione Terræ Latertiæ, qui tanquam eorum Amicus sine scriptis fuit electus in arbitratorem, & dum Ioannes Baptista postea petiisset copiam cōpromissi, & laudi ad finem deliberandi, non fuit auditus.

Sed quia Perna cognouit se obtinere non posse, quærelauit Apolloniam de falso, ex quo vsa fuit suis testibus, inter quos reperitur vnus interrogatus ad instantiam Pernæ, si erat amicus, compater, aut affinis. Negauit, & repertus est, se esse affinem, & cognatum dictæ Apolloniæ, & sic dixit falsum, ergo, & causam debet ammictere postquā
19 eo vsus est † iuxta dispositionem Regię Pragmaticæ testem falsum, & ex consequenti, ꝙ corruat etiam dictum prædicti testis, quia mendax in vno, sic in reliquo l. qui falsa, vel varia ff. de test. & hanc partem firmat Lanfran. in cap. quoniam contra in versic. instrumentorum productio nume. 49. ibi diuersum namq; est, & Bart. ante eos tenet
✠ in consi. 88. nume. 3. & est * communis opi. ita Clar. in §. falsum versic. Item propter, Ruyn. consil. 86. per totum vol. 4. Bonacoss. in rub. ad l. Corn. de fals. nume. 79. in 2. tom. comm. opi.

Ad hoc respōdidi breuiter, ommisso multiloquio, quòd in simili casu non dicitur falsitas, cum non sit in substantia principali, nec dixit in articulis, sed extra, quod dictum non corruit, nec parti nocet, scilicet dictæ
20 Apolloniæ, † ita consuluit Angel. in consil. 194. & plenè per Hippol. in l. eos nume. 29. ff. ad l. Corn. de fals. vbi quotas allegat Gram-
✠ mat. in decisio. 43. nume. 5. & est * communis opin. vt refert Franc. Viui. in tract. comm. opin in littera T. versic. testium dicta non reprobantur fol. mihi 304. in 2. col. quæ audiēs ui-

Digitized by Google

iudex,& benè ponderans,declarauit,ꝑ Apollonia, & fuit Magnificus Ioannes Stephanus Caieta V.I.D.Ciuitatis Iuuenatij, incola Botonti, & in præsentia Magnifici Francisci de Iacobellis V. I. D. Auditoris dicti Illustrissimi Marchionis Santherami, & sic Aduocatus partis aduersæ tacuit, & deinde in aliis terris, ita pluries determinaui, & præsertim Genusij, in causa inter Magnificos Ioannem Baptistam Crucinium, & Ioannem Antoniũ Nitium sororios in cõpromisso verbo facto, Illustriss.Marchioni Latertiæ,& ꝙ falsum nõ committatur, quando non tangit negotium
21 principale. Voluit vltra prædicta † Dec. in consi.163.num.10.in 1.par. vbi dixit, ꝙ ista falsitas non reprobat testes falsos. in adminiculis causæ, vbi per eum &c.& Gramma in consi.19.num.4.& 5.& ibi dicit, ꝙ testis etiã ꝙ scienter deponat falsum,non tangens substantiam negotij principalis. eius dictum valet,& tenet, allegat Anto.de But.in cap.cum causam in fi.de test. voluere Bal.& Immo.in l.his verbis ff. de hæredi. institue. Alexan. in consil.5.volum.1.& Deci.in d.consi.100.incip. in causa inquisitionis formatæ nume. 4. vbi quotas allegat. Et Viui. in rub. ad l.C. [illegible] nel.de fals.in num.63.in tom.com.op. Ad laudem Dei sub anno 1574.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Reus excommunicatus, absq; absolutione, est in suis defensionibus audiendus,& quomodo procedit.

SVMMARIVM.

1 *IN Regno contra iniuriantes clericos,ex offitio proceditur.*
2 *Crimen publicum est,offendere Ecclesiam,vel clericum.*
3 *Sacrilegium committit, clericum offendens.*
4 *Percutiens clericum, est excommunicatus.*
5 *Excommunicatus, in iuditio esse non potest.*
6 *Petens absolui, per similitudinẽ,dicitur quasi actor.*
7 *Reus petens expediri causam, actore absente, tenet formam actoris.*
8 *Excommunicatus in iuditio potest excipere,& se defendere.*
9 *Accusatori si licet impugnare, sic Reo etiam excommunicato, se defendere.*
10 *Defendens se in crimine,accusare nõ videtur.*
11 *Bannitus reus, potest se defendere,licet audiri non debeat.*
12 *Agere si probibitus est, non est probibitus se defendere.*
13 *Reus petens absolui, licet sit excommunicatus, debet audiri.*
14 *Reus citatus, dicitur Reus necessarius,& non voluntarius.*
15 *Abbatis Doctrina declaratur.*
16 *Intellectus ad authen. qui semel C. quomodo,& quando iudex.*
17 *Reus necessarius excommunicatus, auditur.*
18 *Reo excommunicato datur defensio, quando procurator adesse non posset.*
19 *Excommunicato datur defensio etiam ex iure naturali,& ciuili.*
20 *Iuditium claudicare non debet.*
21 *Agens contra excommunicatum, videtur cũ approbare.*

DETERMINATIO XVIII.

ME existente Iudice Terræ Molę, euenit, ꝙ quidam laicus filius Poetæ illius Volpe, quendam
1 clericum verberauit, † contra quem ex offitio iuxta Capitulum Regni, huius (incip. de iniuriis offensis, malefitiis, sub rub.de offensis violen.& iniur illat. Religio. viduis pauperi. & Eccles. Respondi procedi posse,vt Cyn.&Bal.& alij hoc notãt in l.mulierem C. si mancip ita fuer.alienat. ne prostitua. & Bald.in l.si quis in hoc genus C. de Episc.& cleri.num.5. & in auth. ibi posita, & noster Rober.Maran.in suo speculo in 6. par.principali in rub. de inquisitione versic. secundus casus principalis not.11.nu.116.

Ratio est clara, quia quando offenditur Ecclesia, vel clericus est crimen publicum.
2 † Ita sunt verba tex.d.l.si quis in hoc genus, in versic. (veluti crimen publicum persequi) ita Not. Dom.Odofred. in d.l.in versic. (secundo dicit) & in versic. (fallit) & secundum eum rationis est ratio, quia commicti-
3 tur crimen sacrilegij † voluit etiam Dom. Cyn. in ead.l.nume.2. dicens (duo sunt hic spetialia primo, quod est crimen publicum secundo, & crimen iniuriæ) sequitur Bart. in d.l.in primo nota.nume.1.& ibi Bald. nume.2.Barthol.de Salyc.in ead.l.num.2.Ang. ibidem, & Pau.de Castr.in ead.l.num.2.

Ex quibus dixi.in hoc primo capite ex officio ꝓcedi potuisse, & ꝙ iusta sit carceratio.

Sed quia,Reus iste petebat, sibi dari defensiones,& in causa procedi ad ipsum absoluẽdum, fuit dubitatum, an debeat audiri post-
4 quam est excõmunicatus † iuxta dispositionẽ c.si quis suadente diabolo 17. q.4. cũ infinit.

Digitized by Google

Post modum moritur pater, condito prius testamento, & filios vtriusque matrimonii, hæredes instituit; an isti filij in patrimonio patris succedent æqualiter, confusis etiã ambabus quartis. Aut vnusquisq; debet habere suam quartam præcipuam, & reliqua bona diuidere.

Pro declaratione præsentis notabilis quæstionis sciendum est, qualiter de iure Longobardorum dominium quartæ prædictæ à secundo die votorum illico transit in vxorem,
2 † vt de Toccho glossator in d. l. 1. in d. rub. de his, quæ à vir. mul. dant.

Sequitur Neapolitanus in consuet. Neap. in rub. de iur. quartæ num. 11. sentit Afflict. in const. Mulier quæ dotarium nume. 27. & Maxill. in §. in omnibus alijs casibus in ead. rubr. de donat. int. vir. & vxor. nu. 38. & in §. sequitur in prin. eod. tit.

Cum igitur dominium prædictæ quartæ transit in vxorem, ergo filij sui succedunt, &
3 † non alij, de hoc est tex. Alterius consuetudinis Barensis cuius verba sunt hæc. (In omnibus alijs casibus vxor, & filij eiusdem matrimonij petant, & habeant vncias 30. pro quarta, & medietatem supradictis in; & super bonis vir.)

Ex quibus verbis ibi (eiusdẽ matrimonij) videntur exclusi alij filij, & ita tenet Maxill. glo. dum dixit ponderata verba eiusdem.

Adserit idem, quod dicta consuetudo tanto magis est obseruanda, quia concordat se, cũ iure
4 communi, † vt est tex. l. generaliter, & in authen. vxore mortua C. de secun. nupt. de qua meminit Paul. in l. 1. nume 3. C. de inoff. dot. & quod filij secundi matrimonij non succedunt in lucris nuptialibus primi matrimonij. Nec è contra. Hoc voluit Andr. de Iser. in c. mulier habens feudum nu. 2. sub rub. si de feud. defuncti milit. controu. militis fuerit in vlib. feud.

Replicabatur, quod filij vtriusque matrimonij stante patris testamento æqualiter debent
5 succedere etiam in prædictis quartis. †

Clara est iuris regula quod vxor lucratur quò ad vsumfructum filiis existentibus. His verò deficientibus, quò ad vsumfructum, &
6 proprietatem. † Ita est tex. l. fœminæ C. de secund. nupt. & in Regno nostro decisum est, attestante Afflict. in decis. 291.

Mortua vxore, vsusfructus consolidatur
7 cum proprietate † §. fi. in t. de vsufru.

Proprietas est filiorum, & hæredum mariti, cum ad eos transeant omnia iura actiuè, & passiuè vulgatis iuribus.

Et quod in talibus lucris maritalibus, filij, viri ex quacunque vxore succedunt, est decis.
8 † Afflict. nu. 314. vbi Vrsill. & decis. 37. nume. 6. versi. (quò vero ad antifatum) & per Dom. Ang. Pisanell. in add. ad Sebast. Neapod. in allegata cõsuet. & Saly. in l. quicunq; in fin. C de bonis quæ liber.

Et istud lucrum, non solum est filiorum, si sunt hæredes, sed etiam si non sunt, quia est
9 filiorum vti filiorum. † ita est tex. in auth. hęres C. de secun nup. & plen.* in d. decis. 314. nu. 4. & Sac. Consi. ita pluries determinauit.

Ad prima iura respondetur, quod licet dominium quartæ illico transit, non tamen irreuocabile, sed transit cum nostra distinctione, aut cum filiis, aut sine. Primò casu est reuo-
10 cabile † per dictam l. fœminæ. Secundo vero tunc est irreuocabile: quia, & proprietas, & vsusfructus est ipsius mulieris, vt dixi supra.

Vel altius considerando, dico, quod illud do-
11 minium transit quò ad prælationem: † Nam ex secundo die votorum transit, intantum, quod si maritus debita contraxisset, semper ratione illius dominij transactum mulier præfertur,
13 † per tex. in l. assiduis C. qui pot. in pig. habe. & ita distinguendo tenet Carol. in d. l. 1. de his, quæ à vir. mul. dant. in Longobarda, & sequitur Afflict. in constit. Mulier quæ dotarium num. 27 versi quid si maritus, & idem Maxillã. in dict. §. in omnibus alijs num. 36. cum seq.

Nec secunda Ratio consuetudinis obstat, quia procedit secundum gloss. Maxillam, quãdo matrimonium esset contractum more nobilium, sed quando est contractum more populari, dispositio dicti statuti inter nobiles loquentis, non procedit l. quicquid astringendæ ff. de verb. oblig.

13 Ego fortius assero, † quod dictum statutũ loquitur, si pater moritur ab intestato: in casu isto sumus in patre moriente cum testamẽto: & in eo æquales filij sunt instituti hæredes. Et in isto casu, aut filij acceptant paternam hæreditatem. Aut simpliciter renuntiãt; aut capiunt cum beneficio l. & inuentarij.

Primo casu si acceptant dictam hæredita-
14 tem, † tunc actiones inter eos cõfunduntur, vt dicimus de creditore per tex. l. debitori C. de pact. Io. Coras. in l. frater à fratre num. 20. ff. de condit. indebit. vbi Ias. & est communis
* opin.* vt refert. Villa. & Viui. in lib. 1. cõm. opin. sub rubr. de cond. nume. 15. & Viui. in eod. tom. in rub. si cert. pet. num. 66. & in sua vberrima Silua.

15 Ratio est illa, † quia hæres, & defunctus censetur eadem persona per tex. in §. 1. in authen. de iur. iur. à moriente præstito, & plenè in

Digitized by Google

in dict. l. vltra alios Curt. Iunior nume. 1. ad quem recurre, & Cyn. assignat aliam rationem dicens, quod de subtilitate iuris extinguitur. Quia nō est reperiri duas personas, quas exigit virtus obligationis, & sic ante eū declarat Odofred. dicens ista nomina creditor, & debitor sunt correlatiua, & sic nō possunt cadere in eandem personam, sicut non ca-
26 dunt emptor, & venditor, † vt l. 1. ff. de rer. permut. Sic determinaui Rutiliani in Anno 1573. in causa de li Guazzati, & pluries discussimus cum Magnif. Maxill. tamen partes se concordarunt, & opi. Andr. de Iser. est pro hac parte dum dicit, secus si ex vna matre, & duobus patribus, sic eius dictum procedit, nos sumus in vno patre, & duabus matribus ergo, &c.

Sempronius Ascia. I. V. D.

ARGUMENTUM.

Legatum factum mulieri, vt nubat dicitur purū, & non conditionale.

SUMMARIUM.

1 *Foeminæ existentibus masculis non succedunt, sed dotantur de paragio quod (mortuo patre, dicitur legitima filiæ in Regno.*
2 *In legitima, filia grauari non potest.*
3 *Bona relicta à patre filiæ debentur statim, & non aspectatur tempus nuptiarum.*
4 *Puella si moritur ante nubilem ætatē, transmictit ad suos hæredes bona a patre relicta.*
5 *Filia si moritur, per eam non stat adimplere.*
6 *Legatum dicitur purum, non obstante, quod solutio dilatetur ad tempus nuptiarum.*
7 *Legatum factum puellæ quando nupserit, est purum.*
8 *Pater reliquēdo dotem, fecit quod facere debet.*
9 *Dotes vigore statuti, quod exist. mas. detrahuntur, vt æs alienum.*
10 *Puella potest testari de dote relicta à patre.*
11 *Legatum factum per verba nubent, est conditionale, & nuptijs non secutis, est caducum.*
12 *Statutum potest diminuere legitimam loco, & tempore.*
13 *Distinctio Pau. in hac materia communiter recipitur.*
14 *Legatum factum puellæ, licet dicitur purum non debetur nuptijs non secutis.*
15 *Statutum potest tollere legitimam, & in totum auferre.*
16 *Statutum si non potest minuere legitimā, potest minuere in tempore.*
17 *In Regno paragium est filiæ, quia a iure traditur, & incontinenti, & pure debetur ei.*
18 *Dos de paragio debetur etiam in vita patris.*
19 *Filia in dote de paragio, maximè patre mortuo, habet hæredem.*
20 *Intellectus ad hanc materiam.*

DETERMINATIO XIII.

IN Terra Nucum, dum Gubernator essem in Terra Putiniani inter hæredes Petri de Sabato super verbis legati facti filiabus, orta fuit controuersia, & mihi à partibus, vt quid iuris esset decidissem, pōderatis verbis legati. Sic determinaui.

Verba legati.

(Item dictus Petrus pater, & testator legauit, quod de subscriptis nubent duæ eius filiæ natæ ex ipso, & Laura di mastro Lonardo Tonsore.)

Euenit, quod vna prędictarū filiarum mortua fuit, antequam nuberet (mortuo prius patre testatore) & hæc mulier testata fuit: dicebāt hæredes patris, ipsos non teneri ad tradenda bona præparata ad eam dotandam, ex quo cū effectu nuptui se non tradidit, & propterea votaui, vt infra.

Allegant hæredes puellæ l. Regni in aliquibus in qua disponitur, quod existētibus masculis filia à successione excluditur, sed tantum dotari debet de paragio, quod paragiū
1 (mortuo patre) debetur, vt legitima † l. 1. §. sed nec impuberi. de coll. bon. in legitima
2 grauari nō potest † l. omnimodo ff. de inoff. testa. Ergo bona relicta à patre statim debentur filiæ, eo mortuo, & non debet aspectari
3 tempus nuptiarum. † Ita Ioannes Boschus in tract. de nupt. in lib. 5. nume. 4. vbi dicit, quod si ante nubilem ætatem puella moritur, legatū
4 transmictit ad suos hæredes † l. si fundum ff. de leg. 1. l. quibus diebus ff. de condit. & demonstr. Ratio secundum eum, quia per eam non stetit. Quo minus modus legato appositus, adimpleretur, & loquitur quando testator dixerit per verbū, nubat. Vt in casu isto.
5 Secus si dixisset si nupserit, † ita procedit §. Titio, sic per eum. Quia istud legatum dicitur purum, non obstante quod dicta solutio fuit
6 dilatata in tempus nuptiarum † per tex. vbi Doct. post glo. in l. ex his C. quando dies leg. ced. l. Seius Saturninus ff. ad Trebell. l. is cui in princ. ff. de leg. 1. Et Bald. ita consuluit in cons. 286. 3. volum. vbi ponit casum in terminis, teres, quod si fuerit factum legatum puellæ quando nupserit, quod istud legatum est pu-

7 purum: † ita ꝙ si mortua fuerit puella, antequam nuberet, ꝙ istud legatũ debetur hæredibus puellæ, & hanc opin. sequitur Modernus Liber. Decian. in respon. 5. num. 4. in fin. in 3. vol. igitur quanto magis in casu nostro in quo fuit dictum (quod de subscriptis bonis nubent duæ suæ filiæ.) Cum igitur per statutum cautum sit, filiam existentibus masculis succedere non debere, cũ dos designatur à patre licet nuptiæ non sint secutæ, dicitur dotata. Ratio est, quia pater quantum in
8 se est, actum dotandi exercuit. † Ita Bar. in l. Titio centum § Titio genero in princ. ff. de cond. & demonstr. & Bar. in l. sancimus C. de nupt. voluit Alex. in consi. 211. num. 7. vol. 7. & idem Alex. in consil. 219. nu. 22. volum 6. & Ant. de Gabriel. in suis conclusionibus sub rub. de legitima conclus. 1. num. 26.

9 Secundo † ad corroborandũ primam conclusionem adduco, quod dicit Ioannes de Imo. in l. planè § si duobus ff. de leg. 1. vbi dicit, ꝙ stante statuto, ꝙ existentibus masculis fœminæ non succedunt, vt dixi in princ. per l. Regni ꝙ in tali casu dotes filiarum detrahũtur tanquam æs alienum: sed testator super æs alienũ, substituere, neq; onus iniungere potest, vulgatis iuribus. ergo nec in dotibus prędictis, quæ in tali casu succedunt loco legitimæ, & subrogantur §. fuerat inst. de actio. l. si eum § qui iniuriarum ff. si quis cautio.

10 In legitima † grauamen imponi nõ potest l. quoniam in prioribus, & l. cum scimus §. cum autem C. de inoff. testa. Ergo hæc puella potuit testari, non obstante legato sui patris.

Potest considerari quod dispositio patris fuit pura, & perfecta, & licet subiungat (ꝙ de prædictis bonis nubent duæ suę filię &c.) Cõsidero, quòd ista verba sunt apposita executioni, & propterea legatum non redditur conditionale, ita est tex. in l. ex his verbis, vbi glo. & Doct. C. quãdo dies leg. ced. & est tex. in l. quidam testa. in prin. ff. de leg. 1. & transmittitur ad hæredes, & ita declarat Ang. de Gambellio. in consi. 71. num. 9. & 12.

Pro parte hæredum testatoris dicebatur, ꝙ istud legatum sub his verbis (nubent) relictum, est conditionale, in tantum ꝙ non adimpleta conditione: & sic nõ secutis nuptiis
11 est effectum caducum † l. vni. §. fin. autẽ C. de cad. toll.

Sed quid opus est verbis, adest tex. formalis in § Titio genero vers. (ante nuptias in l. Titio centum ff. de cond. & demonst. vbi Bar. hæc verba dixit, ꝙ dos statim peti nõn potest, cum relictum dotis sit quid conditionale, & hæc Bar. sententia communiter recipitur, * vt refert Ioseph Lodo. in rub. de sol. in vers. infertur sexto in tom. tract. cõm. opin. 3. & licet Ang. in consi. 349. dicat, ꝙ istud relictum est purum, tandem sequitur Bar. & idẽ Ang. in d. l. Seius Saturninus num. 2. ad Trebell. dicit idem Immo. asserit, ꝙ ita semper dum esset consultus, respõdit Roman. in singu. 234. & in consi. 154. & Ang. in cons. 362. & 392. Bald. nouell. in tract. dot. in 13. priuil. Crau. in consi. 101. & hi omnes concludunt dictum legatũ esse conditionale, & ideò nuptiis non secutis deficere. Ita etiam Card. Alban. in d. §. Titio genero nume. 7. ff. de cond. & demonst. licet Crau. in d. consi. 101. teneat in casu suo, ꝙ est purum & ꝙ transmittat, & hoc ex expressa, seu tacita mente testatoris ad ipsum recurre, quia pulchrè loquitur in d. consi. 101. & hanc partem firmat Alex. in cõsil. 36. incip. Consideratis nu. 1. 2. 3. in 7. vol. & in consi. 92. num. 2. eod. volum. vbi dicit, ꝙ hæc est magis * communis opi. Pau. de Cast. in d. §. Titio genero declarare volens hũc articulum dicit ipse, ꝙ licet statutũ possit mi-
12 nuere legitimam loco, & tempore † tamen verba statuti, ponderanda sunt.

Aut statutum dicit, ꝙ existente masculo filia nõ succedat, sed debeat dotari (vt in Regno nostro est per l. in aliquibus, & isto casu procedit opin. Bart. Ratio est, quia fœmina non excluditur, nisi per existentiam masculorum. Et si dicit ꝙ debeat dotari, nõ est exclusa propter dotes, sed illa verba intelligantur, idest si contingat filiam nubere, & tali casu istud relictum secundũ Bart. de dote censebitur conditionale in tempus nuptiarum.

Aut statutum dicit, ꝙ filia non succedat simpliciter dotata &c. quod nõ est in Regno nostro; & tunc non bene loquitur Bart. quia tali casu relictum est purum. Secundũ Alex. in consil. 13. in 3. volum. & in consil. 211. volum. 7. Soc. y. in consil. 127. in 4. vol. eundem Alex. in consil. 187. 2. vol. & Card. Alb. in d. l. Titio centum §. Titio genero nu. 1. ff. de condi. & demonstr.

Et non diceretur filia dotata si intelligeretur conditio inesse, vel si sub conditione dotes relinquerentur. Quia relictum sub conditione non dicitur inesse, neque efficatiam habet ante euentum conditionis l. cedere diẽ ff de verb. signif.

Hæc Paul. distinctio communiter recipitur à doctoribus * secundum Philipp. Corn. in consi. 32. in littera B. in 4. vol. & idem in 3 consi. 229. incip. licet claram in 1. dubio eod. vol. vbi expressè declarat, ꝙ mortua puella legatum ei factũ pro dote licet diceretur pu-

rum

Digitized by Google

rum nullo modo debetur, sed remanet penes hæredes testatoris. Imò dicit vnum valdè notandum, ꝙ ab hoc non discrepant, neq; antiqui, neque moderni, sed solum discrepant in modo &c.

Et secundum suam distinctionem, idem Pau. consuluit in consil. 6. in 2. vol. & idem in consi. 9. eod. vol. vbi plus dicit, ꝙ neque legitima filiis maritare debentibus competit,
14 † & idem Pau. in consi. 16. num. 3. Bal, in cōsil. 248. incipit quidam dicunt, & in consil. 249. in 4. par. vbi expresse tenet, ꝙ legatum prædictum est conditionale, Et Alber. Brun. in tract. ꝙ existentibus masculis, fœm. nō succed. in 11. artic. num. 36. viua fronte affirmat
* supradictam Pau. distinctionem* communiter receptā esse. Sequuntur Regnicolæ in d. l. Regni in aliquibus nume. 33. & Capic. in decis. reg. 204. num. 1. & vltra prædictos, ꝙ ista Paul. opin. sit communis affirmat doctus ille Couarr. in c. 30. de testa. extra à num. 11. vsq; ad finem numeri, & Crau. in consi. 101. 1. volum. vbi declarat, nisi aliud appareret de voluntate testatoris. Et Alex. in consil. 36. nū. 1. vol. 7. & idem in consi. 41. per totum eod. vol.

Ex quibus ratio hæredum testatoris videtur confirmata.

Ad opposita respondeo, ꝙ dos non succedit loco legitimæ, & posito, ꝙ subrogaretur, statutum potest tollere legitimā, & in totum
15 auferre, † vt per Bart. in d. §. Titio genero, & hæc est communis sententia, vt probat Dec. in Liura sanguinis ff. de reg. iur. Maria. Socy. Iun. consi. 26. num. 26. Card. Alba. in d. §. Titio genero num. 5. & posito ꝙ non posset, posset saltim diminuere eam: vnde si statutū potest minuere in quantitate; potest minuere
16 † in tempore cum valet arg. de re ad tempus l. vinum ff si certum petatur l. miles. Ita ff. de test. mili. & ita Pau. in l. quoniam in prioribus C. de inoff. test.

Vel responde, vt per Corn. in d. consi. 229.

Vel tertio respondeo, quia opin. Pau. communior est.

Ego vero dixi, ꝙ in Regno nostro l. Regni in aliquibus non simpliciter loquitur, sed dicitur ibi, (debeant maritari secundum paragium.) Ita ꝙ istud paragium est mulieri à iure traditum, & mortuo patre pure, & incontinenti debetur ipsi filiæ etiam si non se maritauerit, & est sua legitima portio, quæ debe-
17 tur ei in bonis patris. † Ita Andr. de Iser. & Afflict. in d. l. Regni, & plenè Dec. in allegato consi. 106. nu. 3. vbi tenet, ꝙ isto casu dos succedit loco legitimæ, & ita colligitur ex dictis Brun. in d. artic. 11. & Neapod. in consuetud. si moriatur in glo. in ver. paragiū ibi affirmauit dicens, ꝙ dos de paragio debetur filię etiā
18 in vita patris † l. fi. C. de dot. promis. vbi etiā affirmat idē Nicol, Maricon. & isto casu mulier potest testari. Ita Socy. in consi. 9. in 1. colum. secus secundum Ioannem de Amic. in consi. 3. num. 1. esset, si moreretur viuo patre. Ergo sequitur, ꝙ mortuo patre, vt est casus
19 noster, filia habet hæredem. † Camill. Salerni. in d. consuetud. hoc tacitè sentit. Ita etiam tenet Franc. Bursat. in consil. 32 nume. 67. & vsque ad finem, vbi docte lib. 1 & Io. Vinc. de Ann. in alleg. 70. incip. Illustriss Domina Isabella 1. par. nume. 13. & plenè contra Ant. de Palmero de Monop. Respondit Tho. Gramm. in cōsi. ciuili 146. incip. eximit Doctor nu. 6.
20 Allegata † in contrariū procederent quando statutum diceret, ꝙ filia non succederet simpliciter, & non dixisset maritetur de paragio. Vt doctè Brun. in d. tract. & vide Card. Alban. in d. §. Titio genero ff de cond. & demonstr. & ita Ant. Gabriel. in concl. 1. in rub. de legitima num. 26. vbi allegat infinitos Do-
* ctores, & dicit, quòd hæc est * cōmunis opi. per Paris. consi. 25, nume. 58. vol. 2. & ibidem Ant. nu 27. & vide Loff. concordantem Pau. de Cast. in consi. 26. num. 29.

Ex quibus omnibus determinaui in fauorem hæredum mulierum, & inter eos sic fuit exequutum. In anno 1578. Putiniani. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Renuntiatio facta a filia patri, prodest fratribus vtrinque coniunctis, exclusis consanguineis.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio factæ patri omnia renuntiata ad patrem transeunt.*
2 *Filij in bonis patris æqualiter succedunt.*
3 *Morte filiarū ius quod est renuntiatum, patri acquiritur.*
4 *Patrimonium patris transit ad omnes hæredes.*
5 *Renuntiatio simpliciter patri facta, videtur facta contemplatione filiorum vtrinq; coniunctorum, & non aliorum ex alio matrimonio.*
6 *Pater transiens ad secunda vota priuatur successione bonorum filiorū primi matrimonij.*
7 *De æquitate hæc opin. verior est.*
8 *Renuntiatio non dicitur tacita donatio.*
9 *Odia sunt restringenda.*

DE-

teritus annorum decem non solutus à Marino de Clinea, debeatur nunc à nobili Ioanne Petro de Madonna Terræ Noiæ emptore à prædicto Marino, & an relassans possessionem liberetur.

Breuiter sciendum est qualiter istud onus soluendi censum est merè reale, licet in con-
1 sequētiam persona obligetur, † vt per Dom. Abb. in c. de Terris extra de decim. nume. 4. & in c. cum homines num. 6. eod tit.

Ex hoc infertur, ꝙ possessor tenetur, & ip-
2 se exigitur † est tex. in l. omnes C. fin. cens. & l. hi quos inundatio. C. de Alluuio. & ratione annexitatis rei, vt medulla ossibus transit
3 ad quemcunque cum onere suo † l. alienatio ff. de contrah. empt. & ita decidit Afflict. in decis. 95. nu. 4. Asserens rem, onus tributi
4 sequitur † l. Imperatores ff. de publi. & ibi Alber. vbi dixit procedere, quando venditio fit de priuata persona in personam, & ibi Paul. in num. 3. & Archidiac. in c. si quis laicus iuncta gloss. 16. q. 1. & Iacob. de Sanct. Gior. in l. inter debitoré ff. de pact. hanc partem consulendo tenet Feder. de Sen. in cōsi. 81. incip. Laicus, & mod Folle. in Pragma. de cens. in versi. huiusmodi cens. super reb. nume. 97. fol. mihi 349. & plenè Paris. de Put. in tracta. de reinteg. feu. in quæst. pone, quia rusticus fol. 30. vbi hanc materiam tractat, & decidit, Remig. de Gonni. in tract. de charita. subsid. in quæstio. 62. nume. 33. in 15. tom. tractat. in 2. par. & Grau. in consil. 217. num. 5. volum. 2. & idem in consil. 112. nume. 2. vol. 1. & idem in consil. 57. nume. 1. volum. eod. 1. & vide ita tenere Pet. Mangrell. in add. ad Bar. in rub. de iur. emphyteoti. ibi licet tertius possessor. Allegat Tiraquell. in tracta. de retract. in glo. 7. §. primo num. 13. & doctè Bal. in consil. 433. incip. sicut hactenus 1. vol. in princ. & per Negusant. in tract. de pign. in 2. par. in 4. membro nu. 164. versic. vigesimus tertius casus. Per l. hactenus ff. de vsufru. Guid. Pap. in decis. 432. ad finem.

Per quæ videtur respōsum obiecto, quod fecerat Magnificus Matthæus Prothospatarius dum dicebat, ꝙ non tenebatur, nisi pro tempore quo possedit, & non ad præteritos
5 † per tex. l. secundum naturam ff. de reg. iur. cum ista procedat regulariter, & potest esse alia ratio, quia iste, tacitæ videtur suscipere in se tale onus. Vt dicit Bar in l. placet C. de Sacros. Eccles. & commentator ad Pragmaticam de censibus num. 12.

Et contra possessorem exequitur realiter,
6 & personaliter. † Ita dicta Regia Pragmatica de censibus, & ibi Dom. Folle. & in praxi seruatur quotidie, & est speciale in cēsu. Quando emptor suscipit onus in se, alias cōtra tertium, agetur hypothecaria, via assistentiæ. Ita Foll. in citato loco.

Ad secundum dixi, ꝙ relassando posses-
7 sionem non tenetur, & se exonerat, † ita eleganter dicit Abb. in cap. de Terris num. 4. de decim. extra, & ꝑ prædicta credo vestræ dominationi, & meo compatri Herculi de Clinea vestro socero satisfecisse. In anno 1570. Capursij. Et Dño sit laus. Et sic quieuere.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Contractus Coloni partiarij transit ad hæredes actiuè, & passiuè.

SVMMARIVM.

1 *Coram sapiente, pauca dicere oportet.*
2 *Colonus partiarius, sotio æquiparatur.*
3 *Societas, morte extinguitur.*
4 *Contractus sotij partiarij, non transit ad hæredes.*
5 *Sotius non colens possessiones, potest priuari.*
6 *Inter colonum, qui nummis colit, & partiarium, idem est iuditium.*
7 *Leges intelliguntur secūdum titulum sub qua manent.*
8 *Natura contractus conditionis est, ꝙ transeat ad hæredes.*
9 *Contractus Coloni partiarij, transit ad hæredes actiuè, & passiuè.*
10 *Casus fortuiti excusant colonum.*
11 *Actore probante obtinere debet.*
12 *Colonus partiarius, non excluditur à singulari successore.*

DETERMINATIO XVI.

IN lite vertente inter nobilem Nicolaū Antonium Galterium Terræ Noiæ cū Siluia, & Marco Antonio eius viro, super conductione bonorum eidem Nicolao Antonio facta ad quinquennium à quondam Iulia matre dictæ Siluiæ ad partē: si stante morte dictæ Iuliæ, Siluia filia, & hæres, ipsum expellere potest, nondū quinquennio transacto, sic de iure respondi.

Cum causa agitur coram Eccellente Domino Auditore Illustrissimi Marchionis Capursij cuius virtus omnibus innotescit fretus
1 auctoritate. † Accursij in auth. de consan. & vter. frat. in verbo (opinari) breuiter, & conclusiuè dico.

Pro

Pro Siluia adducitur primo, q non sumus in Colono, qui nummis colit, sed in partia-
2 rio, partiarius æquiparatur socio† vt est tex. in l.si merces §. ius maior ff.locat.Doct. in l. certi iuris C. eod. Ias. in l. cum filiofamilias num.179.ff.de leg.1. Rom. in consil.309.videtur prima fronte.

3 Societas morte extinguitur,† vt l.4.§.fin. cum l.seq.ff.pro soc.

4 Et hinc † Bar.in d.l.si merces in §.vis maior.num.9.versi.vltimo not.dixit, q iste contractus Coloni partiarij, non transit ad hæredes, quam opi.sequitur Ludo.Rom. & Pau. de Castr. in l.si filio §.fin.ff.sol.& Dom.Abb. in cap. propter sterilitatem in versic. in ead. glo.ibi (& non de partiario) num.14. locat. extra.

Secundo ex quo dictus Partiarius nō coluit possessiones iuxta formam cōductionis,
5 & vt requiritur, qua de re debet expelli.†Ita est tex.in l.si in lege §.si domus, & l.quæro §.inter locatorem ff.locat.

Pro parte partiarij dicitur, q nulla est differentia quoad iuditium interColonum, qui
6 nummis colit, & partiarium, † ita dicit glo. in §.itē seruiana inst.de actio. & Dom.Cyn. in d.l.certi iuris C.locat.hoc intrepidæ affirmat.

Et nimirum cum ll. regulantur secūdum
7 titulum, sub quo manent l. Imperator ff. de in diē adiectio.Sed dictus §.vis maior est sub tit.locati,& nō pro soc. ergo. Et ita dicit Bar. in l.cum vir.num.5.ff.de vsucap.

Natura contractus conductionis est, quòd
8 transit ad hæredes † l. viam veritatis ignorat C.locati ergo &c.

Et q contractus Coloni partiarij, actiuè,
9 & passiuè transit ad hæredes† firmat Bal. in d.l.certi iuris in versi.3. quæro. Et idem Bal. in l.1. C. de fruct.& lit.expens.& Ias.in d.§. Item seruiana, disputando hunc articulum,
k concludit opi.* istam verissimam esse, & nō Bar.& sequat.à nume.11.vsq; ad nume.22. vbi pulchrè, qui omnino videatur ne eius dicta repetam. Ex quibus datur clara respōsio ad prima iura in quibus pars aduersa fundatur. Et malè.

Ad secundum dicitur totum esse contrarium in facto, vt patet per testes examinatos.

Verum quoad vltimum annum, etiā per testes est probatum,& per testes Siluię interrogatos, q non solum Nicolaus Antonius vti Colonus partiarius, sed neque veri Domini in illo anno coluerūt ex defectu pluuiæ, quæ non fuit, maximè in dicta Terra, & Prouintiæ Bari, & sic ex quo non commisit dolum,
10 neque culpam, q colonus excusatur. † Ita est tex.in d.l. si merces §. qui columnā ff. locat.& in l.in iuditio C.eodem cum simil.

Pro Victoria Nicolai partiarij adducitur nouus consensus Siluiæ,& Marci Antonij in actis probatus,& sic cum stat in probatis ob-
11 tinere debet vulgata, † l.qui accusare cum simil.

Amplia, vt procedat etiam, contra singularem possessorem, quia colonus partiarius
12 non expellitur à singulari successore, † ita Bald.in l.si merces §.qui fundum, & §.ius maior ff.locat.& in l.idemq; §.fin.ff.pro soc. ita Fab.in tract. de emp. & vend. in 6.quæst. in 18.membro plenè Octau.Cachera. in decis.Pedemon.decis.82.vbi pulchrè, qui omnes citat.

In cuius fauorem per Dominū, & Excellentem Auditorem in ead.Terra Noię nomine Ioannem Bernardinum Cognoscitorem V.I.D. famosissimum fuit decisum sub anno Domini 1573. & condemnata Siluia in expen.&c. Et ego in aliis causis deinde determinaui.

Ex quibus concludo in fauorem prædicti Nicolai. Ad laudem Dei.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mater filium emancipare non potest, & sic donatio facta non valet.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatio nil aliud est, quā extra manum ponere.*
2 *Mater filios in potestate non habet.*
3 *Qui non est in potestate, non potest poni extra manum.*
4 *Donatio ex causa emancipationis nulla, nulla est.*
5 *Donatio est sequela emancipationis.*
6 *Emancipatio non facta coram Iudice ordinario, vel extraordinario non valet.*
7 *Instrumentum factum à Notario Apostolico sine Iudice Regio non valet.*
8 *Instrumentum Notarij Apostolici in carta bombacina, non valet.*
9 *Donatio contemplatione matrimonij valet.*
10 *In odiosis, verba non impropriantur.*
11 *A verbis claris non est recedendum.*
12 *Donatio, (quando res donata remanet penes donantem) dicitur simulata.*
13 *Donatio simulata, dicitur apparenter, & non existenter.*

Per

Digitized by Google

14 *Per constitutum, elapsis decem annis non datur amplius possessio.*
15 *Laudum, per lapsum decem dierum, tacita emologatur.*
16 *Ex laudo tacita, & expressa emologato, oritur actio.*
17 *Secus esset, si esset lesio.*
18 *Compromissum in arbitratoré, potest fieri sine scriptura.*
19 *Falsum in causa producens, causam ammittit.*
20 *Causa, vt causa falsitatis ammittatur, requiritur ꝙ falsitas sit in parte substantiali, & non in alijs, & num. 21.*

DETERMINATIO XVII.

Viso processu fabricato inter Pernã vxoré luce de Danese Terræ Valenzani, & Apolloniam de Galla Terræ eiusdem, super petitione vineæ eidem Pernæ sub prætextu emancipationis datæ tempore cõtracti matrimonij ab eadem Apollonia, sic de iure respondendum esse pro dicta Apollonia, dixi.

Emancipatio, nil aliud est, nisi extra ma-
1 num ponere, † vt plenè per Azo in summa C.de emancip. in §. est autem emancipatio.
2 Mater filios in potestate nõ habet, † vt est tex.l.2.in secundo responso ff.de vulg.& pupill.& §.fin.inst. de exhær.lib. & in §.cæteri versic. qua de causa, inst.de hær.qual. & differ.Petr.de Bella Pert.in l.exigendi nume.8. C.de procurat.

Ille, qui non est in potestate, nõ potest po-
3 ni extra manum † arg. c.ad dissoluẽdum extra de sponsal. & quæ ibi not. & l.nam, & si sub conditione ff.de iniust.& irrit.testam. & l.4. §.condemnatum ff. de re iud.cum simil. nam non entium nullæ sunt partes l. eius ff. si cert.petat.

Et ex hoc decidit, ꝙ donatio facta ex causa emancipationis, quæ nulla est, non valet, cum deest fundamẽtum, quod est hæc emancipatio, corruit ergo quod supra ædificatum
4 est † l.egi ff.de exec.rei iud.
5 Ex quo dicta donatio † est sequela prętẽsæ emancipationis, emancipatio tanquàm principalis est nulla, ergo, & accessorium, quod est dicta donatio, per tex.c.accessorium de reg.iur.in 6.cum simil. & per hæc, & alia in propriis terminis, ita decidit Guid.Pap.in decis.632.quam à principio nõ vidi, sed post scripta, & testor Deum.

Nec valeret dicta emancipatio, quatenus aliquid esset, quia non fuit facta, nec coram Iudice ordinario, nec extraordinario, vt re-
6 quiritur. † Ita dicit Cyn.in l.1. C. de emancip.lib.& Azo. in loco citato in §. qualiter fiat emancipatio, Bald. in l.emancipati ff. de adopt.& ante eum ibi Bar.& in §.nostra, inst. quib.mod.ius patriæ pot.soluit: & l.1. C.de emancip.lib.

Ex alio capite non valet, quia reperitur facta à Notario Apostolico, sine Regio Iudice,
7 & in Regno est expeditum, † vt est const.Regni instrumẽtorum robur, & ibi Afflict. nume.12.& licet Notarius sit Iudex Cartularius cum habeat iurisdictioné inuolentes, vt post glo.volunt Bar.Bal.& alij in l.1.ff. de iud.& in terminis nostris, ita consuluit Corn.in cõsil.238.incip.visa in littera A. vol.3.nõ procedit in hoc Notario Apostolico, qui non stipulatus est, vt alij Notarij per prædicta. Et p Capic.i decis.201.vbi add.& Boer.decis.242
8 Deinde † talis Apostolicus Notarius est mortuus, & sic, quatenus esset admittendum instrumentum, debebat produci adimpletis omnibus requisitis quæ requiruntur in Notario Regis, alias in foro seculari contractus Notarij Apostolici non factus formiter, & in carta bombacina, esset maioris auctoritatis, quàm Notarij Regis, quod est valde absurdum. Et est nouella Pragmatica, quòd non valet.

Res procederet de plano, si in casu nostro, non obstaret etiam, quia non solum dicitur ex causa emancipationis, sed ex quo fuit facta contemplatione matrimonij, & in capitulis matrimonialibus, secundum quæ dona-
9 tio regulari debet † iura sunt clarissima.

Sed respondetur, ꝙ verba nõ improprian-
10 tur in odiosis † cum sint diuersi effectus, nã donatio causa matrimonij valeret: donatio causa emancipationis non subsistit verba dicunt [& per emancipatione dò à mio figlio-
11 lo le vigne] ergo non recedimus à verbis † l. ille, aut ille ff.de leg.1.cum simil. & l.nõ aliter ff.de leg.3.

Sed esto, ꝙ esset donatio, quod non creditur, neq; conceditur, non valuit, quia non
12 fuit secuta traditio dictæ vineæ, † vt requiritur, §. Lucius l.fin. ff. de donatio. & Bart. in l.1.nume.3. C. de iur.fisc.lib.10.& Deci.in consi.645.num.4. & Bar.in l.post cõtractum de donatio. vt dixi in consi.6.

Pars met fatetur, ꝙ ab illo die prætensæ donationis factæ, dicta Apollonia remansit in possessione, prout est ad præsens, & ex tunc sunt decursi anni viginti: ergo prætensa donatio fuit euidenter, & non existenter,
13 vt per Bart. in d.l. post contractum, & per tex.l.sicut §. superuacuum ff.quib.mod.pig.

Digitized by Google

iudex,& benè ponderans,declarauit,pro Apollonia, & fuit Magnificus Ioannes Stephanus Caieta V.I.D.Ciuitatis Iuuenatij, incola Botonti, & in præsentia Magnifici Francisci de Iacobellis V. I. D. Auditoris dicti Illustrissimi Marchionis Santherami, & sic Aduocatus partis aduersæ tacuit, & deinde in aliis terris, ita pluries determinaui, & præsertim Genusij, in causa inter Magnificos Ioannem Baptistam Crucinium, & Ioannem Antoniũ Nitium sororios in cõpromisso verbo facto, Illustriss.Marchioni Latertiæ,& quod falsum nõ committatur, quando non tangit negotium
21 principale. Voluit vltra prædicta † Dec. in consi.163.num.10.in 1.par. vbi dixit, quod ista falsitas non reprobat testes falsos. in adminiculis causæ, vbi per eum &c.& Gramma in consi.19.num.4.& 5.& ibi dicit, quod testis etiá quod scienter deponat falsum,non tangens substantiam negotij principalis. eius dictum valet,& tenet, allegat Anto.de But.in cap.cum causam in fi.de test. voluere Bal.& Immo.in l.his verbis ff. de hæredi. institue. Alexan in consil.5.volum.1.& Deci.in d.consi. 100.incip. in causa inquisitionis formatæ nume. 4. vbi quotas allegat. Et Viui. in rub. ad l. C. [illegible] vel.de fals.in num.63.in tom.com.op. . Ad laudem Dei sub anno 1574.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Reus excommunicatus, absq; absolutione, est in suis defensionibus audiendus,& quomodo procedit.

SVMMARIVM.

1 *IN Regno contra iniuriantes clericos,ex offitio proceditur.*
2 *Crimen publicum est,offendere Ecclesiam,vel clericum.*
3 *Sacrilegium committit, clericum offendens.*
4 *Percutiens clericum, est excommunicatus.*
5 *Excommunicatus, in iuditio esse non potest.*
6 *Petens absolui, per similitudiné,dicitur quasi actor.*
7 *Reus petens expediri causam, actore absente, tenet formam actoris.*
8 *Excommunicatus in iuditio potest excipere, & se defendere.*
9 *Accusatori si licet impugnare,sic Reo etiam excommunicato, se defendere.*
10 *Defendens se in crimine,accusare nõ videtur.*
11 *Bannitus reus, potest se defendere,licet audiri non debeat.*
12 *Agere si prohibitus est, non est prohibitus se defendere.*
13 *Reus petens absolui, licet sit excommunicatus, debet audiri.*
14 *Reus citatus, dicitur Reus necessarius,& non voluntarius.*
15 *Abbatis Doctrina declaratur.*
16 *Intellectus ad authen. qui semel C. quomodo, & quando iudex.*
17 *Reus necessarius excommunicatus, auditur.*
18 *Reo excommunicato datur defensio, quando procurator adesse non posset.*
19 *Excommunicato datur defensio etiam ex iure naturali, & ciuili.*
20 *Iuditium claudicare non debet.*
21 *Agens contra excommunicatum, videtur eũ approbare.*

DETERMINATIO XVIII.

ME existente Iudice Terræ Molç, euenit, quod quidam laicus filius Poetæ illius Volpe, quendam
1 clericum verberauit, † contra quem ex offitio iuxta Capitulum Regni, huius (incip. de iniuriis offensis, malefitiis, sub rub.de offensis violen.& iniur illat. Religio. viduis pauperi. & Ecclef. Respondi procedi posse,vt Cyn.& Bal.& alij hoc notãt in l.mulierem C. si mancip ita fuer.alienat. ne prostitua. & Bald.in l.si quis in hoc genus C. de Episc.& cleri.num.5. & in auth. ibi posita, & noster Rober.Maran.in suo speculo in 6. par.principali in rub. de inquisitione versic. secundus casus principalis not.11.nu.116.

Ratio est clara, quia quando offenditur Ecclesia, vel clericus est crimen publicum.
2 † Ita sunt verba tex.d.l.si quis in hoc genus, in versic (veluti crimen publicum persequi) ita Not. Dom.Odofred. in d.l.in versic. (secundo dicit) & in versic. (fallit) & secundum eum rationis est ratio, quia commictitur crimen sacrilegij † voluit etiam Dom.
3 Cyn. in ead.l.nume.2. dicens (duo sunt hic spetialia primo, quod est crimen publicum secundo, & crimen iniuriæ) sequitur Bart. in d.l.in primo nota.nume.1.& ibi Bald. nume.2.Barthol.de Salyc.in ead.l.num.2.Ang. ibidem, & Pau.de Castr.in ead.l.num.2.

Ex quibus dixi,in hoc primo capite ex officio procedi potuisse, & quod iusta sit carceratio.

Sed quia,Reus iste petebat, sibi dari defensiones,& in causa procedi ad ipsum absoluẽdum, fuit dubitatum, an debeat audiri post-
4 quam est excõmunicatus † iuxta dispositioné c.si quis suadente diabolo 17. q.4. cũ infinit.

Digitized by Google

Et primo videbatur dicendum, ꝙ non, qa
5 excõmunicatus in iuditio esse nõ põt † p tex. c. intelleximus de iud. extra, & ꝙ iste reus audiri non debeat, non habita absolutione, tenet dom. Abb. in cap. cum inter priorem de exceptio. extra quem sequuntur Moderni, p tex. c. solet de sent. excomm. in 6. dum ibi dicitur (in cæteris, quæ vt actor in iuditiis attentauerit euitetur) ex quibus verbis colligitur, ꝙ iste reus petens absolui, dicitur per similitudinem quasi actor, ergo euitetur, &
6 non audiatur, † & ita Fran. de Aret. dicit istũ tex. in d. cap. intelleximus in 2. col. in versic.
7 confirmatur † ista opin. p tex. cap. solet. Reus autem, qui petit expediri causam actore absente, videtur tenere formam actoris. Hæc sunt verba ipsius.

Pro reo excommunicato inquisito addu-
8 citur † idem tex. c. cum inter prioré, in duobus locis primo in versic. (ꝙ prædicto nobili legitima defensio reseruatur) ex quibus verbis apparet, ꝙ excõmunicatus potest excipere, & defendere se in iuditio, ita glo. in eod. tex. in ver. (defensio) per tex. cap. dilecti, & c. dilectæ, & cap. significauerunt eod tit. & not. etiam ex dict. text. in verb. (Porro). Ita Aret. in loco citato, & Deci. in d. cap. cum inter num. 24. versic. (sed hæc petit &c. & est
* communis * opin. in d. c. cum inter, & Bar. in l. de pupillo §. fi. de op. nou. nuntiatio. & dominus Viu in rom. de sent. excõmun. nu. 23. in versic. sed defendẽdo semetipsum in tom. com. opi. 1.

Secundo adducitur idem tex. c. cum inter ibi (cum non debeat iuditium claudicare) ex quibus verbis apertè notatur, ꝙ si licet accusatori producere, & impugnare, ꝙ idem debet licere reo, licet excommunicato se de-
9 fendere, † ita Bald. in d. c. cum inter in prin. Franc. de Aret. in d. cap. intelleximus de iud. col. 1. versic. Adde, & copiosè post prædicta reperij, ita tenere Ant. de Burgos. in d. c. intelleximus, num. 21. copiosæ &c. in tom. Repetent.

10 Tertio adducitur † tex. l. libertus, el 1. vbi Bar. dicit, ꝙ qui se defendit in crimine, accu-
11 sare non videtur, vbi infert Bar. † ꝙ si ex forma Statuti Bannitus non debet audiri, agendo: si sit reus conuentus, potest petere ferri sententiam actore absente, & causam expediri, sic dicitur de excõmunicato secundum Gul. dum dicit (ꝙ licet lex dicat, ꝙ excommunicatus non debet audiri, intelligit agen-
12 do, sed excipiendo sic, † & eum sequit Fran. de Aret. & hoc idem sequitur ibidem Pau de Castr. dum dicit, licet ergo quis prohibetur agere, non prohibetur se defendere, vt videmus in excommunicato, & Bannito. Allegat not. in l. cum mulier ff. solu. matr. & l. quoniam Alexãdrum C. de adulter. & Ias. in cõsil. 167. nume. 11. in 1. vol. Et Guid. Pap. in consi. 220. num. 2. & in consi. 108. num. 2.

Quarto contra Abb. adducitur doctrina Anto. de Butr. tenentis contra Abb. ante eũ, vbi expressè tenet, ꝙ reus debet audiri, quãdo petit absolui, licet esset excommunicatus,
13 † quam Butrij opin. approbat Deci. in d. c. cum inter, dicens ꝙ in isto casu duo concur-
14 runt, † primo, quia iste reus fuit spetialiter citatus, & sic videtur reus necessarius, vt distinguit Innoc. in d. cap. cum inter, secundo quia petit se absolui, & nihil petit sibi adiudicari. Vnde in hoc casu reus videtur, & in nullo modo actor.

15 Non obstat doctrina Abb. † quia intelligitur, quando petit aliquid, vt actor, & sic procedit cap. intelleximus, sed hic petit solũ absolui, & in tali absolutione tractatur de defensione, quæ excommunicato permittitur, vt dixi supra ponderando dictum capitulum in duobus locis. & in d. versi. (porro).

16 Nec obstat † si diceretur, ꝙ excommunicatus instare non potest, ꝙ causa expediatur secundum auth. qui semel C. quomodo, & quando iudex, quia Aret. multipliciter respondit, & licet teneat cum Abbate tamen Deci. in d. cap. cum inter eum reprobat in d. num. 24. Mihi placet sequens distinctio.

Aut excõmunicatus est Reus necessarius:
17 aut est voluntarius, primo casu auditur, † & sic procedunt iura pro parte inquisiti.

Secundo vero casu nullo modo auditur. Ita procedunt Abb. & alij, quam distinctionem amplæ amplectitur vltra alios, Fely. in d. c. cum inter, vbi Io. de Immo. declarat, ꝙ ille est reus voluntarius, qui in iuditio non citatus comparet: intendit ergo, ꝙ qui fuerit citatus, dicitur necessarius, vt est casus noster, & ideo Felyn. dixit hæc verba, demum scias, ꝙ pro reo excommunicato potest ferri sententia absolutoria, sed non adiudicatoria, vt dicunt Domini de Rota in nou. in 7. ex quibus verbis patet, ꝙ si excommunicatus est inquisitus, & petit absolui, auditur: secus si petiisset aliquid sibi tradi, seu adiudicari, quia in tali casu haberetur loco actoris, & nullo modo audiret, & ita intelliguntur prædicta pro vtraq; parte allegata. Et ita sequitur Deci. in citat. text. & loco vbi plenè respondet ad omnes text. & rationes quæ in contrariũ adduci possent, ad quẽ te remicto,
18 & ideo † idẽ Fran. de Ar. ĩ d. c. cũ intellexim⁹

in

Digitized by Google

in vltimis verbis dixit, ꝙ in causa criminali, vbi non admittitur procurator, dabitur reo excommunicato defensio, & sic admittitur excommunicatus ex persona propterea text. est notab. vbi Bar. post glo. in l. is, qui Reus ff. de pub. iud. dicit, ꝙ si bannitus accusatur de causa criminali, & capitali, iudex debet dare securitatem, vt ipse accedat: ex quo non potest se defendere per procuratorem: sic dicemus in reo excommunicato necessario. Vt est casus noster, & idem Bar. in l. amplius nō peti num. 9. ff. rem rat. haberi, &c. vbi tenet, ꝙ petens compēsationem excommunicatus, non auditur, quia compensans dicitur petere, secundum etiam Alex. in cōsi. 23. in prin. vol. 1. & add. ad Bar. in littera H. & I. in d. l. amplius &c.

Ex dictis igitur omnium, & signanter ex dicto tex. cum inter, notatur, ꝙ excommunicato debet cōcedi legitima defensio, ne dum iure naturali, sed etiam ciuili de naturali lo-
19 quitur † text. l. vt vim ff. de iust. & iur. & §. cum arietes inst. si quadrup. pau. fecisse dicatur, & hoc vult Bald. in d. c. in prin. quem sequitur etiam Pau. Paris. in d. c. cū inter, versi. (tertio ex tex. legitima) nume. 5. & idem Paris. in d. c. cum inter in tertio casu dicit, hoc modo. Tertius casus est, quando excommunicatus fuit citatus, & tanquam reus coactè comparet, & tunc si de meritis causæ cōstat, excommunicatus potest petere, vt absoluatur, & est communis * opin. quia hoc offitio iudicis fieri potest, & sic sequitur opin. But. Im. & Detij in num. 23.

Ego sequutus sum opin. tenentium, ꝙ excōmunicatus reus necessarius, quando à parte impugnatur, quòd audiatur illa ratione
20 posita † in d. text. c. cum inter. Ne iuditium claudicet, nam reus defendendo se debet habere omnia quę habet actor, ne iuditiū claudicet, & etiam probatur ex illis verbis (ac satis videatur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia denegetur, quia sic condemnaretur multoties absoluendus) & sic clarè constat, ꝙ cum verberatus in casu isto insistit, vt puniatur reus: merito ego declaraui, & determinaui, ꝙ reus iste audiatur in suis defensionibus, & fuit in eadem Terra Molæ in Anno 1580. & hanc considerationem facit idē de Burgos, in d. c. intelleximus num. 36. in tom. Repeten. 3.

Ratio est, nam quando contra excommunicatum, vel Bannitum petitur aliquid, & citat eos, videtur approbare, & legitimare e-
21 ius personam. † Vt Inno. dicit in d. cap. cum inter. Ita Bal. & Ang. in l. si suspecta num. 1. ff. de inoff. testa. & Barthol. Cepoll. in cautela 98. incip. si petens, & plenè Iaso. in d consil. num. 12. & Dec. in l. si. num. 12. C. vnd. legit. & idem in consil. vltimo num. 6. Hippol. de Marsil. in l. si quis ne quæstio num. 34. & 35. ff. de quæst. Franc. Bett. in d. cōnsil. Ias. in littera S. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Vicinus redimens ex pacto de retrouendendo, potest petere ius congruum à vicino redimente rē contiguam rei redemptæ, & quomodo procedit. Quod competebat ante venditionem cum pacto de retrouendendo.

SVMMARIVM.

1 *Tria faciunt venditionem perfectam.*
2 *Traditione dominium, & possessio transfertur.*
3 *Emens cum pacto de retrouendendo, potest vendere non obstante gratia redemptiua.*
4 *Re emens dicitur nouam rem acquirere.*
5 *Res recuperata, non dicitur apud recuperantē etiam eod. iure consi. 1.*
6 *Emphyteosa, qui cecidit in commissum. Si recuperat rem, non euitat pœnam.*
7 *Resoluto contractu ex pacto dominium non videtur retrotranslatum ipso iure.*
8 *Pactum de retrouendendo non facit suspendere effectum contractus venditionis.*
9 *Pactum de retrouendendo incōtinenti appositum, nō acquiritur per illud, nouum dominium, sed primum transfertur.*
10 *Procedit in omnibus conuentionibus resolutiuis.*
11 *Res redemptæ ex pacto de redimendo, veniunt in fideicommisso facta redemptione.*
12 *Res hæreditaria vendita cum dicto pacto, semper hæreditaria dicitur.*
13 *Quod est meum reuocabiliter, potest fieri meū irreuocabiliter.*
14 *Res recuperata retinet primam qualitatem, quam habebat primo.*
15 *Res de facili reuertitur ad pristinam naturam.*
16 *Res non dicitur data, sed redita.*
17 *Res sic vendita videtur esse in ead. qualitate sicut primo quando redditur.*

E 3 18 De-

Digitized by Google

18 *Denuntiatio in materia iuris congrui de forma requiritur.*

19 *Pactum retrouendendi incontinenti appositum habet vim l.commissoriæ.*

20 *Pactum dicitur incõtinenti fieri quando eod. die, loco, tempore, & testibus apponitur.*

21 *Pactum de retrouendendo propter frequentiam videtur assumpsisse vim l.commiss. & adiect.in diem, vel quia est resolutiuum.*

22 *Emphyteota alienans cum pacto l. commiss. & adiect. in diem redimendo non incidit in pœnam.*

23 *Ex contractu resoluto non soluitur gabella, quando ex contractu solueretur.*

24 *Pactum istud, quando hoc operatur.*

25 *Iurans in contractu omnia, & singula vera esse non potest allegare simulationem excipiens potest allegare cõtractum simulatum sine absolutione, secus esset agendo.*

26 *Excipiens potest allegare turpitudinẽ suam.*

27 *Conclusio articuli.*

DETERMINATIO XIX.

PETRVS de Blasio, & Antonius fratres vtrinq; coniuncti Terrę Castellanæ domum vnam possidebãt, Petrus, partẽ superiorem Dominico de Valente Terræ prædictæ vendidit: Antonius vero inferiorem partem prædictæ domus, eidẽmet Dominico, post dies duos alienauit cum pacto de retrouendendo. Deinde vigore illius pacti, dictam inferiorem partẽ domus Antonius ipse rehabuit, & alteram partem superiorem ab eius fratre venditam eidem Dominico. Nunc ratione iuris cõgrui petit, fuit dubitatum, an legitimæ agat, & ei competat ex causa prædicta sic de iure respondi.

Pro parte Dominici emptoris dicitur, domum sibi venditã, & venditionem esse perfectam, cum concurrant consensus, res, & pretium, † vt est text. in §. empte inst. de rer. diuis.
1

Traditione etiam possessionem, & dominium esse translatum † l.traditionibus C.de pact.l.1.& ibi Dom.Cyn. C. si antiq. cred.l. ex empto ff. de act.empt. Plena ergo rei traditione facta, & illi adiecta rei emptoris extinguitur omne ius, quod erat in illa re: quia peruenit ad casum à quo incipere non potest l.neq; pignus ff.de reg.iur. Sicut dicimus in re hypothecata, & vendita creditori, ius pignoris esse extinctum d.l.1. C. si antiq.cred. & ibi glo. & Doct. non obstante pacto de retrouendendo, seu de non alienãdo prout tenet Glo.mag.in l.1.C.de inoff.donatio in tãtum, ꝙ emens cum pacto de retrouendendo potest illam vendere (non obstante gratia redemptiua) † l.qui absenti §.1.ff.de acq.poss. & ibi Bar.& Alex.& idem Alex. in l.filiusfamilias §.Diui.in 2.col.in 3.limit.ff.de leg.2.
2
3

Quando Antonius redimit, non redimit rem suam prout erat primo. Sed videtur nouam rem acquirere, & res illa videtur iudicanda tamquam res de perse ex illa noua cõsolidatione ex retractu † l.Mæuius §. fundo ff.de lega.2. & sic nouum dominium dicitur acquisitum, & non dominium primũ retro translatum, † vt dicit Alex.in consi.10. 1.volum.facit ad prępositum tex. in l.siue à me ff. ad l.Falcid. vbi habetur, ꝙ res recuperata apud recuperantem non censetur eodem iure quo erat primo, & exinde infert † Bart.ad emphiteutam, qui ob alienationem in requisito Domino factam, recuperata re, non euitat pœnam ad quã incurrit; quia ista acquisitio dicitur noua, vt ibi latè per Alex. & per Socyn. in l.serui electione §. cum fundus ff. de leg.1.
4
5
6

Præterea, vt transferatur dominium, re vendita, requiritur traditio † dicta l.traditionibus C.de pact.cum simil. resoluto contractu ex pacto dominium non videtur re translatum ipso iure, sed requiritur noua traditio, quia illud speciale est tantum ad l. commissoriam, & ad pactum adiectionis in diem. Ita glo.in l.si ager ff.de rei vend.& glo. in l.commissoriæ C. de pact.inter empt.& vend.glo.& Bart.in l.1. ff. de donatio.si ergo in illis duobus casibus est speciale, ꝙ resoluto contractu primum dominium videatur retransferatum ergo in contrarium videtur esse ius commune l.1.ff.ad muni.& l.1. C.de Thesa. lib.10.& de vtroque dicto latè ponit more solito Tiraqu. in tract.de retract. conuentionali in §.1. in glo.7.à num.3. vsq; ad numerum 12.
7

Immo pactum de retrouendendo non facit suspendere effectum cõtractus venditionis, nec facit simulatum, imò de se licitum est, & omni iure approbatum, † vt l.2. ff. de pact.inter empt.& vend. & voluit Afflict. in const.sancimus in §.1. in versic. Item quæro non ad hoc num.36.
8

Pro parte Antonij adducitur, † ꝙ quando pactum de retrouendendo incontinenti apponitur, non acquiritur nouum dominium, sed illud idem quod erat primum retrãsfertur sine noua traditione, quia secundũ communem* cõclusionem, dominiũ retro transfertur
9

Digitized by Google

fertur in omnibus conuentionibus habenti-
10 bus vim resolutiuam, † ita dicit Bal. in l. ea lege in versi. (ego dico C. de cond. ob caus. vbi dicit, non esse speciale in pact. l. com. & dominium retrotransferatur ipso iure, sed idem in omnibus prædictis aliis conuentionibus habentibus vim resolutiuam. Ita Pau. de Castr. in l. 1. circa finem nume. 6. ff. de donat. & Philip. Corn. in consil. 90 col. 2. lib. 4. & hanc conclusionem veriorem esse affirmat Deci. in consil. 238 num. 5. & in consil. 298. num. 6. & ante eos Cyn. in l fi. in 1. quæst. C. de reb. alie. non alien. & plenè Franc. Curt. in consil. 12. & Boer. in decis. 182. & Tiraqu. in tracta. de vtro retra consangui. in §. 19. in glo. 2 in verb. verum, & in loco alias citato in nume. 14. & Aym. Crauet. in consi. 1. in 2. volum. nume. 3. & vide Bald. in l. ab emptione versic. extra quæro col. 3. ff. de pact. Ias. in consil. 128 num. 19 & 20. vol. 4.

Ad prędicta corroborandum adducuntur
11 infrascripta. † Nam Bart. in l. in diem ff. de acq. plu. arcen. tenet, quod res redemptæ ex pacto de redimendo, veniunt in fideicommisso facta redemptione, quia rem recuperat prout erat prius penes venditorem, & successiuè si emptor rem illam alteri hypothecaret soluto pretio, extinguitur hypotheca, & libera transeat facit tex. in l. ex duobus §. ide, &
12 Marcellus ff. de ind. adiect. † & sic res hæreditaria vendita cum illo pacto, semper hæreditaria dicitur, & facit dominium remanere penes vendentem reuocabiliter, & bene, quia
13 † quod meum est reuocabiliter, potest fieri meũ inreuocabiliter l. in bello §. si quis seruum ff. de cap. & post reue. l. quandoque in prin. ff. de leg. 1. & l. ex sextante §. Latinus ff. de ex re. iud. & habetur per Deci. in d. consil. 298. col. fin. vers. secundo etiam.

Insuper illa res recuperata ex illo pacto
14 de retrouendendo, retinet qualitatem quam primo habebat ante alienationem: fit enim ista retrouenditio ex necessitate pacti, &
15 res de facili redit ad suam primæuam naturam tex. est in l. si vnus §. pact. versic. quod & in spet. ff. de pact. ibi (sed famæ suæ redditur) &
16 † cap ab exordio 35. distin. Ratio est, quia res non dicitur tunc translata, sed redita, vt
17 dicitur † in l. filio quem pater ff. de lib. & posthum. & illa res tunc sic reddita videtur esse in ead. causa, & qualitate, prout erat ante rem venditam, & successiuè dictum Antonium ad ius congruum remansisse, & ex eo nunc de nouo agi posse, cum non fuerit ei prius facta denũciatio, quæ de forma requi-
18 ritur, † vt in d. const. sancimus in princ. ibi (denuntietur) vbi Afflict. in §. vt infra 30. dies num. 1. Mant. consil. 116. nume. 10. Imo est ita necessaria, quod scientia sola non sufficit Mant. in cons. 35. nume. 7. Viui. decis 354. num. 7. Et habetur per Cassan. in consi. Burg. in rub. Des droictz mariez. in §. 25. fol. 202.

Et sic quãdo sumus in pacto de retrouendendo incontinenti apposito, habet effectum
19 pacti † l. commissoriæ &c. & sic, quod ius competat, & pactum dicitur tunc esse incõtinenti appositum, quando eodem die loco, & co-
20 ram eisdem testibus fit, † ita Bal. in l. 1. in §. mulier ff. solu. matrim. & in l. 1. in fin. C. de opt. lib. licet quãdoque, id quod fit infra triduum, dicitur incontinenti fieri. Ita Bal. in l. sententiis in prin. C. de err. aduo. & in l. fi. in versi. 3. nót. C. de iud.

Ad contraria respõdetur, ex quo istud pactum hodie multum frequentatur, & ideo
21 dicitur assumpsisse naturam pacti † l. comm. & adiect. in diem, vt dicit Curt. in d. consil. 12. Vel quia istud pactum est resolutiuum, quia habet effectum pacti l. comm. & adiect. vt dictum est, secũdum magis * communem opinio.

Et quia primus contractus cancellatur, & cassatur, & habetur proinde, ac si nunquam ille contractus fuisset appositus, prout in simili dicitur in emphyteota, qui vendit Domino inrequisito, si in contractu apposuit pactum adiectionis in diem, vel legis commissoriæ, tunc non dicitur incidisse in pęnã, quia non videtur facta venditio (ex illo enim contractu nullum ius emptori quæsitum esse videtur facta redemptione) quod est nota-
22 bile, vt dicit † Alex. in d. l. ab emptione colum. 3. versi. quæritur hic Gugl. de pact.

Remanet ergo conclusio * communis, quod ex pacto resolutiuo à partibus in contractu apposito incontinenti, nõ videtur factus nouus contractus, sed res vendita remanet prout si vendita non fuisset, & propterea cõcludunt Doct. quod si ex contractu venit soluenda aliqua Gabella, ex illo cõtractu sic resoluto, & ex illo pacto nulla soluitur Gabella, quia
23 nullus censetur factus contractus, † vt per Alex. in d. l. ab emptione, quia illud pactum de retrouẽdendo, habet effectum l. commissoriæ, vt ibi per eum in versi. (quærit Gugl.) & secundum hanc vltimam opin. post scripta vidi Vincent. de Franch. in decis. nouiter per eum impressis Sac. Cons. determinasse in decis. 49 num. 1.

Prædicta opin. est vera, quãdo pactum de retrouẽdendo fit verbis directis, veluti fiunt pacta l. commissoriæ, & addictionis in diem,

vtpu-

Digitized by Google

vtputa si restituto pretio infra aliquod tempus, vel quandocunque res sit in empta, nam tunc dominium transit ipso iure sine noua traditione, & idem est in aliis pactis habentibus vim resolutiuam, scilicet, quod fiant verbis directis, vt res sit in empta, secus quando pactum prædictum fit verbis obliquis, & nõ
24 directis, vt plenè † per Curt. in d. consil. 12. & Tiraqu. in prædicto loco de retra. conuentio. & §. num 14 ibi etiam idem in consi. 17. concludit habere locum in pactis l. commissoriæ, & addictionis in diem quotiens non sunt facta prædicta verbis directis, sed obliquis, vel dubiis: nam tunc in illis non transfertur dominium ipso iure, sicut, nec ex pacto de retrouendendo, vt ibi latius per eum, & not. glo. in l. si mortis causa res data est in verbo rem ff. de dona. caus. mort. quam gloss. dicit Pau. de Castr. in l. 1. ff. de donat. num. 6. à prędictis Doctoribus non fuisse allegatam, & sic in puncto respondet Corn. in d. consil. 90. col. 2. versi & licet Bar. num. 7.

Prædicta de plano processissent. Si Antonius non replicasset, qualiter dictus contractus fuit simulatus, & fuit pignoratitius, & ad hoc probandũ petiit terminum, nõ habita absolutione à iuramento, & ideo fuit ei oppositum. Ex quo in contractu iurauit omnia, & singula vera esse, quod ipse, nõ habita absolutione, nõ potest agere, & sic ei obstat exceptio periurij, quæ impedit litis ingressum
25 † est decis. Afflict. 60. & ita tenet Marc. Ant. in tract. de comprom. in 4. quæst. num. 83. & quòd stante iuramento, potest opponi exceptio simulationis, latè firmat Ant. Gallesi. apprimè doctus in tract. ad formulam cameralis obligationis in 2. quæst. fol. 88. & plenè p Afflict. in rub. 15. super constit. Regni de defen. impo. qui dixit, quod si exceptio periurij opponitur à principio, quod impedit litis ingressum fol. mihi 63. & Carol. Ruyn. consil. 132. num. 2. & 8. in 4. volum. & in consi. 32. nu. 5. vol. eod. vbi dicit, quod non solum ille, qui iurauit omnia vera esse, nõ potest allegare simulationem, sed neq; suus hæres per iura per eum citata, & notata: & quod necessaria sit absolutio tenet Pau. de Castr. in consil. 168. in final. verb. 1. vol. Immo si parte reluctante, probationes sunt admissæ, non valent. Ita Gramm. in decis. 89. & quæ dixi supra in cõsil. 6. num. .. & vide Doct. in l. nemo potest maximæ, vbi Ias. ff. de leg. 1. & sic concluditur, quod allegando simulationem contractus allegat eius turpitudinem, ergo non debet audiri l. cum profitearis cum simil. C. de reuocand. donatio.

Breuiter veritas est ista: aut qui allegat simulationem agit, aut excipit, si agit procedunt iura allegata, aut excipit, vt est casus iste, & auditur. Ita in propriis terminis tenet
26 † Deci. in consil. 583. coram Magnificis, & Cępoll. in consi. Crim 63. num. 6. & est videre Osach. in decis. Pedem. 41. & 42. & plenè Tiraq. in tract. prędicto de vtro. retra. in §. 1. in glo. 2. num. 15. & idem in eod. §. in gl. 18. num. 24. & num. 72.

Concludo, quod ex quo Antonius iste vult rei vendicare domum, & quia ei obiicitur, quod ipsam redit: quod isto casu Antonius ipse replicare potest dicendo venditionem fuisse simulatam, quia allegat turpitudinem coadiuuando intentionem suam, contra illos de valente partic. pes, & tractantes de lucro: ita con-
27 cludit † Ioannes Baptista de Castellio. in allegatio. .. in verbo 4. etiam versic. Item, & tertio habemus.

Et sic concluditur cum Affl. in decis. 63. vbi habetur, quod non obstante exceptione iuris iurandi opposita, & probata p instrumentum, fuit datus terminus in causa postquàm fuit allegatum iuramẽtum metu extortum, & ita determinaui in prædicta causa. Dicat quod velit Vrsill. in d. decis. & iam pars aduersa deinde consentiit, & nunc pendet examen.

Termino prædicto igitur dato fuit probatum pro parte prædicti Antonij simulationẽ contractus, & quod aliud fuit existenter, & aliud apparenter, & seruatis seruandis in Terra Castellanæ declaraui in fauorem prædicti Antonij, & sic Magnificus Ioannes Patritius Ciuitatis Monop. atronus causæ pro illis de valente acquieuit sententiæ, & sic executum fuit de Anno 1578 in ead. terra Castellanę existente pro actuario Fabio Russo de Terra Mesapię alias Mosciagno. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Legatum factum per verbum si deuenerit ad ordinem sacrum dicitur legatum conditionale.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ad tempus incertum fieri potest.*
2 *Verbum, si conditionem inducit.*
3 *Legatum cedit à die conditionis impletæ.*
4 *Verba clara testatoris non indigent interpretatione.*
5 *Declarantur verba apposita si deuenerint, esse in beneficium legatarij.*

6 *In*

Digitized by Google

6 *In verbis testatoris cum nulla sit ambiguitas, non admittitur quæstio voluntatis.*

7 *Verba in dubio prolata interpretantur in fauorem legatarij affinis.*

8 *Tempus nunquam perit, & est sine exceptione alicuius euentus.*

9 *Vsufructuarius omnium bonorum non concurrit cum vsufructu spetiali.*

10 *Intellectus verus dicitur de vsufructu generali, & spetiali.*

DETERMINATIO XX.

ITEM legauit Ioanni Thomę de Randolfo domum, in qua ipsa testatrix habitat post mortem matris suæ, si deuenerit ad ordinem sacrum, scilicet, de missa infra annos 30. & si infra dictum tempus non deuenerit ad dictum ordinem, sit dicti capituli.

Mortua est mater dictæ Mansuetæ testatricis pro qua diebus elapsis consului, vt in Determin. 30. dubitatur, an ista domus debet manere vsq; ad annos 30. penes capitulum hæredem. An verò penes ipsum Thomam legatarium.

Istud legatum in se duplicem conditioné habet, prima est ad tempus incertú (ibi post
1 mortem matris suæ,) & benefieri potest,† ita est tex. in l. fi. & ibi Bar. & Alex. C. de lega. & primũ probatur in l. 1. ff. de cond. & demon.

Secunda conditio colligitur ex verbis (si deuenerit ad ordiné sacrum, scilicet de missa). Nam dictio si apposita cum verbis futu-
2 ri temporis, condictionem inducit † l. si Titio ff. quando di. leg. ced. Bar. in l. 1. ff. de cód. & demonstr. num. 3. vsq; ad nume. 7. Pau. in L. Seius Saturninus in fin. ff. ad Trebell. nu. 2. & idem Pau. in d. l. 1. num. 3.

Ex quibus videtur cócludendum, ex quo vltima condictio non est impleta, ꝙ dies le-
3 gati non cessit † l. cedere diem ff. de verb. signif. & l. in causæ la 2. & glo. in verbo hæredi ff. de minor. & l. vni. §. sin autem C. de cad. toll. cum simil. & sic videtur penes hęredem, & sic capitulum remanere.

His tamen non obstantibus, contrarium in casu isto dicendum est. Prima ratio est, ꝗa quando habemus verba testatoris expressa,
4 non recurrimus ad coniecturas † l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. & l. non aliter modo, cum prima condictio sit impleta per mortem matris testatricis cessit dies, prędicta l. cedere diem,

Alia verba si deuenerit ad ordinem sacrum &c, sunt posita fauore ipsius legatarij, & sic dictum legatum cessit in beneficiũ ip-
5 sius legatarij, † ita glo. in l. ex his verbis, in verbo (videtur) C. quando dic. leg. ced. l. à filia §. fin. & ibi gloss. ff. de Ann. leg. Alex. in l. prædicta Seius Saturninus nume. 2. versic. dicitur.

Et ꝙ ista verba, sint apposita fauore legatarij patet ex sequentibus ibi, (& si non deuenerit ad ordinem sacrum, sit capituli, ergo illud verbũ sit capituli) operabitur post an-
6 nos 30. † l. si quando de leg. 3. & interim nõ sit dicti. Et sic cum in verbis nulla est ambiguitas non admittitur volũtatis quæstio d. l. ille, & §. cum in verbis.

Et sic, ex quo dictus Thomas est affinis prædictæ Mansuetæ, voluntas sua fuit, ꝙ dicta domus sit in vsufructu p istos annos 30. verum si deuenerit ad d. ordinem sacrum, sit sua, quoad proprietatem, alias tunc erit dicti capituli hæredis vniuersalis, & in propriis
7 quasi terminis est quæstio † Bar. in auth. hoc locum C. si secund. mul. nupf.

Non obstant contraria per prædicta, sed magis particulariter dico, ex quo secunda condictio fuit facta ad tempus certum, scilicet 30. annorum, ex quo tempus numquam perit, & est sine exceptione alicuius euentus, & tunc dictio. Si. non dicitur condictio, sed
8 demonstratio † ita Bar. in l. hæres meus in fi. ff. ad Trebell. præsertim cum in casu isto, pro nunc petitur vsusfructus, vt per l. Sempronius Attalus ff. de vsu. leg. à contrario, & sic de iure respondendum esse dixi, & Aduocatus Reuerendi Capituli se quieuit, & sic domus remansit penes legatariũ, contra quem insurrexit Iacobus Cece maritus dictę Mansuetæ, qui vti fructuarius omniũ bonorum dictæ Mansuetæ dixit, quod donec ipse seruabit lectum viduale vult vti fructibus dictæ domus.

9 Pro marito adducitur Bald in l. quotiens C. famil ercisc. col. fin. versi. & prædicta faciunt ad quæstionem, vbi voluit, ꝙ vsufructuarius omnium bonorum, non concurrit in vsufructu, cum eo, cui in spetie legatus sit fundus simpliciter, quia generi per spetiem derogatur, in reg. generi. de regu. iur in 6. l. vxorem §. felicissime ff. de leg. 3. Ang. Aret. inst. de vsufr. in §. 1. & Bal. in consi. 22. in 2. lib. & Deci. simpliciter in consil. 607. vbi alleg. Mar. Socy. in consi. 1. & Salyc. in d. l. quotiens num. 6. versi. vnum tamen adde, qui dicit hanc opin. veram.

10 Pro Thoma legatario adduxi † Bar. in l. si alij, & in l. fi. ff. de vsufr. legat. vbi tenet totú contrarium, ꝙ debet iste vsufructus diuidi,

&

Digitized by Google

& hanc opin.Bar.Dec.in consi.590. nume.6. dicit esse * communem, & etiam assignat rationem dicens, ꝙ opin. Bald.non est fundata in vera ratione, quia quando vni est legatus vsusfructus omnium bonorũ, & alteri fundus simpliciter, vt est casus noster: proprietas, & vsusfructus non se habent, vt genus, & speties secundum Dyn. in reg.generi de reg.iur.in 6.& not.Bar. in l.quæsitũ §.siquis fundum col.fin.in versic.vlterius habeo ff.de fund.instr.& idem Bald.in cõsi.19. circa dubitationem in 2.vol.

Et secundum istam opinionem Bart. fuit executum inter eos. Ad laudem Dei. Capursij anno 1569. Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Renuntiatio vsui testium falsorum operatur, vt causa non ammittatur.

SVMMARIVM.

1 *Falsum in causa producens, eam perdit.*
2 *Procedit in causa fisci.*
3 *Producens articulos falsos, videtur producere testes falsos.*
4 *Paria sunt non inferre, vel posse inferre damnum.*
5 *Producens articulos falsos, & testes, licet renuntiat perdit causam.*
6 *Testes renuntiati in vno articulo, non probant in aliis articulis.*
7 *Dictum testis est indiuiduum.*
8 *Testis in parte falsus in totum reputatur falsus.*
9 *Oblatio facit Reum liberari. de qua materia vide in alia determinatio num.*

DETERMINATIO XXI.

FVIT dubitatum in causa Sergij Iulij delli Pettini, & Dominici de Mita & litis consortium, an ex quo produxerunt articulos falsos, v3. 12.13. 14.& 22.nõ obstante renuntiatione nolle vti si debẽt ammittere causam, vel an probẽt in aliis articulis nõ renuntiatis determinaui, vt supra.

Clara est iuris conclusio, ꝙ qui falsitatem
1 facit in causa perdit eam † tex. est iuncta glo. in l.in fraudem §.quoties in verbo (eadat) ff. de iur.fi.quam sequitur Lodou.Bolog. in secunda interpretatione. ibi Deci.in c.venerabilis col.14. versi.præterea tex. §.quoties de excep.post glo.ibi extra, & Card.in c.olim in 12.lim.de rescrip.vbi dictam glo. approbando dixit, eam veram, & plenè Boer.in decis. 291.in 2.par.vbi declarat dictum §.quoties,
2 non solum procedere in causa fisci, † sed etiã aliorum, & sic remouetur difficultas in isto intellectu.

Iste ex quo produxit articulos falsos, dici-
3 tur produxisse testes falsos, vt in simil. † Bal. in l.si falsos C. de fals. & plenè per Capic. in decis.67.nume.6. vide in Pragmatica testem falsum, & an perdat causam Afflict.in const. Regni adulterinã §.qui falsitatem sub. rubr. decondentibus fals.monet.lib.3. & Felyn.in cap.in præsentia, vbi ad longum. de test.extra num.7.

Et licet eis non vtatur sat est, ꝙ potuerunt
4 cum eorum dictis damnum inferre † Bald. in d.l.si falsos per tex.l.3.ff.quod quis iur.& ibi in d.l.si falsos Salyc. in final. verbis, & Ang.de Aret. in tract.malefi. in verbo falsario in versi.quæro, an producens falsos testes in fin.nu.26. & licet abstinens ab vsu falsi testis liberatur, si vsus sit tantum. Sed si fecerit, vel fieri procurauerit articulos falsos tenetur. Ita Franc.Bursat.in consi.311. nu.66. volum 3.& idem Burs.in consi.1.num.20.& quando committitur ibidem nume.65.& Felyn.in citato loco, & Capyc.in prædicta decis 67.nume.9.versic. nam licet is, qui fabricat &c.

Sequitur, ꝙ si produxit articulos falsos, &
5 † testes licet eis non vtatur, quod possint puniri, multò magis causam ammittere.

Hinc sequitur, ꝙ idem testes renuntiati in
6 dictis articulis † non probant in eo, quod deponunt in aliis articulis, quia dictum testis est indiuiduum, & non potest pro parte acceptari, & pro parte reprobari, etiã si in aliis dixisset verum, propter iusiurandum, quod
7 est indiuisibile, † ita Bald.in l.fi.in 3.oppo.C. de edict.Diui Adri.toll.& idem Bald.in rub. de contro.inuesti.num.4.ibi (extra nota) vbi dicit, vnde si in vno mentiatur non valet in aliquo: in vsibus feudo. Ita est decisum per Vinc.de Franch.in decis.173. in fin. per hæc met iura, & alia, & Saly.in l.si ex falsis C. de transact.Affl.in constit.eos, qui scienter nu. 25.sub rub.de periur.Gramm.in consil.141. num.13.Alex.in consil.44.in 2.vol.nume.7. & 8.qui dicit, ꝙ procedit etiam si testis fuisset absolutus, vt ibi per eum. Deci.in cõs.83. num.5.allegat Alex.in consi.114.in 4.lib.& plenè per Hippol.in sing.76. communis cõclusio Doct. cõcluditur ergo ꝙ testis in parte verus, & in parte falsus, in totum reputatur

tur

Digitized by Google

tur falsus, & non probet, † & Cagnol. clarè declarat in l.diem functo, num.209.ff.de off. assess. vbi intrepidè hoc affirmauit dicens, quod testis deponens falsum in vno, decolorat totam eius depositioné, quæ propter iuramentum veritatis indiuidua dicitur, vt trad.scribent in d.l.pen. C.de transactio.faciunt not. per Fely.in c.pastoralis §.quoniã de rescript. & Osach.in decis. Pedem.117.nu.4. & Tib. Decian.in respon.76.num.32.vol.3. & idem in respon.93.nume.10.vol.2. & Ioan. Vinc. de Anna in allegat.52.nume.37.& 38.vol.1.

Ea quæ actor consequi debebat, obtulit, quæ oblatio facit, vt reus liberetur, etiam si
9 fieret vsq; ad sententiam † l.si reus ff.de procur.& §.fin.de perpet. & tempo.actio.inst. Capi.in decis.19.num.1.& 2.& 3.

Ex quibus omnibus patet victoria rei ad laudem Dei in anno 1575.sic determinatum.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Matri debetur legitima in bonis filij, & quanta esse debet.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur supplimentum legitimæ.*
2 *Matri debetur legitima.*
3 *Legitima matris debet esse tertia tertiæ, & non tertia totius hæreditatis, secundũ communiorem, & nouam opin.Bar.*
4 *In taxanda legitima matri, computãtur persona fratris, & sororis filiarum.*

DETERMINATIO XXII.

FVIT dubitatum, an mortuo filio sine filiis ex suo corpore descendentibus, sed institutis nepotibus, & matre superstite, cui reliquit tantum viginti titulo institutionis, an matri competat legitima secundo, & quanta debet esse ista legitima.

Non vacando, vbi non expedit breuiter conclusiuè loquendo, dico deberi supple-
1 mentum legitimæ † text.est in l.omnimodo, & l.sancimus C. de inoff.test. & quod matri cõ-
2 petat legitima est tex. † in §. quamobrem in auth.de rest.& earum quæ Paris.c.si pater de testa.in 6.Bald.in consil.503. in 5.vol.& iure domini, matri legitima competit, arg.l Papinianus §.quarta, & ibi Doct.ff.de inoff.test. l.hæres, vbi Cyn. C. de impub.ita concludit Franc.Bursat.in consil.8.nume.9 vol.1. & in nume.15.dicit, quod hæc legitima est quota bonorum quatum ad creditores, vt præferatur, quia in reliquis, dicitur quota successionis. Ang.Pau de Castr. in l ita tamen §. si patronus ff.ad Trebell.& per Bursat.in consil.prædicto num.10. vbi ad plenum.

Et huic matri pro legitima competit hęreditatis petitio, & familiæ herciscundę iudicium. Ita Bursat in d.consi.8.num.13.vol.1. & Tho.Doccius in consil.14.num.1. & Philipp.Franc.in c.si potest nume.32. de testa.in 6.in tom.rep.5. & Emanuel ibi nume. 25. in parte secunda.

Quoad secũdum dico, quod mater debet habere tertiam partem omnium bonorũ dicti sui filij in suam legitimam, non obstante superexistentia aliorum fratrum, seu sororum.
3 Ita in proprijs terminis consul. † Oldrad. in consil.123.incip.quidam Petrus: Et promissam conclusionem firmat Fabian. de Grocch. de Monte Sancti Sabini in rep. auth. nouissima in 11.col.versi.quarto quæritur incidenter C.de inoff.testa.vbi cõcludit, quod mater debet habere integram trientem omniũ bonorum, siue fratres fuerint præteriti, siue cum ipsa instituti, & hanc etiã tenet Pau.de Cast. in consil.286.incip. quoniam fundamentum num.3.in versi. in 4. casu principali in 1.volum.2.nouam impressionem, & ita intrepidè firmat Alex.in l.planè §.si duobus ĩ fi.quæst. num.9.ff.de leg.1.& Bal.in l.vni. §.in primo versic.vnum tenementi C. de cad.toll. & ibi add.in littera C.& Card.Zab. in consi.151. in omnibus bonis, & hanc opin. quod sit triens, reperi quod tenet Aym Crau.in consil.110. nu-
* me.3. in fin.1. vol. & * est communis secundum Alex.& idem Pau.de Cast.in cons.446. incip. circa primum quæsitum nu.5.vol.2.

Aduerte, quia Bar. in l.pater filium num. 14. ff. de inoffic.test.tenet, quod ista legitima est tertia tertiæ partis totius assis, siue mater sit instituta in re certa, siue præterita, & hæc vltima opi.Bart.fuit approbata in Sac.Consi.vt per Vincen.de Franc.in decis.63. Et secundũ Bar.tenuit. Fran.Bursat.in consil.125. incip. ex apostillis, 1.volum.per totum, vbi pulchrè declarat. Et Ias.in consi.61.incip. quod legitima istius matris vol.3. & dicit quod hæc opi.Bar.est
* sequenda tanquam * communis, & verior. Quamuis Franc.Becc.in addict.intrepidè teneat, primam opi.cõtra Bar.esse communiorem, allegat consi.Hieronymi Gabrielis consil.94.incip. quæstio est num.19. cum seq.& de veritate, vide Anto. Thesau. in decis Pedem incip legitima in decis.172. per totam, &

& Alex. in consi. 45. num. 13. 1. vol. & in consil. 140. nume. 10. fol. eod. & Thom. Docc. in consi. 67. num. 3. Ego licet multotiens cõsului pro prima opin. nihilominus visa decisione Illust. de Franchis secundum eam deinde determinaui, & consului, & Philipp. Franc. in d. c. si patet num. 56. de test. in 6.

Est notandũ, ꝙ in taxatione legitimæ matris præteritæ, computantur personæ fratris,
4 & sororum filiarum matris † secundum Bal. in l. vni. in prin. num. 11. C. de cad. toll. & per Corn. consil. 150. vol. 1. & nouissimæ per Io. Vinc. de Ann. in alleg. 100. in 2. par. & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Confessio Mariti de dote recepta, præcedente promissione, statim præiudicat creditoribus, secus si esset in instrumentis falsis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus confitens dotem recepisse, præcedente promissione, statim creditoribus præiudicat.*

2 *Non præcedentibus promissione dotium, vel in instrumentis falsis est secus.*

3 *Sine promissione ista confessio induceret tacitam donationem.*

4 *Vxor agens hypothecaria contra tertios possidentes bona mariti, etiam ꝙ sint decursa tempora opponendi exceptionem non num. dot. tenetur probare solutionem dotium.*

5 *Esse, & esse falsum, paria sunt, quàm nõ esse.*

6 *Denarius falsus, non est denarius.*

7 *Falsa indictio, non est indictio.*

8 *Falsum testamentum, non est testamentum.*

DETERMINATIO XXIII.

AN maritus confitens recepisse dotem, præiudicet creditoribus habentibus iura posteriora. Et quid si, in instrumentis falsis.

Ad primum, * communis conclusio Doctorum est, ꝙ quando mulier per stipulationem promisit dotem marito, & postea maritus confitetur dotem recepisse, statim præiu-
1 dicat dictis creditoribus, † ita est text. in l. in contractibus §. 1. in 3. casu in versic. (illis) & ibi Cyn. Saly. Bald. & Pau. de Castr. C. de non nume. pecu. & plenè Afflict. in const. causas. nume. 5. sub rub. vt Mag. Iustitia. poss. euad. oppress. offici. & reuocare lib. 1. & Aym. Grauett. in consil. 40. num. 1. vol. 1. & Couarr. in lib. variar. resolutio. in cap. 7. num. 6. in versi. Cæterum.

Et quamuis Doctores dicant, ꝙ præiudicat sibi marito tantum, nihilominus idem est de tertiis creditoribus mariti, vt per glo. in l. si cui C. de non num. pecu. in verb. (creditores) C. eod. & facit glo. in l. scriptura in verbo (suum robur) C. qui pot. in pig habe. vbi cõfessio in causa pignoris facta de dote in instrumento, vel alia scriptura priuata, testibus subscripta, nocet aliis creditoribus, vt not. Alex. in l. 1. ff. solu. matrim. & ita per Afflict. in decis. 402. & Bald. nou. in suo tract. dot. in decima par. principali in princ. in num. 4. in versic. 7. fallit vsque ad finem istius conclusionis.

Sed non præcedẽtibus capitulis matrimonialibus, & promissione dotis, vel illis *falsis*, seu nullis, nullo modo talis confessio dotium
2 præiudicat, † ita loquitur Bart. in auth. Sed iam necessæ C. de donat. ant. nup. quia in isto casu, constante matrimonio, cõfessio facta, in-
3 duceret tacitam donationem, † vt per glo. & Doct. in l. diuortio ff. solu. matr. & ita intelliguntur Doct. qui contrarium tenent, & procedit maximæ in creditoribus mariti, seu tertiis possessoribus, quia si vxor ageret hypothecaria contra tertium possidentẽ bona mariti, etiam si fuissent decursa fatalia, seu tempora opponendi exceptionem non numeratę seu consignatæ dotis, isto casu non, præiudicat tertijs, & ipsa vxor teneretur probare numerationem dotis, cuius vigore ad bona prædicta quæ fuerunt mariti, recursum haberet,
4 † vt plenè per Rom. in consil. 445. dicentem se semper, ita indubitanter tenuisse, per text. d. l. si cui C. de non nume. pecu. quem refert, & sequitur Fely. in c. si cautio de fid. instrum. extra num. 84. versic. fallit vltimo de quo per Afflict in dicta decis. 402.

Est animaduertendum, ꝙ si maritus esset decoctus, seu fallitus, & tunc cõfiteretur dotem recepisse, ꝙ tali casu hæc confessio non præiudicat ipsis creditoribus, ita dixit Bald. de Bartolinis in l. 1. ff. solu. matrim. num. 18. & ita voluit Boer. in decis. 330. & Cæsar Vrsill. in d. decis. 402. nu. 5. qui quotas allegat, & Crau. in consi. 40. num. 6. & nunc ego habeo hunc casum in Ciuitate ruborum, in anno 1593. die 25. Aprilis. Est videre Ant. Thes. decis. 112. & Couarr. in citato loco, qui non videtur hanc opin. firmare in d. versic. cæterum in lib. 1.

Et ꝙ capitula falsa præcedentia, tractantia de

de promissione, nulla sint, patet ex infrascriptis: nam falsa habentur, ac si non essent,
5 † vt pulchrè Io.And.in add. Specul. in tit.de cri. falsi.in rub.vbi dicitur, ꝙ denarius falsus nõ
6 est denarius, † vt per glo.in l.2. C.de hær.vt per Alex.in consil.104.1. vol.in 2.col.glo.in c.vera instituta 45.distin. quã ad hoc allegat Io.de Anan. in c. ad falsariorum in fi. de cri. falsi.& c.fi.eod.tit.& plenè per Marſ. in consil.89. in 2.vol. vbi adducit pulchra similia, & est text.in l.Paulus ff. de verb. signif. & ibi glo.& per Lanfr.in rep.c.quoniam contra in versi. instrumentorum productiones nu.16. vbi dicit, ꝙ falsa indictio non est indictio, &
7 falsum testamentũ non est testamentum, † vt in l.2.ff.quemadmodum iesta.aperia.& vide quæ in proposito dixi in rep.pragmat.primæ in princ.de ord.iud.quem cõmentũ Deo annuente spero citius in lucem edere, cõcludiť ꝙ ex nullis capitulis nulla oriať vxori actio, cum non entium, nullæ sunt partes, l.eius, qui ff. si cer.pet. & in anno 1569. Capursij. Sic determinaui. Et postea pluries, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à patronis in benefitio iuris patronatus, debet ab Episcopo institui.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura non authenticata, seu sigillata, non probat.*
2 *Ex præsentationibus acquiritur ius præsentãdi, maximè secuta institutione.*
3 *Sententia quæ facit transitum in rem iudicatam, præiudicat partibus.*
4 *Sententia lata in causa beneficiali, transit in rem iudicatam, & nõ potest retractari post lapsum decendij.*
5 *Testator potest ordinare, vt hæres habeat vnam vocem per capita, in præsentando.*
6 *In successione vniuersali transit ius patronatus, & non requiritur consensus Episcopi.*
7 *Consensus permittitur ex post facto in vltimis voluntatibus.*
8 *Ex præsentationibus, & institutionibus subsequutis, est acquisitum ius patronatus, per præscriptionem.*
9 *Titulum allegare sufficit, & quando.*
10 *Ius patronatus præscribitur spatio quadraginta annorum.*

DETERMINATIO XXIV.

ORTA lite inter Donnũ Ioannem de Pizzone Terræ Rutiliani contra D. Petrum Antonium de Petrellis super iure patronatus, visis processu, & omnibus scripturis pro illis de Pizzone me existente Auditore Reuerendissimi Archipresbyteri nullius diocæsis dictæ Terræ, sic determinaui.

Præsentationem factam in personam de Pizzone, vti à veris patronis ius fouere, & illum institui debere. Ex infrascriptis demonstratur.

Per illos de Petrillo inducitur quædã fundatio, quæ non facit fidem, etiam in foro Ecclesiastico, cum non sit authentica, nec signo
1 tabellionis signata, vt requiritur † vt in auth. de fid.instrum. §.oportet, & l.nemo C. de assess.& l.decernimus C.de aq.duct. lib.11. Bal.in rub.de fid.instr.versi.sed tertio quæritur, in 12.col.cano.in c.cũ p.tabellio. de fid. instr. Alex.ad propositum in consil.53. in 2. vol. & in Regno per const. instrumentorum robur. sub rubr. de fid.& author.instrumen. & quot test.deb.subscrib.instru.

Cum igitur, dicta prætensa fundatio, sit quædã carta præsentata, sine aliqua authenticatione, seu signo Notarij, & aliis sollemnitatibus requisitis ad fidem faciendam, non est valida. Per supradicta ergo.

Nã illos de Pizzone apparet esse in quasi possessione præsentãdi, & apparet eorum an-
2 tecessores, † fuisse admissos ad præsentãdum dictum benefitium, & ex eorum pręsentationibus, præsentatos fuisse institutos, & confirmatos rectores forsan ab annis 40. & plus.

Et per sententiam fuisse admissos ad præsentandum, quæ sententia transiit in rem iu-
3 dicatam, & parti aduersæ præiudicauit † ita in terminis Abb.in c.1. de concess.præbend. vbi tenet, ꝙ sententia lata in causa benefitiali, transit in rem iudicatam, & non potest re-
4 tractari post lapsum decennij † per tex. cap. lator, & cap. consanguinei de re iud. & Innoc.in cap. cum olim de dol. & contu.extra, & in cap.Bertoldus de re iud.& in c.ad aures de rescript. & quòd sententia lata in causa spirituali transeat in rem iudicatam, quatenus tangit præiuditium tertij priuati, est bonus text. in cap. cum dilectus, de elect. extra, & sic tenendo hanc opin. dicemus, ius patronatus per laicum præscribi posse, & est quartus modus acquirendi prædictũ ius, ita Alex.in consil.74.nu.21.in 4.vol. & Deci. in

Digitized by Google

consi.134.per totum in 1.par.vbi hanc opin.
* intrepidè tenet, & hæc opin.est* communis, vt dicit Deci. in d.consil.nu.4.& voluit Abb. in consil.76.in 2. lib. & idem Deci. in consil. 107.nume.2. per totum in par.1. & idem in consi.134.num.3.& 4. & idem Alex. in con-
* sil.75.num.74.volum. & est communis* opi. vt testatur Ioseph Lodoui.in rubr. de iur.patro.in conclus. vnica in versi.acquiritur etiã præscriptio: vbi quotas allegat, & in versic. ampliatur 13. & ampliatur 16.

Patet etiã ꝙ T.in suo testamento instituit vniuersales hęredes patres, illorũ de Pizzone, & fuit ver⁹ fundator, & specialiter inclu-
5 sit dictum benefitiũ,† iuxta illam elegantem doctr.Lap.relatam per Card.in clemen 2. de iur.patron. vbi habetur, ꝙ quando est vnus patronus, potest in suo testamento hæredes instituere in benefitio iuris patronatus ꝑ capita, vt quislibet hæres habeat vnam vocem, & hæc doctrina non habet repugnantiam.

Nec obstat si diceretur ex quo in hoc testamento non interuenit consensus Episcopi ergo &c.

Dico primo ꝙ in successione vniuersali in vltimis voluntatibus, non requiritur cõsen-
6 sus Episcopi, † vt est tex.in c.1.& in c.cum seculum de iur.patro.& percipitur ex prędicta doctr.Card.in d.clem.& sic vbiq; permictitur ius patronatus cum vniuersitate transire ad quemcunque hæredem, etiam extraneum, non aliter requisito consensu Episcopi. Rocc.de Cur.in rubr.de iur.patro.in verbo ipse, vel is, num.1.& ibi omnes, & dicit,
* ꝙ hæc est communis* opin.

Vel secundo dico, quatenus requireretur consensus quod non est verum,nihilominus satis dicitur interuenisse ex post facto,vt per-
7 mictitur in vltimis voluntatibus,† vt dicunt Doct. in c. cum seculum dum loquuntur de hærede vniuersali de iur.patro.

Quod autem ex post facto interuenit, apparet, nam hæredes vniuersaliter instituti & eorum alij descendentes vsq; ad præsentem, alias, alios rectores præsentauerunt, & eorũ præsentationes fuerunt admissæ, & præsentati per Episcopum (vt requiritur) instituti, admissi, & inuestiti, & sic approbatæ,& sic cessat difficultas in hoc articulo.

Vltimo negari nõ potest, quin ex dicto testamento hæredibus vniuersaliter institutis, & pro medietate, non sit attributus titulus, & sic vt hæredes,ex titulo hæredes, sunt effecti patroni, ex quo titulo,tã præsentes,quàm eorũ antecessores hæredes moti sunt ad præsentandum,& est probatum,ꝙ tali titulo steterunt in possessionem,ex qua possessione est intro ducta præscriptio, ex qua pręscriptione
8 acquiritur ius patronatus, † vt plenè in hac materia per Alex.in consil.75. 4.vol. vbi copiosè ponit exemplum de seruitute: quando dicit, ꝙ licet seruitus nõ habens causam cõtinuam non possit præscribi, nisi spatio tanti temporis cuius in contrarium memoria non existat.

9 Tamen,si quis se fundat † ex titulo aliquo allegato, & probato cum vsu seruitutis per longum tempus decem annorum, satis sufficit, ita ꝙ multum respicitur titulus.

10 Idem Alexan.in consil.seq.76.in fi.in eod. vol.dixit,ꝙ ius patronatus præscribitur spatio 40.annorum iuxta not. in c. de quarta de præscrip.extra,& in auth.quas actiones C. de Sacros.Eccl. & loquitur de præscript.sine tit. Ideo, quanto magis in casu isto, in quo adest titulus eius allegatio, & probatio, & Card.Zabar.in cõsi.69.quoad primum nu.5.

Ex quibus concluditur in fauorem ipsorũ de Pizzone,& contraria fundatio allegata,licet nullam faciat fidem,sed quatenus faceret non obstat per ea quæ dicta sunt, videlicet ꝑ exceptionem sentētię transactæ in rem iudicatam:stante etiam testamento in quo potuit augeri numerus vocum, & patronorum,& tandem præscriptione allegata,& probata,& sic consideratis omnibus, & aliis etiã in processu deductis, determinaui in fauorem illorum de Pizzone in anno 1573. me in Terra Rutiliani Gubernatore existente.Et Auditore Reuer. Archipresbyteri nullius diocęsis. Ioannis Francisci de Blasijs,& mei cõpatris valdè religiosi. Et sic executũ fuit inter partes ipsas. Ad Dei laudem.

Sempronij Ascij V.I.D.

ARGVMENTVM.

Legatum à marito vxori factum, ꝙ sit domina, & patrona vita eius durante, filijs existentibus, inducit vsumfructum, non existentibus filijs, vsumfructum, & proprietatem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum simpliciter, che sia patrona vita durante inducit alimenta.*

2 *Verba prædicta denotant quandam prahemimentiam in domo mariti.*

3 *Verba vsuaria,vsufructuaria,domina,& maxaria, quæ denotant.*

4 *Alimenta debentur inspecta qualitate legatariæ,Reditibus bonorũ mariti,& fructibus.*

5 *Alimẽta hæc debẽtur à die mortis testatoris.*

DE-

DETERMINATIO XXV.

Verba legati.

ITEM lascio Rosa mia moglie, patrona sua vita duräte,] hæc verba sic simpliciter à quondam Angelo de Annichino Terræ Genusij ,plata in suo elogio quid importent, consultus sic respondi.

Hoc legatū per talia verba simpliciter fa-
1 ctum,includit alimenta,† ita est decis.Capp. Tholos.462.ibi(& eodem modo)Ratio,quia talia verba, videntur notare quandam præheminentiam in domo, vt habebat tempore
2 vitæ suæ † l.2.ff.rer.à mota,& l.1.§.1.ff. ad Sillania Rom.in consil.118. quoad prædictū Dominam interpretamur, & Bart. in l.Titia cum §.fin.num.4.ff.de leg.2.& ita Specul.in tit.qui filij sint legi in prin.in num.34. in 3. quęst.dum distinguit, aut testator dixit, volo esse vsurariam,an vsufructuariam,aut domi-
3 nam, & maxariam. † & hic est casus noster, & de mente Odofr. in hoc tertio casu, habebit,quod habebat viuo marito,& Pau. in cōsil 71. ad primum in 2.vol. & Lo l.Rom.in consi.516.Franc.Crem.in sing.8. Alexā.in l. nemo potest ff. de leg.1. Corn.in consil.257. in littera P.vol.1.Paris consil 93.vol.2.Afsli. decis.252.num.3.Rolan.à Vall.in consil. 74. num.20. vol.2. & reperi post hæc, ita declarare Bergogni.Caual. in tract. de vsufr.mul. relict.num.26.

Alimenta ista debentur, inspecta qualitate ipsius magnificæ Rosæ fructibus,& reddi-
4 tibus hæreditariis,†ita est tex.l.cum alimenta, & l.legatis ff.de alimen.& vb.leg. Bart.in l.ius alimentorum ff. vbi pup.educ.debet,& l.fi.C.eo.notat Bart.in l. Imperator Adrianus in fi.ff.ad Trebell.& plenè per Aym.Crau.in consil.189.& 199.& Oldrad.in consi.79.incip.duo spetialia,& plenè Borgogn.Caual.in a.legat.tract.de vsufr.mul.reli.nu.27.Marc. in decis.838.in 1.par.Couar.in lib.variarum resol.c.2.in fin.lib.2.& est videre Neapod.in com consuet.Neap.in rub.de alimen. & Couarr.in tract.de matr.in 2.par.& cap.6.nu.7.

Debentur ista alimenta à die mortis testatoris, quia quando debentur alimenta ex dispositione hominis, vel iure legati, & præte-
5 rita consequuntur † tex.est in l.cum vnus §. verbis,& l.libertis quos §.manumissis,& ibi Bar.ff.de alim.& cib.leg. & plenè per Corn. in consil.286.pro præsentis consultatione in prin.in 3.vol.alleg.Bar.in tract.de alim.in 3. quæst.principali.Idem Bart.Bal.& Alex.in l. cum de alimentis C.de transf.& ita concludo Lateritiæ sub anno 1572. & Domino sit laus. ...e fuit obseruatum.

Sempr Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Appellatio interposita à non habente mandatum appellandi, stante lapsu decem dierum. Nō ratificatur, & sententia transit in rem iudicatā.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio retrotrahitur, & ratificat acta facta.*
2 *Ratificatio non ratificat actum, qui tempore ratificationis fieri non potest.*
3 *Ratificatio non retrotrahitur, quando extremum non est habile.*
4 *Tēpus appellandi tacitè videtur habere, quando non ratificat in decendium.*
5 *Ratificatio non conualidat illud, quod est renuntiatum.*
6 *In his quæ respiciunt nullitatem actus ex dispositione legis non receditur à l.*
7 *Ratificatio tunc retrotrahitur quando actus, qui ratificatur fieri potest.*

DETERMINATIO XXVI.

AN appellatio interposita per Not. ... Andream Scaratum Terrę Lateritiæ in causa Dominici Politi, cū Lucēta vxore quondā Angeli Virdani, vti procuratorem dicti Dominici infra decennium, & prosequuta per Not. Angelū vti etiam procuratorem,debet admicti, postquàm liquet neminem istorum fuisse procuratorem, nisi transactis fatalibus,in quo mandato procuratorio nouiter facto, apparet dominicum ratificare omnia acta facta nomine suo, & signanter appellationē, & prosequutionem.

Prima fronte pro Dominico facit ratifica-
1 tionem factam retrotrahi † l fin.C.ad Macedo.l.semper,qui nō prohibet ff.de reg.iur. & c.ratihabitionem eod.tit.in 6.cū concordan.

Breuiter ommisso multiloquio in contra-
2 rium est veritas† p tex l.1.ff.de appell.recip. in prin.& in l.bonorum ff.rem rat.habere,&
INTER Antonellum de Trideci, & Sergium Iannottam Terræ Molæ, orta fuit magna controuersia (me existente ibi Gubernatore) Sergius Iannotta emit à Notario Marino de Noia quandā possessionem contiguam cuidam possessioni ipsius Antonelli de Trideci, quam possidet, & est de feudo Comitatus Noiæ, sub annuo reditu consistente in pecunia, & hac de causa, dicebat Sergius, ꝙ ius congruū ab eo intentatum eidem Antonello non competit.

Primò dicebatur, ꝙ ad hoc, vt vicinus habeat ius congruum; opus est ꝙ sit Dominus
1 rei collateralis saltim vtilis, † ita dicit Neapod. in consuet. incip. si quis emit nume. 29. quia talis Dominus, vendicat per vtilem in
2 rem † l si quis emptionis in princ. C. de præscrip. 10. vel 20. anno. Bald. in l. sancimus in prin. Matth. de Afflict. in ead. l. in princ. post num. 36. versi. (sed quid ad hoc).

Sequitur, ex prædictis quòd vsufructuarius, non habet ius congruum, Ratio est illa, quia res fructuaria, nō est fructuarij, sed alie-
3 na † l. rem in bonis ff. de acqu. rer. dom. cum alijs allegatis per Neapod. in cit. lo. nu. 30. & Affl. vbi supra nu. 37. versi. (itē quæro dixi).

Nam appellatione Domini, nō venit vsufructuarius, sed cum hac distinctione: quòd aut fit mentio rei, & isto casu vsufructuarius non venit appellatione Domini; aut fit mentio Domini, large, absq; eo quod dicatur de dominio rei, seu fundi, & tunc continet vsufructuarius, quia habet dominiū iuris vsus-
4 fructus † ita dicunt Bar. & Ang. in l. in venditione in fi. per glo. ibi in ver. continetur ff. de auth. iud. possid. & amplè Alexan. in consil. 129. nume. 4. lib. 2. incip. puto de iur. concludendum.

In casu nostro lex sancimus loquitur de dominio rei ibi (si quis habet communem agrum, vel domum, vel vineam) ex quibus verbis concluditur, ꝙ appellatione Domini, non venit vsufructuarius ergo &c.

Et ꝙ iste Antonellus sit vsufructuarius, patet, nam possidet bona particularia feudi sub annuo redditu cōsistente in pecunia, qui non dicitur seruitium, & præstatio prædicta habet similitudinem locationis ita mercede
5 pecuniaria † secundum glo. in l. Regni constitutionē diuæ memoriæ sub rub. de reuoc. iud. in verbo (locare) lib. 3. Sequitur effectus quomodo is, cui est locata, seu concessa per reditum, res feudi non dicitur vtilis Dominus, sed vsufructuarius, ita dicit Par. de Put. in tract. de reintegra. feud. in c. quædam sunt bona particularia num. 13. hac igitur ratione Antonellus ipse excludi debet Gramm. in decis. 77. num. 1.

Secundo, & fortius est cōsiderandū, quòd quando alienatur res particularis feudi, non sufficit assensus solius Baronis, sed requiri-
6 tur etiam assensus Regius † ita Afflict. no. in cap. 1. §. ex ead. l. de lega. Corrad. in col. 4. in vsib. feud. Ratio est illa, quia sicut non potest
7 præscribi, ita nec alienari, † ita Luc. de Pen. in l. 1. C. de omni agro deserto, & in l. nulli C. de fund. patrimo. lib. 11.

Sed quando alienatur res feudalis, aliena-
8 tio est nulla † d. l Regni constitutionem, succedit, ꝙ ex actu nullo non transfertur domi-
9 nium, † vt no. Doct. in l. 1. §. si vir vxori ff. de acq. possessione.

Si iste Antonellus non diceretur vsufructuarius, sed emphyteuta, sequeretur ꝙ cum
10 emphyteusis perpetua dicitur alienatio † c. nulli de reb. Ecclesiæ non alien. extra, & in §. alienationes in auth. de aliena. & emphyteusi coll. notat Bart. in auth. ius porrectum C. de Sacrosanct. Eccles. ergo &c.

Et propriè dicitur alienatio, cum vtile do-
11 minium transfertur, † vt not. Bald. in c. 1. §. aut si libellario circa finem num. 5. quib. mo. feud. admitt. in vsib. feud. refert, & sequitur Deci. in consi. 142. & pro tenui facultate nume. 2. Cum igitur talis alienatio sine assensu, cum sit res feudalis sit nulla, vt not. in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. in c. 1. de feud. prohib. per Lotha.

Sequitur vt dictum est, ꝙ non fuit translatum dominium vtile per prædicta no. per Doct. in dict. §. si vir vxori ff. de acquir. poss. & l. non dubium C. de legib. Ratio est euidens, nam non interueniente Regio assensu super alienatione feudi, contractus veluti contra l. Prohibitionem gestus, est nullus l. quemadmodum C. de agric. & censib. liber 10.

Et

Et ante assensum, dominium nõ transfer-
12 tur, † vt concludunt feudistæ in locis præallegatis sequitur ergo, vt non competat.

Pro parte Antonelli retrahentis dicitur, quod ipse est emphyteuta, & habet vtile dominiũ, ratione cuius, ad ipsum possessio spectat, ratione iuris congrui, cum emphyteuta habet
13 ius retrahendi † ita Neapod. in loco citato nume. 30. & vbiq; scribentes in hac materia Maxilla in consuet. Barensi in §. colonus in princ. de iur. congruo. Faber. in §. adeo inst. locati.

Et quod ipse sit emphyteuta, habens vtile dominium, probatur sic: nam in instrumento adest pactum, quod si infra biennium nõ soluerit canonem censum, quod cadat à iure suo, & eo priuatur, hoc est propriè de natura cõtra-
14 ctus emphyteutici, † vt est tex. & ibi scribẽtes in auth. qui rem C. de Sacrosf. Eccles. & in l. 2. vbi omnes C. de iure emphyteu. & Cano. in c. potuit locat. extra, & in c. cõstitutus extra de religio. domib. prosequitur Par. in d. tracta de reintegr. feud. §. quoniam quidem col. 2. fol. mihi 2.

Secundo, probatur, & fortius: Nam considerandum est qualiter sunt aliquæ res em-
15 phyteuticæ feudi date ad meliorandum † ita declarat Par. in d. tracta. de reintegra. feud. in rub. varia nomina rerum particularium feudi versi. quoniam quidem fol. 2. Ergo iste vti emphyteuta possidet, ita dicit Par. in alleg. loco, sub rub. de cõcess. rer. particula. in quæstione incip. quædã sunt bona: ibi (non quidem ad meliorandum) Ergo tunc possideret, vti vsufructuarius, quando possideret nõ ad meliorandum; at iste possidet ad meliorandũ ergo. Et hoc est quod voluit Balb. in tract. præscriptio. in 1. par. 3. par. principalis in q. 10. versic. 2. prædicta emphyteuta possidet vtiliter ergo.

Ratio est in promptu. Nam emphyteuta tria consequitur vtile dominium, naturalem
16 possessionem, & vltimo ius in re ipsa † not. per glo. approbatam à Bar. Bal. Salyc. & est
* de mente * omnium in d. l. in ver. (alios vendere) in d. l. 1. C. de iur. emphyt. & vltimum notatur in l. 1. § fin. ff. si ager vectigalis, & ita etiam declarat Par. in d. tract. in §. quem nouissimæ col. 3. num. 28. fol. mihi 152. & idem Paris. in eod. tract. in §. an si concedatur feudum col. 4. nu. 5. fol. mihi 73. & fuit de mente Bar. in l. quicunque C. de omni Agro. Deserto lib. 11. & sequitur Lodo. in rub. de arbit.

Et quod in casu isto, sit data ad meliorãdum, hoc stringunt qualitates meliorationum per Antonellum factas, in plantando oliuas, &
17 possessionem pariete circundando, † vt in simili idem Paris. in d. tract. decidit in §. reperitur col. 1. 3. 4. & 5. fol. 37.

Non obstant fundamenta contraria, quia procedũt in vsufructuario, quod secus est in ca-
18 su isto, † quia sumus in emphyteuta.

Non obstat secunda Ratio de nullitate cõtractus; quia in casu nostro illa iura non faciunt, cum procedant de rigore iuris, sed de communi consuetudine iste Terræ infertiles pascua, & terræ incultę, hermes feudales dantur in emphyteusim etiam sine consensu, &
19 Regio assensu † ita Petr. Iacob. & post eum Raynal. affirmant in d. c. Imperialem, & Faber. in d. §. adeo inst. locati. & refert Iul. Clar. in §. feudum in quæst. 33. in final. verb. & ita reperij post hęc scripta ita tenere Io. Vincen. de Anna in cõmento d. l. constitutionem nu. 197. cum seq. vbi dicit quòd in istis cõcessionibus quæ fiunt à Baronibus assensus solius Baronis sufficit, & est communis secundum eũ per Affl. decis. 243. & 228. per Frec in suo tracta. de subfeu. in 2. lib. in 1. authoritate in 2. differentia nu. 8. & prædicta pro contraria parte possent etiam procedere in feudis quaternatis, & in capite à Reg. tenentibus, secus in istis de tabula, & rusticis, vt omnes dicunt in d. l. constitutionem.

Et in anno prædicto ego determinaui in fauorem Antonelli contra Sergium, & partes nõ appellarunt, & Domino sit laus, Molæ in anno 1580.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

In termino legali nõ habet locum purgatio moræ.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiatio facta vicino retrahere volenti operatur quòd si infra dies quadraginta non comparuerit, non auditur amplius.*

2 *Non licet venire contra id, quod lex municipalis disponit.*

3 *Fortior est exclusio termini legalis, quàm repudiationis.*

4 *Denuntiatione facta statim dies 30. incipiũt currere.*

5 *Temporis lapsus inducit tacitam renuntiationem.*

6 *Iuxta causa debet superuenire post terminum vt audiatur.*

Digitized by Google

Iaſ.in conſi.120.& 102.1.volum.& in conſil.95.4.volum.

Pro contraria parte dicitur, ꝙ prohibitus alienare, nullo modo poteſt hæredem inſtituere. Ita dixit Bart.in l.peto §.fratre, & ibidem Bal.in 6.oppoſ.ff.de legat.2.& idē Bart. in l.filiusfamilias in §.diui num.17.ff.de lega.1.& idem Bal.in l.ſi ita quis num.7.ff.de verb.oblig.& ibi addict.& ibidem Alex. & in conſi.55.nume.7.vol.3.& per Bald. in d.l. nomen num.2.& ibidem Bartol.de Saly.nume.1.verſic. iuxta hoc quæro, & idem Iaſ.in d.l.filiusfamilias in 2.lectura in num.141.&

* ibi dicit,ꝙ hæc eſt* communis opi. & ꝙ malè conſuluit ſequendo Angelum,& hāc opi. affirmauit Frāciſcus Bect.in add.ad Iaſ. in d. conſi.120.in littera B.& amplè Couarr in c.Raynaldus num.3.verſic.(eandem glo.de teſta.extra) vbi dicit,hanc opinionem veram

* eſſe, & hanc* opinionē firmauit Salyc.in d.l. ea lege num.12.& 13.C.de condict.ob cauſam, comprobauit hoc Dec.in conſil.23.nume.6.in 1.par.ſequit' Io.de Platea in l.quemadmodum nu.4.C.de agricol.& cenſ.lib.11. & Alex.hoc voluit etiam in conſi 120.nū.1. vol.1.& Tiber.Decia.in reſpon.57.num.42. & in reſpon.31.num.59.vol.1. Io.Vincētius de Ann. & commento.conſtit.diu.memoriæ num.85.verſi.2.concluſio,& Card.Pariſ.cōſil.17.num.4.in 3 vol.

Et ſic determinaui in cauſa mihi commiſſa in Terra Putiniani inter Notarium Antonium de Fanello,& alios, qui meæ ſententiæ quieuere, & litem quam proſequi intendebant, nō proſequuti fuere ad Dei laudem.

Sempronius Aſcia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Ius congruum extra Ciuitatem Neap. in vicini præiuditium non denuntiati,donari non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *IN donatione,ius congruum locum non habet.*
2 *Duo in materia iuris congrui requiruntur,vt vicinus emptor conueniri poſſit.*
3 *De perſona in perſonam, raro fit extenſio.*
4 *Poſſeſſor ſimplex,iure congrui conueniri non poteſt.*
5 *Hodie emo,& cras dono, nō habet locum extra Neapolim.*
6 *Res, quæ alienatur per contractum donationis, non eſt ſubiecta retractui.*
7 *Ius retrahendi vicino, ſemel quæſitum, ab eo euelli non poteſt.*
8 *Ex primordio tituli poſterior formatur euentus.*
9 *Donatarius, licet ex perſona ſua conueniri nō poteſt, ex perſona ſui auctoris conuenitur.*
10 *Dominium non tranſit in emptorem, denuntiatione non facta.*
11 *Scientia dicitur legitima, quando fit cum denuntiatione.*
12 *Denuntiatione non exiſtente, alienatio eſt nulla.*
13 *Lex prohibens actum, licet non procedat annullando, tamen actus qui ſequitur eſt nullus.*
14 *L.prohibitiuā ſimpliciter loquēs, ſemper habet clauſulam derogatiuam, & annullatiuam actus.*
15 *Denuntiatio eſt de forma.*
16 *Forma ſi ommittitur, actus eſt nullius.*
17 *Ad eſſentiam perfectæ ſcientiæ in materia hac, neceſſa eſt notificatio, per præconem.*
18 *Donatio facta affini, & incontinenti, dicitur ſimulata, & vicinum non excludit.*
19 *Fraus ex omni contractu, dicitur excepta.*
20 *Intellectus ad conſuet. Neapolitanam.*
21 *Diſtinctio in hac materia.*
22 *Concluſio.*

DETERMINATIO XXXVII.

CORAM Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Ciuitatis Cuperſani euenit caſus: quidā emit domum alteri cōtiguam, emptor clericus eandem domum intra tres menſes donauit ſuo Nepoti: nulla præcedente denuntiatione, vicinus vult retrahere, an poſſit.

Hanc quæſtionem decidit tex. l.ſancimus in rub.de iur.prothomiſeos in §. cauſa verò dotis, vel donationis ꝑpter nuptias(vel ſimplicis donationis) ex quibus verbis apertè colligitur, ꝙ in donatione ſimplici, vicino
1 ius congruum, non competit, † & ita tenet Iacob. Nouell. in d.l. ſancimus in §. quinto num.36.& num.37.ergo &c.& alij in d.l.

Secundo contra vicinum arguitur ſic, vt poſſit agi iure congruo, duo requiruntur, ꝙ contra quem agitur ſit emptor, & poſſeſſor
2 † Afflict. in deciſ.338. nu.8. in caſu iſto donatarius non eſt emptor, & ſic non fit extenſio
3 de vno in alterum † l.ſi vero §. de viro ff. ſolu.matrim. & colligitur ex verbis etiā primæ conſuetudinis Ciuitatis Neap.ibi (petere ab emptore eodemq; poſſeſſore) ſub rubr.

de

de iur. congr. & sic ibi ponderat Sebast. in gl. in versic. (possidet) vbi etiam dicit, ꝙ si aliquis esset possessor, & non emptor, ꝙ non te-
4 netur, † & propterea dicit ipse, ꝙ si hodie emo, & cras dono, ꝙ contra donatarium agi non potest, quia licet sit possessor, non tamen est emptor, & sic concludit. Cum igitur in casu isto agitur contra donatarium ergo &c.
5 † & ita declarat etiam Affl. in §. licet in ead. l. sancimus in princ. in versic. (tertius casus est) & in sexto notabil. vbi dicit ꝙ quando alienatur res per contractum, donationis inter viuos, vicinus non potest petere ius con-
6 gruũ, † & hoc iure vtimur, sic ipse, & in Prouintia Bari in consuet. incip. ius prothomiseos in donationibus, sub rub. de iur. prothomi. Idem disponitur ergo, & tenet idẽ Affl. in decis. 338. vbi Sacrum Cõsilium determinauit, quia ante litem motam conuentus iure congruo nõ possidet titulo emptionis, sed donationis, fuit possessor absolutus, & sic apparet, ꝙ in donatione, dictus ius congruum locum non habet.

Pro cõtraria parte, ꝙ vicino competat ius congruum contra donatarium faciunt prædicta, & primo per Reg. Generalem. Nã tempore venditionis fuit quæsitum ius vicino, & quia semel fuit quæsitũ, sine facto suo ab
7 eo euelli non potuit, † vt in reg. iuris id quod nostrum ff. de reg. iur.

Secunda ratio, & fortius est de text. l. primæ §. Res quę C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. vbi est quasi tex. formalis, nam ibi fit differentia in rem alienatam titulo lucratiuo, & titulo oneroso, vbi ponit casus, ꝙ fuit res primo alienata titulo lucratiuo. Deinde is, qui habuit eam, alteri vendidit titulo oneroso. An emptor teneatur ad onus, & concludit, ꝙ sic, & idem econtra. Ratio est illa, quia ex primordio tituli, posterior formatur euen-
8 tus † at in casu isto, ius congruum habet locum in venditione, & sic in titulo oneroso. Statim cum res vẽditur, annectitur sibi onus ius congrui: vnde quamuis postea donetur alteri, transit cum onere suo. Quia iste posterior euentus reformatur à primordio tituli, & sic sequitur, ꝙ licet donatarius non tenetur iure cõgruo ex persona sua, tamen tenetur ex persona sui authoris, qui fuit emptor
9 † & hanc partem contra Neapo. & alios affirmauit Rober. Maran. in sua disputat. 9. in nu. 27. & cõclusione quarta, & ibi ipse dicit, ꝙ hæc opin. est magis tuta pro anima: hanc
* etiam opi. * sequẽdo approbat Maxilla in cõment. consuet. Bar. in rubr. de iur. prothomiseos in §. ius prothomisæos.

Ego dicebam hanc quæstionem dependere ab illa quæst. an dominium transit in emptorem nulla denuntiatione vicino facta,
10 † & ideo Bald. dixit in ead. l. sancimus, versi. his sic præmissis num. 19. & sequitur Afflict. in ead. l. in d. §. in infra vers. sed vlterius quęritur nume. 3. ꝙ tria sunt necessaria in hac materia.

Primo existentia contractus, secundo perfectio eius, tertio & sciẽtia de vtroque. Sciẽtia debet esse legitima, & sic cum denuntia-
11 tione † ita colligitur ex text. d. l. sancimus. (Nisi prius denuntiet) & declarat nouissimè Iacob. Nouell. in ead. l. in vers. (denuntietur) num. 274. in §. quod si forte.

In tantum, ꝙ denuntiatione non existẽte,
12 alienatio est nulla † probatur per illa verba tex. ibi (non autem concedimus alienare nisi prius denuntietur) ergo ex verbis prædictis colligitur, ꝙ alienando, non facta denuntiatione, est nulla. Et Viui. in decis. 334. num. 7. lib. 2.

Nam quotiescunque lex prohibet aliquid fieri, licet non procedat vltra annullando, ta-
13 men actus qui sequitur est nullus † vt no. in l. non dubium C. de leg. & ideo Bal. ibi dixit, ꝙ l. prohibitiua simpliciter loquens, semper intelligitur habere clausulam derogatoriã,
14 & annullatiuam actus, † & ibi clarius Domi. Ias. in nume. 8. 9. & nume. 17. & sic nullo modo, dominium in emptorem transfertur, & licet aliqui teneant, ꝙ transfertur (quod non comprobo) tamen semper est reuocabile ergo &c.

Præterea ista denuntiatio à l. prædicta est introducta de forma, sequitur ꝙ ommissio
15 formæ, vitiat actum † Ias. in l. si vnus nu. 4. C. de test. & in l. vniuersis C. de præci. imper. offer. Abb. in c. cũ post de elect. & quicquid
16 contra formam fit, est nullum. † Abb. in c. cũ dilecta de rescrip. in 1. col. num. 4. & Alex. in l. 1. in 2. col. de liber. & posthu. & Afflict. in l. Regni Capitaneorum sub rubr. de offi. capi. lib. 1. num. 12. versi. septimo nota ex textu. Et plenè Iacob. Nouell. in ead. l. sancimus in §. tertio à principio, vbi copiosè, & clarius in §. 7. scriptum est autem nume. 7. vbi dicit, ꝙ ad essentiam perfectæ sciẽtiæ in hoc iure necessaria est notificatio per preconem, aliter alias facta non valeret, cum sit forma à l. introducta quæ forma ommissa redit actũ nul-
17 lum † Affl. decis. 378. Bald. in l. 1. C. qui admitt. Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebell. & idem in consil. 70. vol. 2. & dixi supra.

Quid ergo dicendum in hac cõtrarietate. In donatione, quæ fit in continenti, maximè

Digitized by Google

mè si fit consanguineo, vel affini. Quia præsumitur in fraudem, dico omninò ius con-
18 gruum non includi † noto verbamet text. l.sancimus ibi, (simulatæ donauerit) & ita concludit etiam Affl.in l.Regni eorum fraudibus in lib.2.sub rubr.de alienat.rer.in iud. deductarum, num.13.

Namq; fraus in omni contractu intelligi-
19 tur excepta † l.Titius ff.mandati, & maximè si fit infra biduum, vel triduum. Quia ex celeritate contractus, præsumitur fraus tex. est in c.offitij de elect. extra, Bal.in l.eam quam nu.40.C. de fideicom.& hanc opin.sequitur Io.de Amic.in consil.1.num.69. & sequitur Maxill.in ead.consuet. in d.§.ius prothomiseos, & Vrsill.in d.decis.338. Iacob.Nouell. in d.l.sancimus §.5.num.39.

Non obstat in casu isto, quod dicunt Neapod.in d.loco, & Affl. vbi ponunt quæst.hodie emo, & cras dono. Quia non habet locũ ius congruum, quia procedit ratione cõsuetudinis ibi,(possidet) & sic Neap.tantum: in aliis partibus Regni non habet locum, maxi-
20 mè vbi seruatur d.l.sancimus, † & idem tenet Scipio Bucinus in addit. ad sebastianum dum dicit: intellige quando donatio fit sine fraude, secus si cũ fraude, vbi multa allegat, & Maran.in d.disput 9.nume.23. & vide de donatio. in fraudem Camerar, in c.Imperialem fol.6.

Et hanc quæstionem, sic in Terra Latertiæ anno ---per Gubernatorem Terræ prædictæ in causa d.Antonelli Russi, qui emit, & in triduo donauit Lanzilotto Boue: fuit decisum in fauorem Vincentij, excluso donatario, & fuit comprobata in audiẽtia secundarum causarum. Et vltimo loco in Mag. Cur. Vicariæ, & dum fuisset appellatum in S. C. non aliter appellatio fuit prosequuta, & ego alias determinaui similiter maximæ in Terra Molæ in anno 90.& licet appellasset clericus non aliter prosecutus fuit.

Si vero donatio fuisset facta ex interuallo, & sine fraude, & ego etiam distinguerem.

Aut donatio fit à vero Domino, & teneo
21 ꝙ valet, † & tenet, & excludit vicinum, per regulam prædictam, quia in donatione non habet locum ius congruum.

Aut donatio fit ab emptore, qui tempore emptionis nõ denuntiat vicino: & donat alteri, si tenebimus ꝙ dominium in emptorem non transit, & si transit, est reuocabile. Quia ius est quæsitum vicino, & donec vicinus nõ habuerit notitiam rei, vel est in termino statuto à l.declarandi, ꝙ non valet ista donatio in præiuditium vicini, & sic tenerem cum Marant.& Maxill.Ratione æquitatis; Et cer-
22 tè ego quandoq; declaraui † competere vicino quandoque non, & aliquibus ex causis dignæ me tunc mouentibus decreui, attenta qualitate personarum, & quantitate rei, & sic in præsenti casu votarem, & pridiæ idem consului Magnifi.Orlando de Orlando Terræ Turi in anno 1590. & ad materiam vide decis.Fran.Viu.320.incip.ius congrui, lib.2. nouiter impressas. Et Domino sit laus.

Sempronij Ascij V.I.D.

ARGVMENTVM.

Substitutio, natis filijs euanescit, & qualiter intelligatur, & multa alia hic declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio euanescit, filijs natis.*
2 *Verbum sine filijs, verificatur in vno.*
3 *Filius si nascitur, & statim moritur, facit deficere conditionem.*
4 *Substituti vocantur, conditione deficiente.*
5 *Soror, quæ renuntiauit fratri, an succedat sorori ab intestato mortuæ?*
6 *Quilibet redire non licet ad illud, quod renuntiauit.*
7 *Renuntiatio facta contemplatione vnius personæ, non transit ad aliam.*
8 *Soror fratri renuntiare non potest, sine consensu patris.*
9 *Cessante persona, in cuius fauorem est renuntiatum, cessat renuntiatio.*
10 *Substitutio facta nomine proprio, facit cessare omnem difficultatem.*
11 *Soror succedit sorori, pro sua rata.*
12 *Dotes veniunt in collatione, quando non est prohibitum.*
13 *Collatio habet locum in profectitijs tantum.*
14 *Collatio in aduentitijs, non procedit.*
15 *Collatio debet fieri in bonis, de cuius hæreditate agitur.*
16 *Collatio in bonis fraternis ex precepto fratris, fieri debet.*
17 *Filia potest habere dotem, & donationem, & donationem non conferre.*
18 *Filia quæ vult casta viuere, debet habere dotem de paragio.*
19 *Omne referens, refert se ad suum relatum cum omnibus conditionibus.*

DE-

Digitized by Google

hac vita decessit ab intestato, quæritur modo, an dicta Portia possit succedere vna cum
5 aliis sororibus † iux. auth. defuncto C. ad Tertull. dixi.

Primo facit ꝙ non, ex quo non licet redire ad id quod propria voce protestati sunt,
6 & renuntiauerunt † l. si quis iusiurãdum C. de reb. cred l. generaliter C. de non num. pecu. c. per tuas de prob. extra Abb. in c. cũ contingat de iur. iur. extra nu. 23.

In contrarium est veritas in casu nostro: Ratio est, quia renuntiatio facta fuit cõtemplatione Macedonij tantum, vt patet ex verbis dictæ renũtiationis ibi [Renuntio al detto Magnifico Macedonio, & sic ista renũtiatio coarcetur ad illas personas, quibus con-
7 sensum proprium accommodauerunt, † ita est text. in l. iubemus C ad Senat. Vellea. & Salyc. in l. pactum quod dotale, num. 5. C. de pact. Et sic ista renuntiatio alteri sorori non proiit. Ita dicit Bal. in l. si actionem in versic. nam si sunt duæ sorores C. de pact. & ibi Ias. & per add. ad Salyc. in ead. l.

Immo à sorore fratri, non potest fieri talis
8 renuntiatio, patre non consentiente † ita Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 6. versic. quid tenendũ ff. de verb. oblig. ergo à fortiori, non prosit alijs sororibus, quibus non fuit renuntiatum.

Et sic cessante Macedonio (quatenus renuntiatio valeret) & suis hæredibus, cessat,
9 & ipsa renuntiatio † arg. dictę leg. Iubemus, & concludunt Doct. in d. l. pactum, & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta in 6. col. & in l. qui Romæ §. duo fratres. Circa finem ff. de verb. oblig. & hanc quæstionem decidit Ang. in consi. 52. Dominus Cilius, & Deci. in consi. 319. an Claudia num. 5.

Pręsertim cessat difficultas in casu nostro, postquam idem Macedonius substituit filio, dictas sorores nomine proprio, & sic cum sit prouisum per testatorẽ, vt vna moriatur al-
10 teri, † vt per Doct. in locis prædictis, & præcipuè per Deci. in d. consil. 319. in d. nu. 5.

Concludo in hoc etiã articulo, quòd ista Portia cum aliis sororibus succedat Antonię
11 sorori mortuæ ab intestato pro virili † iuxta dispositionem dictæ auth. defuncto, & testatorum, quorum voluntas pro lege seruatur §. disponat in auth. de nupt. cum simil.

Quoad aliud, an in hac successione, debẽt venire dotes prædictæ Portiæ, postquam fuit maritata de bonis paternis, & fraternis, vt in capitulis continetur, & maternis.

Prima facie dicitur ꝙ sic, tam ex disposi-
12 ne iuris, † vt in l. 1. & auth. ex testamento C. de coll. nisi esset prohibitum quod non est in casu nostro, quàm etiam ex dispositione dicti Macedonii, vt legitur in fine substitutionis.

Dixi in casu nostro non procedere, ex quo collatio habet locum in profectitijs tantum,
13 † ita Bal. in l. si emancipati in vltima colum. versi. 2. dico C. de collat. Cagno. in l. si emancipati num. 127. C. de coll. vbi dicit, ꝙ hęc est
* communis * conclusio.
14 In aduentitijs verò cessat, † vt not. in l. fi. & ibi scribentes C. eod. & maximè inter fratres, vt dicit Corn. in consil. 22. in 2. par.

Modo sic, cum collatio debet fieri de bo-
15 nis peruẽtis de cuius hęreditate agitur, † vt post alios Salyc. in d. l. si emancipati num. 12. modo bona puenta ex matre non debent venire in collationem.

Non nego, ꝙ si adsunt bona fraterna, ꝙ in eis tantum venit collatio ex ordine, & præ-
16 cepto dicti fratris † ita testantis Cagno. in d.
* l. nume. 118. communem * dicit, & ita resideo in hoc articulo, & est ratio, quia mater regulariter dotare non tenetur, l. neq; mater C. de iur. dot. & mater simpliciter dotando, donasse videtur, vt dicit gloss. in l. 3. in verb. patrimonium in fi. ff. de minor. quam approbat Bal. in l. fi. C. de dot. promiss. num. 13.

Et in isto casu, filia potest habere dotem, & donationem, donationemq; non conferre
17 † ita dicit glo. in l. illud, quam sequitur Bal. & Salyc. C. de coll. & sic concludo modo quo supra.

Ad vltimum quod quæritur, an Mariella, quæ non vult dotari, sed in domo castitatem seruare, si debet succedere cum alijs sororibus in prædictis hæreditatibus, scilicet Macedonij, & Patris pro virili, an tantum alimenta sibi relicta in testamento patris, dum dixit. [Mariella si stà in casa à seruar castità habbia li alimenti] an verò debet habere dotem iuxta etiam voluntatem testatoris, quãdo nubere voluisset.
18 Breuiter † hanc quæstionem tractant Docto. in l. commodissimè ff. de lib. & posthum. Bal. in l. pactum versic. 10. quæro C. de collat. dicit ipsam haberi pro dotata. argu. l. qui filium ff. vbi pup. educ. deb. & l. iur. ciuili ff. de cond. & demonstr. & cum Bal. concludit Io. de Campeza in tract. ꝙ stan. masc. in 31. quęstio. incip. quid si filia. Et Georg. Nact. in eod. tract. in 2. q. principali nu. 47. vbi multa allegat Ruyn. in consi. 86. incip. cum legauerit nume. 8. vol. 2. Andr. de Iser. in const. Reg. in aliquibus, quem sequitur Afflict. in ead. cõstit. nume. 26. versic. 8. quæritur, dicit, ꝙ ista

soror

Digitized by Google

soror debet habere dotem de paragio.

Nec obstat, si Mariella diceret, ꝙ vult succedere pro virili, quia ipsa etiam est vocata cum aliis nomine proprio à Macedonio, qui fuit effectus Dominus hæreditatis paternæ, quia fuit mortuus cum filio, vt supra est conclusum.

Quia respondeo, ꝙ liquet ex verbis eiusdem Macedonij approbantis substitutionem factam à patre, ipsas esse vocatas, eo modo, & forma, vt sunt vocatæ in testamento patris. In testaméto patris Mariella est vocata, quò ad aliméta tantum in huiuscemodi casu, & si nupserit, quo ad dotem arbitrandam, ergo nullo modo potest dicere, ꝙ vult succedere pro virili. Quia omne referens refert se ad suum relatum cũ omnibus qualitatibus,
19 & modis, † vt est text. in l. asse toto ff. de hæred inst. cum simil.

Concludo etiam in hoc articulo, ꝙ ista nõ potest succedere ex testamento patris pro virili, sed ad alimenta tantum, ex testamento Macedonij nequaquam, quia nõ alterat naturam testamenti Patris, sed ipsum approbat vt iacet; sed tantum debet habere alimenta, vel dotem de paragio in prædicto casu, & ita in omnibus de iure respondédum esse dixi. Et Domino sit laus.

Et sic omnes quieuerunt in Ciuitate Monop. vt retulit mihi idem Magnificus Franciscus Spina sub anno Domini 1576. dum essem Castellanæ.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Ius congruum non habet locum, si sit nouus contractus, in supplendo iustum pretium, vel diminuendo.

SVMMARIVM.

1 *Augendo, vel diminuendo pretium, dicitur nouus contractus.*

2 *Augendo pretium dicitur à primo contractu decessisse.*

3 *Emptio non dicitur integra, pretio nõ soluto.*

4 *Emptio soluto pretio, & tradita re, dicitur perfecta.*

5 *Augmentum pretij, non inducit nouũ contractum, seu venditionem nouam.*

6 *Successori, cui Auctor renunciauit, ius congruum non competit.*

7 *Intellectus ad l. pacta conuenta quæ postea ff. de contrahen. empt.*

DETERMINATIO XXXX.

VITVS de Procaccio Terræ Castellanæ emit quendam hortum pro ducatis sex, quem possedit p annos 20. quo tempore ius congruum habebat ibi, Martinus, qui facta denuntiatione tunc renuntiauit, & cum nunc sit mortuus, vitus, ei successit Angelus, venditores prædicti Horti, petierũt ab hoc, Hortum, vel ꝙ eis suppleretur iustum pretium, ad fugiédas lites, Angelus dedit eis alios ducatos quatuor pro iusto pretio, & fecit sibi fieri cautelas. Quo tempore insurgit Vitus Antonius dell' Oliua, Gener Martini, qui tunc renuntiauit, nunc possessor partis Martini, & petit ius congruum sic dixi.

Pro Vito Antonio adducitur text. l. pacta conuenta quæ postea ff. de contrahen. empt. in vers. (Paulus notat) vbi dicitur, si rursum conuenit de augendo, vel diminuendo pretium, recessum à priore cõtractu, & venditionem nouã intercessisse videtur.
1 † Si igitur noua est venditio ergo ei cõpetit ius congruum, iuxta constitutionem Regni sancimus.

Secundo adducitur tex. l. iurisgentium §. adeo auté, ff. de pact. vbi concluditur, ꝙ conuentiones postea factæ, quæ ex eodem sunt contractu, debent seruari, & pro eis videtur à prima emptione discessum, & sic in aug-
2 mento hoc militat, † vt plenè p Doct. in hac l. & glo. in verbo (vnde illud) At in casu isto, ita esse videtur ergo &c.

His tamen, & similibus non obstantibus contrarium est dicendum in casu nostro. Et primo sciendum est, qualiter emptio, & venditio non dicitur integra, pretio non soluto,
3 vel re non dum tradita, † vt est text. l. 1. C. quan. lice. ab emp. disced. & ibi glo. in verb. (integra) per Bart. & scrib. in l. ab emptione ff. de pact. glo in §. fin. inst. quib. mod. toll. oblig. & ibi per scrib. plenè, & isto casu recedi ab emptione potest d l. 1.

Modo ad casum nostrum dico, ꝙ venditio fuit facta ab annis 20. fuit venditoribus solutum pretium ducatorum sex, & res ei tradita, in tantum ꝙ dicta emptio, & venditio fuit
4 perfecta † iux tex. & quæ ibi no. in §. venditæ quoque res inst. de rer. diuis. & in l. traditionibus C. de pact.

Et sic concludo, ꝙ istud augmentum pretij, non inducit nouam emptionem, cum res
5 non sit integra, † vt not. in d. l. 1. & ibi glo. mag.

Et ex consequẽti, huic Vito Antonio successo-

Digitized by Google

cessori Martini, qui à principio iuri congruo renuntiauit, ius congruum non competit,
6 quia fuit pactum reale, † vt per Affl. in constit. sancimus in princ. subsequenter quarto num. 41.

Non obstant modo iura in cõtrarium adducta, quia procedunt, quando venditio est
7 integra ex vtraque parte, † & eademmet iura loquuntur, & sic faciunt pro Angelo, pro quo determinaui. Et Vitus Antonius acquieuit sententiæ. Castellanæ in Anno Domini 1576.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Emptori, cui res est euicta, quod pretium debet restitui, illud contractus; an euictionis.

SVMMARIVM.

1 *Agens actione ex empto, consequitur pretium temporis euictionis.*
2 *Agere ex empto dicitur, qui petit pretium, & interesse.*
3 *Agens ex stipulatu, consequitur pretium temporis contractus.*
4 *In maiori summa, inest minor.*
5 *Appretiatores, qui vt testes deponunt, probant in summa in qua maior pars cõcurrit.*
6 *In casu discordia in appretiando, eligitur tertius.*
7 *Tertius si discordat ab alijs, neutro statur.*
8 *Iudex in dubio capiat omnes estimationes, & coaceruet, & diuidat in tres partes, & vna pars erit iustum pretium.*

DETERMINATIO XLI.

IN quæstione mota per Beatricem de Sant'Hermo, contra Leonardum eiusdem Terræ emptorem certarum Terrarum nunc euictarum à dicta Beatrice, eidem venditarum à quodã donato, fuit de duobus dubitatum, primo an emptori debet restitui pretium datum tempore contractus, an illud quod fuit tempore euictionis.

Secundo, quia appretiatores Terrarum dicunt, ꝙ modius Terræ valet carolenorum decem, alij quindecim, alij viginti si concludunt, breuiter distinguendo ad primum sic dixi.

Aut Leonardus emptor contra venditorẽ egit actione ex empto, & tunc ei debetur
1 pretium existimatum tẽpore euictionis † ita est tex. in l. euicta, & l. si cum venditor §. fin. & glo. in l. 1. & in l. bonitatis, & pulchrè ibi Salycetus ff. de euict. & per tex. & glo. & Bar. in l. idq; ff. de actio. empt. vbi gl. in verb. (deterior dicit) ꝙ tam habetur consideratio ad pretium deteriorem quàm meliorem, quando agitur ex empto.

Et tunc dicitur quis agere ex empto, quã
2 do qui agit, petit pretium, & interesse † ita dicit Saly. in l. 1. ff. de euictio. num. 4.

Si verò Leonardus egisset ex stipulatu, tũc debetur pretium datum tempore cõtractus,
3 † & ita procedit text. l. si ex mille, qui videtur contrarius ll. primo loco allegatis, & tex. l. idemq; ibi (cum euincitur) ff. de euict. Et quia Leonardus, non ex isto capite, sed primo egit, ergo debetur ei pretium existimatum tempore euictionis.

Ad secundum etiam distinguẽdo dixi, aut appretiatores terrarum sunt electi à partibus cum iuramento cũ potestate sententiandi, & declarandi, aut in cursu causæ sunt producti in testes, aut simpliciter fuerunt electi arbitratores ad appretiandum tantum.

Primo casu quando vnus dicit 10. alius 15. alius 20. tunc eorum sententia præualet in decem, quia in maiori summa inest minor
4 † & ita est tex. in terminis in l. diem proferre §. vnde quæritur ff. de recep. arbit.

Secundo casu quando vt testes ita dicunt,
5 præualet eorum dictum in quindecim, † vt dicit glo. in dict. l. & §. inde quæritur, & ibi post alios Bart. per text. etiam in cap. 1. de recep. arbi. in 6. & ita declarat etiam Salyc. in l. 2. C. de rescind. vend. nume. 26. 27. & 28. & consuluit Franc. de Aret. in consil. 65. in præsenti consultatione in pin. & est decisio Affl. 240. nume. 4. & ita concludit Alexan. in consi. 64. in 2. vol. vbi plenè.

Tertio casu, & tunc debet eligi tertius,
6 † & ita pulchrè concludit Salyc. in l. hac edictali in §. his illud nume. 10. C. de secund. nupt. vbi de hoc est text. & videatur add. ad Bart. in ead. l. quia pulchrè loquitur, & ita videtur concludere idem Salyc. in d. l. 2. nume. 28. Et si iste tertius discordat ab omnibus, neutri statur, sed oportet quòd sint duo omnimodò concordes, & si non sunt possint eligi alij, donec reperiuntur duo cõ-
7 cordes, † & ita tenet Salyc. in dict. §. his illud, & assignat rationem, quare aliud in arbitris, aliud in testibus, & aliud in istis appretiatoribus, qui omninò videatur.

Digitized by Google

Vel, ꝙ cogantur remediis prætoriis ad cōcordandum, vel iudex capiat omnes tres existimationes, & in vnum coaceruat, & eas sic coaceruatas diuidat in tres partes æqua-
8 les, & vna ex his erit iusta existimatio, † & hæc practica colligitur ex text. no. & sing. l. ita omnes, coniuncta l. præcedenti in fin. ff. mand. & plenè per dictum Saly. in loco prędicto, & ita sequitur Ant. Corſ. in sing. si tres in verbo, sententia. Et ita in prædicta causa fuit determinatum, & ego pluries determinaui. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Dos, mortuo Auo dotante, vadit ad Nepotes etiam minores, exclusis hæredibus dotantis.

SVMMARIVM.

1 *Dos restitui debet filijs minoribus.*
2 *Consuetudo non extenditur ad casum, de quo non loquitur, sed recurritur ad ius commune.*
3 *Regula quòd hæres est vna, & eadem persona cum defuncto, non procedit, quando est diuersa Ratio.*
4 *Pater in legitima dote, non potest apponere pactum, quòd dos reuertatur ad suos hæredes.*
5 *Hæredes patris coguntur tale onus relaxare.*

DETERMINATIO XLII.

FVI diebus elapsis interrogatus à Magnifico Hercule de Clinco de quadā causa, quæ discutiebatur in Terra Noiæ, & casus est iste. Pater maritauit filiam dedit dotem, & stipulatus est in casu solu. matrim. ꝙ dos ad ipsum dotantē, seu suos hæredes reuertatur.

Euenit, ꝙ moritur filia, relicto filio infante, superstite Auo dotante, qui tam vigore stipulationis, quàm consuetudinis Ciuitatis Bari; per quam prouidetur, ꝙ mortua. Filia, filiis pupillis relictis, ꝙ donec dicti filij non peruenerint ad ætatem decem, & octo annorum, ꝙ dos restituatur dotanti: sic fuit in præsenti casu executum: Accidit, ꝙ moritur pater dotans, dicunt filij minores, ꝙ dos debet eis restitui. Replicant hæredes dotantis, & sic Aui, ꝙ donec non venerint ad ætatem 18. annorum debent vti pater eorum tenebat prædicta bona, sic & ipsi, ego respondi hoc modo.

Quòd dos prędicta debet restitui filiis mi-
1 noribus. † Nam opinio Martini in l. dos à patre C. de iur. dot. p̄ualet ꝙ dos debet restitui marito liberis existentibus, & hoc quia cōsuetudo nō loquitur in isto casu, & sic re-
2 manet in dispositione iuris cōis † l. cōmodissimè ff. de libe. & posthum. & l. Gallus §. & quid si tantum de libe. & posthum. ius commune dictat modo quo supra, ergo &c.

Nō obstat quod allegabatur pro parte hæredis dotantis, dum dicebant, ꝙ ipsi sint vna,
3 & eadē persona cum defuncto † l. fi. C. de impu. & ali. subst. ergo sicut pater tenebat, sic & ipsi, multò fortius, q̄a in stipulatione dictum est, restitui dotāti, seu eius hęred. ipsi sunt hęredes, ergo saltim ex capite isto, debēt admitti: quia respondeo ꝙ est verum quādo non adesset diuersitas rationis; nam istud statutum loquitur de dotante, & sic verus dotans est pater l. fi. C. de dot. promiss. & sic altera persona in isto casu consideratur persona filii, & non eadem l. de viro §. vero ff. solu. matrim.

Nec obstat stipulatio, quia cum ista dos succedit loco portionis, & legitimæ ipse filius non potest grauare, nec ponere tale pa-
4 ctum in dote paterna, † & ideo Bald. in d. l. fin. dixit, quòd isto casu frater cogitur remittere tale onus, & talem stipulationem. Allegat Iacob. de Aret. hoc dicentem in l. vxorem §. pater naturalis ff. de leg. 1. & isto casu est speciale; ꝙ actio ex stipulatu non trans-
5 mittitur ad hæredes, † vt plenè per Alber. de Rosat. in l. vni. §. videamus C. de rei vxor. actio. & per Deci. in consil. 106. & post hæc vidi hanc quæstionem ita determinatam à Vincent. Maxill. in Consuet. Bari, in d. § dos à patre profecta sub rubr. de iur. dot. sub nume. 135. & ita respondi meo Compatri, secundum quam Determinationem pluries in hac Barensi Prouintia determinaui. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Filiusfamilias etiam si asserat se esse emancipatum, non potest se obligare.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Filius familias nullo modo potest sine consensu patris se obligare:*
2 *Filiusfamilias etiam cum iuramento se obligare non potest.*
3 *Filiusfamilias si decem annos vixerit seorsum à patre, præsumitur emancipatus.*
4 *Præsumpta emancipatio quando euanescit?*
5 *Tacitus consensus patris non sufficit ad obligandum.*

DETERMINATIO XLIII.

IN hac causa filiifamilias ĩ Ciuitate Bitecti sic determinaui. Ad primum dubium difficultas sublata sit, filium familias se obligari non posse ex omni contractu quouis quæsito colore, sine patris
1 præsentia, & de expresso eius consensu,† ita Regia Pragmatica disposuit incip. p excellentem, & per Gramm.in decis. 12. vbi dicit, ꝙ procedit, etiã si filiusfamilias se obligasset
2 cum iuramento† totaq; dispositio dictæ Regiæ Pragmaticæ tenet in fauorem filij familias, sollemnitate non seruata. Ita etiam colligi potest ex dictis Imo. in l.ex duobus §. fi. ff.de vulg.subst.& actus redditur nullus c. 1. de reb.eccl.non alien.l.cum hi §.si prætor ff. de transf.Socy.in consil.35.versi.respondetur vol.1. Et ꝙ contractus factus per filium familias sit nullus. Tenet expresse Corn.in cõsil.16.in 4.vol.

Ad secundum dicitur viuente filiofamilias per decem annos seorsum à patre præsumitur emancipatus; hoc procedit, si separa-
3 tim assiduè permansit † C. de his quæ vir met. & cap. in causis de elect. l. 1. ff.de offic. consi & §.fin.inst.de oblig.quæ ex qua. deli. Imò necesse est cum spetiali domo, & familia habitare extra Patrem Bald.consil.61.statuto volum. 1. prædictus filius carceratus in Regia Curia non sic fuit, cum stetit absque spetiali domo, & familia, & maximè cũ non habet 14. annos, & isto casu ista præsumpta emancipatio euanescit, etiam si esset reputatus pro emancipato, & contraxisse non dici-
4 tur, & non se obligauit † ita Gugliel. de Bened. in Rep. cap. Raynutius versic. Matrem insuper Cleram nume.4 par. 1. Nam vnusquisque præsumitur in potestate l.Titia, vbi not.ff.solu matr.

Ad tertium dubium, dum dicitur prædictum Antonium exercuisse institutoriam actionem, & tacitus consensus Patris interuenisse præsumitur, cõclusiuè proceden-
5 do non sufficit † ita Cassan.in consuet. Burgun. tit. Des. Drocet. appar. agens Marier. rubr.4. §.7. num.12. maximè vltra consensum Patris, præsentia requiritur, aliter actus est nullus, ita in terminis, dictus Cassan. in d. §.2.num.22.

Ex quibus determinaui in fauorem filiifamilias Bitecti. Anno Sãctissimi Iubilei 1575. Et Domino sit laus,

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Animal venditum in triduum moriens, præsumitur morbosum, & venditor tenetur restituere pretium.

SVMMARIVM.

1 *Contra iuramentum quis venire non debet.*
2 *Periurus expellitur à iuditio.*
3 *Veniens contra iuramentum nõ potest absolui, nisi à summo Pontifice.*
4 *Vendens scienter rem vitiosam, tenetur contractum rescindere, & ad interesse.*
5 *Vendens ignoranter non tenetur ad interesse, sed debet pretium restituere.*
6 *Contractus emptionis, bonæfidei est.*
7 *Bona fides non patitur, vt quid dolose fiat.*
8 *Dolus arguitur, quando tacet ea quæ si expressisset, non contraheretur.*
9 *Dolus arguitur, quando tacet ad sui commodum, & alterius damnum.*
10 *Dolus præsumitur in eo, qui lucrum quærit, cum iactura alterius.*
11 *Quis commodum ex sua malitia reportare nõ debet.*
12 *Omne dolose factum, nullum est.*
13 *Animal in triduũ moriens, præsumitur morbo, qui intus erat.*
14 *Periurus non deceptus non auditur; secus si est deceptus.*
15 *Vbi versatur magna iniquitas, Princeps potest relaxare iuramentum.*
16 *Tunc quis dicitur periurus, quando iuramentum non contineret fraudem.*
17 *Iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum.*
18 *Facto deposito, sine metu periurij quis potest petere contractum rescindi.*
19 *Creditor compellitur remittere iuramentum turpiter receptum.*

Digitized by Google

DETERMINATIO XLIV.

IN eadem Terra Molæ me dicto Anno 1582. Gubernatore existente fuit orta cõtrouersia inter Lanzalaum Cortesiũ & Magnificum Ioannẽ Hieronymum Rotundum, super quadam venditione vnius eque venditæ à dicto Ioanne Hieronymo prędicto Lanzalao pro summa ducatorũ 12, quæ infra triduũ mortua fuit:qua de re Lanzalaus petit sibi cassari obligationẽ factam, & discussa causa sic sententiaui.

Ioannes Hieronymus dicebat non teneri ad cassandum obligationem prædictam, quia vendidit, & tradidit æquam verè, & de pretio fuit habita fides, & iurauit in certum terminum soluere; ita ꝙ contra iuramentum
1 venire non debet † l. si quis maior. de transf.

Secundo tanquam periurus audiri nõ debet, illa ratione, quia frustra l. auxilium im-
2 plorat, qui committit in legem † l. auxilium ff. de minor. in terminis Feder de Sen. in consil. 291 quem sequitur Lodo. Rom. in consil. 336. in prima colum. & Afflict. in decis. 31. Fran. Curt. in d. rep. l. si quis maior num. 24. C. de transact. Alex. consil. 220. vol. 2. Philip. Corn. in consil. 6. vol. 1. Cagnol. in prohem. fforum num. 263. & 264. & in d. l. si quis maior nume. 153. & idem Cagno. ibidem dicit, ꝙ iste non potest absolui, nisi à summo Pon-
3 tifice, † & Alex. in consi. 222. nu. 9. volum. 2. Bellon. in decis. Genue. in decis. 193. num. 2. versic. (opponi potest) & Alex. in consi. 128. in fi. vol. 7. per text. quia frustra de vsur. Menoch in consil. 471. nu. 30. volum. 5. & Natta in consi. 10. num. 6. volum. 1. & in consi. 497. num. 6. volum. 3.

Ex quibus esset concludendum, dictũ Lanzalaum vti periurium, audiendum non esse in petita cassatione obligationis.

Lanzalaus dicebat, ꝙ vendens rem vitiosam scienter, & celans vitium ipsius, tenetur ad rescindendam venditionem, ac etiam ad
4 interesse † ita Bar. in l. si res vendita §. venditor ff. de act. emp in prin. Et est casus multũ notabilis in l. quęro ff. eod. & in l. Iulianus §. fi. ibi (nisi forte sciens) iuncta glo. eod. tit. vbi etiam Bal. in l. pacisci ff. de pact.

Et quamuis venditor nesciret vitium, licet ex hac causa non tenetur ad interesse: nihilominus tenetur ad restitutionem pretij
5 † casus est singularis in l emptorem in §. ibidem in princ. ff. de act. emp. & ita glo. tenet in l non dubitatur C. de euict. & sequitur pulchrè Barthol. Cæpoll. in l. quæritur §. si venditor nume. 8. & §. si nominatim. in princ. ff. de ædil. edict.

Ratio est illa, quia contractus emptionis,
6 bonæfidei est † iuxta tex. §. actionum autem inst. de actio.

Bona enim fides non patitur, vt aliquid dolosæ fiat, vel fraudulenter: quia nil magis
7 contrarium bonæfidei, quàm dolus † l. dolo C. de rescin. ven. & doctè more solito Aym. Crau. consi. 192. num. 14. vol. 1.

Dolus enim arguitur non solum quando aliquis tacet aliqua, quæ si expressa essent aliter; ita contracturus non esset, † vt dicit
8 idem Grau. in consil. 192. num. 14. sed etiam quando quis tacet ad sui commodum, &
9 damnum alterius † d. l. quæritur §. si venditor. vbi Cępoll. eod. tit. de ędil. ędict. & Aym. in d. consil. 192. nume. 20. & idem in consil. 172. num. 1.

In casu isto Hieronymus decepit Lanzalaum non exprimendo vitia, & ea tacendo, quæ sciebat, vt testes deponunt. Sequitur, ꝙ dolus præsumitur contra eum, qui cum al-
10 terius iactura lucrum quærit † l. 1. §. an in pupillum ff. depos. Aym. in consil. 100. nume. 11. dicit, ꝙ nõ debet quis ex sua malitia, dolo, aut culpa, lucrari, nec commodum ap-
11 portare, † & latè eundem in consil. 115. num. 2.

Cum igitur dolus, & fraus viciant; omne quod est dolo, aut fraude gestum sequitur, quòd obligatio prædicta est nulla, & cassari
12 debet † latè Aym. Crau. in dict. consil. 192. num 25. & idem in consil. 146. num. 6. & est text. apertus in l. 1. ff de ędil. ędict. in §. causa in vers. (ne emptor decipiatur) & in l. præcipiunt ædiles in prin. eod. tit. & hoc edictum fallaciis venditorum occurrit.

Tanto magis in casu isto, quia equa in triduum mortua fuit, & præsumitur, ꝙ morbus interior, de quo decessit, erat ante ven-
13 ditionem † ita dixit Bald. in l. 1. C. de ędil. act. nume. 12. Alexan. in consil 148. in 2. volum. Alexan. in l. si quis cum aliter nume. 24. ff. de verb. obliga. Aret. in §. in duplum nu. 10. & 11. inst. de act. Bellac. in tract. comm. opin. sub rub. de edilit. acti. nume. 2. in tom. tract. comm. opin. primo Abb. in cap. iniustum de rerum permut. extra, & vide text. gloss. in cap. 2. extra, de cler. percuss. & Viui. in tracta. comm. opin. lib. 2. in conclus. 59. Riminal. consil. 56. nume. 26. Ange. in l. in hac nume. 4. ff. de cond. triti. l. sed si mihi §. si reddita ff. commoda. Hanc etiam com-
* munem * esse secundum Viuium refert Sebast. de Medicis in tracta. de fortui. casib.

in

Digitized by Google

in q.10.num.24.in tom.tract.7.& Alciat.in tracta.præsump.in præsumpt.26. in regu.2. & Hippo Bonacoss. 5 tract. de equo in 1.par. in q.85. incip. quid si equus in 6.tom. tract. par.1.

His veris non obstant contraria, & primo prima ratio, quia militat in obligatione vera, & non dolosa, vel fraudulenta.

Non obstat secunda ratio, quia procedit in periuro non decepto: sed in casu nostro adest deceptio vera, & notoria, ergo &c.

14 † ita Vrsill.in decis.Afflict.322.num.12.

Vbi enim versatur Magna iniquitas, Prin
15 ceps potest relaxare iuramentum † l.adigere §.fi.iuncta glo.ff.de iur.patron.in ver. (lege Iulia) idem Vrsill. in decis.263. nume.5. Aym.Crau.in consil.7.nu.7.8.& 9.

Potest etiam, & melius responderi, quia tunc efficitur periurus, & post periuriũ non potest petere absolutionem quãdo iuramen-
16 tum non foueret fraudem † ratio e . quia sequeretur absurdum, ꝙ iuramentum quod non est iniquitatis vinculum, sed fidei,& religionis tutamen; esset nequitiæ, & fraudis:
17 † & prout debet subleuare homines à peccato: detineret illos in eo, quod neq; dicendum, neq; admittendum est. Aym. exorditur in consi.192 nu.11.superius allegato.

Vel responderi potest, & melius,ꝙ regula procedit, quãdo post incursum periurij quis petiisset absolui.

Nos verò sumus in casu, vt rescindatur obligatio, & ad vberiorem cautelam fuit factum depositum ante lapsum termini, & sic per depositum factum dicitur satisfactum
18 doct.not.in l.acceptam C. de vsur.tex.in l. obsignatione C. de solutio.

Quòd iste potuit petere rescissionẽ contractus,& quòd compellatur creditor ad remittendum iuramentum turpiter receptum
19 Maran.in 11.distin.nume.40. & Crau.in d. consi.92.num.11.

Quibus auditis, & discussis sententiaui contra creditorem, & sic ad cassandum obligationem, & dictus Ioãnes Hieronymus acquieuit, & ita inter eos in anno prædicto executum fuit. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Singularis successor in benefitio locationi à prædecessore factæ stare non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Singularis successor non tenetur stare colono.*
2 *Canonicus ꝑ omnia æquiparatur usufructuario, uel usuario.*
3 *Resoluto iure Auctoris, resoluitur ius successoris.*
4 *Res uadit ad clericum, quomodo reperitur.*
5 *Locator debet prospicere, mortem euenire posse.*
6 *Conductor rei Ecclesiæ ammittit melioramenta.*
7 *Meliorationes factæ rei subiectæ scienter non restituuntur.*
8 *Quando quis recuperat meliorationes.*
9 *Redimens ex pacto de retrouendendo tenetur stare colono.*

DETERMINATIO XLV.

REVERENDVS D. Tarquinius Aromata V.I.D.Canonicus Ecclesiæ Rutiliani nullius Diocęsis quasdam possessiones dicti canonicatus per triennium cuidam laico locauit, qui laicus multa benefitia fecit; euenit,ꝙ dictus Reuerendus D.Tarquinius ante finitum tempus locationis morte præuentus fuit, & Canonicus successor locationi à mortuo factę stare noluit, neque meliorationes soluere, orta controuersia in d. Terra me existente Auditore Reuerendissimi Archipresbyteri sic determinaui.

Consideraui primo ꝙ successor in benefitio si clericus, qui locauerat, habebat administrationẽ totius Ecclesiæ, qui seruata forma iuris locauit licet contractus sit inutilis, valet, sed datur Ecclesiæ restitutio, & singularis successor in administratione tenet̃ stare
1 colono,† ita declarat Gugliel. Redonnus in c.14. in tom.tracta.15. de reb. Ecclesiæ non alien.in 2.par.& in c.6.in rubr.de locat. rerũ Eccl.nume.5.& per Abb.in cap.quærelam ne prælat. vic. suas extra, & hoc est contra regulam quæ dictat, ꝙ singularis successor non tenetur stare colono l.emptore C. locat. Alex.in consil.118.vol.5. & in l.si filius famil.§.si vir vxori. ff. solu.matr Corn.in cõsil.6.vol.4.Fabian.in tracta.de empt. & vendi.in 18.quæst.sextæ q.principalis Cagno.in l.2.num 229.C.de pact.int.emp.& vend. & Lau. Rodulphus in c. fine exceptione num. 114.12.q.2.lo.Rep.1.

Digitized by Google

Aut sumus in simplici Canonico non habente aliquam administrationem Ecclesię, & Docto. in c. fin. ne Prælati vices suas. vbi glo. * in verb. (terminum) communiter* dicunt, ꝙ talis contractus non transit ad successorem. Ita Domini de Rota I nouis 232. voluit Abb. in q. 3. incip. Sempronius in 5. quæst, sequitur Couarr. in lib. variar. resol. 2. c. 15. Ratio est, quia Canonicus per omnia æquiparatur
2 vsufructuario, vel vsuario † cap. præsenti de officio ord. in 6. & c. Episcopus vnd. q. 3. Habet enim ius personale, & non plenam administrationem rei, sed contractus initus cum vsufructuario post mortẽ ipsius, incontinenti extinguitur. Ideo successor ad quẽ res reuertitur, non tenetur stare illi contractui, p tex. l. vectigal. ff. de pign. vbi habetur, ꝙ resoluto iure auctoris, resoluitur ius successoris: per mortem enim Prælati, resoluitur vinculũ cum Ecclesia, & per consequens resoluitur ius conductoris. Cum dependeat à iure Prę-
3 lati, pro hac parte † allegat tex. in c. 7. de præcario, & tex. l. si quis domum §. hæc subiungi potest ff. locat. & plenè per Alex. in l. si cõstante §. fi. vbi, & Doct. num. 22 ff. solu. matr. & Bar. in Marga. Innoc. in verbo Prælatus, & Bursat. in consi 238. num. 11. vol. 3.

Ad secundum dicebatur ꝙ laicus non recuperabit meliorationes factas, quia quomodocunque res reperitur, ita vadit ad suc-
4 cessorem, † ita est text. in cap. fin. vbi Abb. de pecul. cler. 2. facit tex. ad literam in l. si qs domum in §. idem quæritur ff. locati ibi (si sumptus fecit) ex quibus verbis concluditur locatorem non recepturum quod impendit,
5 † quia prospicere debuit, mortem euenire posse.

Tertio facit. Nam conducens rem Ecclesię non seruata forma, amictit melioraméta, quę
6 ibi fecit † ita Immo. Barbat. & alij in c. qui res in fi. de reb. Ecclesiæ non alien. Felyn. in c. cum causam nume. 28. & 29. Nam res male alienatas, Ecclesia repetit vna cum fructibus c. Apostolicus cum seq. 12. q. 2. præterea facit reg. l. fi. §. fi. C. comm. de leg. vbi meliorationes factæ rei subiectæ, non restituuntur
7 quia donare videtur, † ita Redoanus in d. loco, & tracta in quæst. 17. sub rub. de meliorat. in rebus Ecclesiis factis, & Deci. declarat in consi. 282. nu. 6. in 2. par. & in consil. 142. num. 4.

Vltimo facit auth. qui rem C. de Sacrosan. Eccl. vbi glo. dicit, ꝙ non recuperat meliorationes, nec impensas, & hoc fit culpa ipsius.

Procedit opi. prædicta etiam si vigore pacti de retrouendendo quis redemisset fundũ.
9 Quia tali casu tenetur stare colono, † ita Bal. in l. 1. ad finem C. de iur. fisc. lib. 10. quem sequitur Cagnol. in alleg. l. 2. nume. 220. C. de pact. int. empt. & vend. vbi etiam eam limitat ad quã recurre. Sic determinaui in hac causa de communi consensu. Rutiliani. Anno 1588. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Sententia secunda contra primam non valet, & qualiter procedat, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Contra sententiam transactam in rem iudicatam pronuntiari non potest.*
2 *Procedit quando in eadem instantia daretur alia sententia.*
3 *Secunda sententia absolutoria lata cõtra prædictam in noua instantia, præualet prædictæ condemnatoriæ.*
4 *Voluntas contrahentium interpretatur, aut ex proprietate verborum, aut ex eorum verisimili, & consueta interpretatione.*
5 *Permutatio consistit in dando meum, & tuum.*
6 *Verba debent aliquid operari.*
7 *Verba generalia transactionis adaptantur ad præcedentia.*
8 *Relatio ad præcedentia tunc fit, quãdo ex relatione non destruitur actus.*
9 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*
10 *Intellectus ad l. talis scriptura ff. de leg. 1.*
11 *Relatio non fit ad casus spetialiter prouisos.*
12 *Verba obscura annullant transactionem.*

DETERMINATIO XXXXVI.

SVPER duobus dubiis mihi à Magnifico Lactantio de Leonibus Terræ Martinæ super transactione inter eum facta, & Michaelem eius fratrẽ mihi transmissis sic in ad vnumquodq; rñdi

Ad primum, quæ sententia debet præualere prima condemnatoria transacta in rem iudicatam. An vltima contraria prædictæ, & sic absolutoria.

Regulariter contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam pronuntiari non po-
1 test. Immo vltima esset nulla † ita est tex. in l. 1. C. qua prouo. non est necess. & ratio decisionis est, vt sit litium finis, vt ibi glo. dicit, & no. in l. properandum in prin. C. de iud. & no.

no.in princ. C.de no.cod.cōponen. & in Regno est c.destantes, & Pragmatica prima dispendia litium, & quia prima sententia liti finem imposuit,effectumq; excludit. Ita cōcludit Salyc.in d.l.1.in prin.ergo &c.

Hoc maximæ procedit, quando in eadem
2 instantia datur alia sententia contraria, † vt l.quod iussit ff. de re iud.& pulchrè Bald. in consil.512. in 5.volum. & Franc.de Aret. in consi.73. versi.3. hoc demonstratur.

Sed quando secunda sententia contraria primę,est absolutoria,&,prima fuit condemnatoria, & secunda est data in noua instātia, præualet secunda, non obstāte prima transa-
3 cta in rem iudicatam † ita dicit Bal. in d.l.1. & plenissimè Salyc. concludo ergo, ꝙ si prima fuisset absolutoria, & secunda cōdemnatoria, secunda esset nulla, & ita procedunt prima iura, quando sumus è contrario, procedunt iura in hac secunda parte adducta,& ita est casus vester.

Ad secundum, an illa verba [Item che lo Palmento, & vigne &c. se li troccano &c. sint obscura ita,& taliter ꝙ inducant transactionem nullam, respondi ex quo est probatum,ꝙ verbum [truccare] nil aliud sonat,nisi permutare,& clara est Regula, ꝙ volūtas interpretatur, aut ex proprietate verborū, aut ex eorum verisimili, & consueta interpreta-
4 tione † vt est text.cum sua glo.& ibi Bald. & Immo.colligunt in l.penult.ff. de lega.1.& no.per scribe.in l.si quis intentione ambigua ff.de iud.vbi pulchrè Iacob.de Sanct.Georg. num.3.

Sequitur,ex quo permutatio nil aliud est,
5 nisi quod do meum, & tu tuum † vt not. in l.1.ff. de rer. permu. cum igitur in præsenti casu Michael cæpisset Palmētum, & ipsi Lactantio nihil daret, ergo non diceretur permutatio, sed potius donatio, quæ cadere nō potest, cum ista non sit voluntas Michaelis, sed permutatio, & sic cum non possit habere effectū permutatio, trāsactio in casu prædicto est nulla, quia deest cōsensus vulg.iur.

Nec obstat quod dicit pro parte Michaelis, ꝙ ex quo verba debent aliquid operari
6 † l.si quando in prin.ff.de leg.1.cum simil.

Tanto magis cum in fine transactionis sint certa generalia verba, quæ debent aptari ad
7 præcedentia † l.talis scriptura in fi. ff. de lega.1.& sic permutatio haberet effectū, postquàm dantur alia bona eidem Lactantio.

Quia respondi,ꝙ tunc verba operantur, quando possunt operari,& relatio verborum tunc debet fieri ad præcedentia, quando ex tali relatione non destrueretur actus,vt dicit post glo.Bart.in l.cum vulgari ff.de dot.præleg.& idem Bar.in d.l talis scriptura,& Dec. in cap. requiris de app.extra, & Aret. in l. à Titio col. fi. ff. de verb.oblig.& Alex.in consil.17.nume.5.in 7.vol.& idem Alex.in consil.48.num.5. 1.vol.

Cum igitur in præsenti casu, talis relatio adaptari non possit ad hoc, vt valeat, quod actum est, ergo ꝙ non possit valere, dixi supra, quia Lactantius daret Palmentum,& Michael nihil daret, & sic non cadit permutatio, quam ipsi facere voluerunt,vt patet ex verbo (truccare) & actus agentium nō ope-
9 ratur vltra eorum intentionem † l. non omnis,& l.rogasti ff.si cer.peta.

Vel secundo text. talis scriptura procedit, quando in vna transactione non essent capita distincta, tunc verba subsequentia adaptantur ad præcedentia, sed in casu nostro est
10 secus, & sic cessat ista difficultas, † & ita limitāt Bar,& Doct.in ead.l.& relatio non debet fieri ad eos casus, quibus iam spetialiter
11 est prouisum † l. si per Prætorem §. deinde ff.quib.ex cau.maio.& Alex.in d.consi.

Nec curo,ꝙ ista verba sint obscura,& ambigua; quia si ita essent, nulli dubium est, ꝙ
12 transactio non valeret, † vt no. per illū tex. in l. quicquid astringendę iuncta glo. ff. de verb.oblig.

Quia fuerunt declarata, & sunt clara ex consueta interpretatione, ꝙ (truccare) nil aliud sonat, nisi permutare; sed quia in hoc capite per ea, quæ dicta sunt, non cadit effectus permutationis, ideo dixi transactionem non habere effectum in hoc capite. Et sic fuit decisum, & Michael cū eius Magnifico Aduocato acquieuerunt huic meæ resolutioni, quæ vtriq; parti placuit. Anno 1577. Castellanæ corā Magnifico Angelo de Matthæis V.I.D. & Auditore Illustrissimi Ducis Martinæ, qui, visa discussione, & conclusione mea de voluntate omnium ita sententiauit, & declarauit. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Legatarius de ordine testatoris, vel cessante Falcidia, seu Trebellianica, potest legatum auctoritate propria capere.

SVMMARIVM.

1 ***Legatarius, legatum de manu hæredis regulariter capere debet.***

2 Le-

2 *Legatarius post hæreditatem aditam, & possessionem ab hærede captam capiens legatum, auctoritate propria eo priuatur.*

3 *Hæreditate non adita, potest legatarius capere, & non priuatur, licet tenetur restituere.*

4 *Legatarius de licentia testatoris potest auctoritate propria capere impune.*

5 *Si esset potestas data legatario eligendi, non potest capere auctoritate propria.*

6 *Legatarius, si est executor testamenti, potest capere.*

7 *Vxor potest habitare auctoritate propria si datur habitatio à testatore.*

8 *Legatarius non capit auctoritate propria, si hæredi competit falcidia, alias secus.*

9 *Regula. Dolo facis petere, non habet locum in hærede in isto casu.*

10 *Legatarius institutus in re certa, potest auctoritate propria capere.*

11 *Filius institutus in legitima, dato hærede vniuersali potest capere propria auctoritate; secus si in genere.*

DETERMINATIO XXXXVII.

IN causa hæred s Magnificæ Aquilæ de Moscatellis, cum Magnifico Ferdinãdo Farella legatario, pro quibus, diebus elapsis consului, fuit dubitatum, an Ferdinandus legatarius possit propria auctoritate capere legata, an habere à manibus hæredis, postquam maritus ipse legatarius, reperitur possidere bona legata, sic respondi.

Legatarius legatum à manu hæredis re-
1 gulariter capere debet † ita est tex. & ibi Doct. in l. 1. ff. & C. quo. legato. & hanc partem firmat Card. Zabar. in consil. 51. in versic. ad septimum respondeo, & Guid. Pap. in decis. 609. & Ant. Cors. in sing. incip. legatarius in verb. legatarius, & Socyn. in consi. 131. in 1. volum. & Ant. Gabriel. in tom. tract. comm. opi. 3. in rub. de vsufru. conclusi. 1. num. 4. versic. 3. declara & Alex. in consil 134. nu. 2. & 3. volum. 4.

Et in tantum est vera hæc conclusio, quod legatarius capies propria auctoritate post hæreditatem aditam per hæredem, & possessio-
2 nem rei legatæ, quod priuatur legato † ita est tex. in l. non est dubium iun. glo. media quæ approbatur, & ibi Bal. Saly. & Iacob. de Sãct. Georg. C. de lega. quam conclusionem intellige. Si legatarius auctoritate propria caperet adita hæreditate, sed si hæreditas non est adita, & vacat, potest legatarius capere au-
3 ctoritate propria, & non priuatur † ita glo. in l. non est dubium C. de lega. in 2. fol. quã
* ipsa dat, & Doct. * communiter ibi approbant, & Bar. in l. 1. §. 2. capite ff. ad l. Falcid. & in l. 1. C. quorum legat. & communiter tenetur, vt Corn. refert in consi. 139 in litera C. 1. vol. & eo maximè si occupatio fuit facta palam, vt no. glo. in ead. l. in 1. fol. & est
* communis, & * Guid. Pap. in consi. 17. nu. 7. vbi distinguit modo, quo supra, & donat. à fina in rub. de legat. in num. 66. versic. legatarius in tom. com. op. primo vide multa cõgesta p Alfan. collecta 828. & Ripa in l. Hoc interdicto ff. quor. legato. & Corse. in reperto. Abb. in verb. aditio in litera A. in versi. ante hæreditatem non aditam, alleg. glo. in c. cum dilectus in glo. penult. super verbo in petitione de succ. ab inte sta.

Conclusio quinta firmata non habet locum, si legatarius caperet propria auctoritate ante aditam hæreditatem, quia non amittit legatum, vt dixi in num. præced. ita no. in d. l. 1. ff. quo. leg. & per glo & Doct. in d. l. nõ est dubium, &c. Corn. in consil. 139. in litera C. & dict. 1. vol. & Natt in consil. 234. num 3. vol. 2. & idem Corn. in d. consil. in litera Q. C. & D. in 1. vol. vbi dicit, quod hæc est
* communis * opin. & maximè si cadauere nõ sepulto, legatarius propria auctoritate acceperit, quia tunc præsumitur eum ignorasse hæreditatẽ aditam, isto casu tenetur restituere possessionem hæredi, & postea ab hære se recuperare, & non ammittit legatum, ita dixit Dec. in cõsi. 243. & sequitur Plot. in rep. l. si quando in § 2. num. 27. C. vnde vi.

Secundo non procedit, quãdo testator expressè daret licentiam capiendi propria au-
4 ctoritate † ita est glo. communiter approbata in l. Titia cum testamento §. 1. ff. de leg. 2. & Alex. in d. l. non est dubium, & Iacob. & Cors. in prædicto sing. Deci. in cõsi. 408. nume. 4. in 3. par. & in consil. 476. num. 5. ead. par. vbi etiam, quod etiã ex tacita voluntate testatoris capere potest Franc. in c. si pater nume. 58. de testa. in 6. in tom. rep 5.

Hoc sublimita, nisi esset data potestas legatario eligendi tantum, quia nõ possit pro-
5 pria auctoritate † ita Card. in d. consil. 51. & versic. supra allegato.

Tertio non procedit regula, quando legatarius esset effectus executor testamẽti, quia etiã hoc casu potest capere auctoritate pro-
6 pria † ita Bal. Alex. & Iacob de Sãct. Georg. in d. l. non est dubium, & ibi Salyc. in fin. Allegat text. l. fistulas §. fundum ff. de contrah. emptio.

Quarto, quando maritus legat vxori domum,

Digitized by Google

mum,& iubet hæredibus, vt non impediant
7 habitare † ita Ang. in l. Hoc si res ff. de rei vend.& sequitur Iacob.in d.l.nõ est dubium in final.Et declarat Deci.in consil.287. nu.9. versi. (Et ideo) & idem,si fuerit dictum(licet capere sine contradictione) Gozad. in consil. 21.num.17.

Quinto tunc nõ potest capere propria auctoritate, quando hæredi competit Falcidia,
8 & ea vult vti † ita dicit Glo.Mag. in d.l.1.ff. quo.legat.in versi.Item nota hoc edictum,& Bar.in ead.l.sed si non competit Falcidia,potest capere auctoritate propria. Ita Corn. in consi.139.1.vol.in litera B. & Natt. in consil.395.num.12.vol.2.vbi dicit,ꝙ legatarius si appræhendit possessionem rei vacãtis, quia habet vitiosæ, tenetur restituere possessioné si hæreditate imminet Falcidia.

Et in hoc casu,non habet locum regula,ꝙ dolo facit petere, qui cito restiturus est, &
9 hæc exceptio hæredi opponi non potest, † vt per Doct.in locis prædictis, & maximè add. ad Salyc.in d.l.

Sexto limita non procedere, quando aliquis esset institutus in re certa,& alio vniuersali hærede instituto, quia illam rem potest
10 retinere auctoritate propria, † ita Ias. in d.l. non est dubiũ vers. (tertio,nota) nu.4. & idẽ si esset institutus in vsufructu omnium bonorum. Ita Deci.in alleg.consil.287. num.9. in d.versic. (& ideo) per Immo. in l.filius ff. de lib. & posthum. & Gozad. in consil.21. num.17.

Septimo limita, non procedere in filio instituto in legitima tantũ, dato cohærede vniuersali,quia tali casu potest auctoritate propria appræhendere. Ita Bal.in l.si quis in suo C.de inoff.test.in prin.& Ias. in d.l.nõ est dubiũ nu.4. si in re certa institutus est, alias secus.Vt per Bar.in l.2. vbi etiam Luc.de Pen. C. quando, & quib.quar. pars debet lib.11. Ias.& alij in l.non ideo C. de lega.

Ad casum nostrum patet resolutio,ex quo in testamento adest potestas capiendi auctoritate propria,& ꝙ cesset Falcidia,& Trebellianica, ergo sequitur conclusio, ꝙ Magnificus Ferdinãdus possit capere propria auctoritate, & ita omnes consentierunt. Et Domino sit laus. Rutiliani anno 1573. Et legatarius cui legatum fuit factum piũ, potest propria auctoritate capere. Ita Tib.Decian. in respons.1.nume.55. volum.3.& erit 8. limitatio.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Venditio facta cum pacto de retrouendendo in certum tempus, pro non iusto pretio, etiam tempore elapso potest eo vti.

SVMMARIVM.

1 *Emens cum pacto de retrouendendo in certum tempus, & elapso, venditor non auditur.*

2 *Emens cum pacto de retrouẽdendo, facit fructus suos.*

3 *Venditio cum pacto de retrouendẽdo, est omni iure approbata.*

4 *Venditio cum pacto prædicto intra certum tempus, eo elapso non auditur, si iusto pretio emit.*

5 *Venditio facta cum dicto pacto minus iusto pretio, audietur in perpetuum.*

6 *Venditio cum dicto pacto pro minori pretio, dicitur pignus.*

7 *Venditio pro modico pretio, & pacto prædicto, præsumitur simulata.*

8 *Tria requiruntur ad probandum contractum vsurarium.*

9 *Iurans in instrumento omnia vera esse, sine absolutione, non potest dicere contractum simulatum.*

10 *Iuramentum in contractu simulato appositũ, est nullum.*

11 *Periurum quem esse, à principio oportet opponere.*

12 *Testes testibus, ex quatuor præferuntur.*

13 *Testes de pretio diuersimodè deponentes, cui dicto standum.*

14 *Modicum pretium quando dicatur, remittitur iudicis arbitrio.*

DETERMINATIO XLVIII.

IN hac causa mihi transmissa per Magnificum Dominum Capitaneũ Terræ Ioiæ, an venditio facta cum pacto de retrouendendo infra certum tempus, eo elapso, Nardus de Nicastrò venditor eo pacto vti potest.

Tex.l.secundæ C. de pactis int.emp. & vend.quem sequitur Ang. in consil.199. Titius rem quam emit, post alios dicit, ꝙ qui promisit reuẽdere ad certum tempus, eo elapso,non potest amplius vrgeri. Si vero quandocunque, in perpetuum, in casu isto est ad
1 determinatũ tempus,ergo eo elapso,&c. † ita Imo. in cap.cum contingat de iur.iur.col 4.

Et

Digitized by Google

Et in tantum est vera ista conclusio, ꝙ il-
2 le, qui emit, facit fructus suos † ita per tex. nostrũ d.l.secundæ concludit Hosti. in summa in rubr.de vsur. §.an aliquo versi. nono si vendo, & sequitur Abb. in c.ad nostram nume.8.versic.primus casus de empt. & vend. extra, & Bald.in fin.in ead. l.2. & potest esse
3 ratio, quia venditio ista est approbata † tam à Theologis quàm à Canonistis, & Ciuilistis, & Ant.de Burg.in c.ad nostram de emp. & vend.extra num.33. versic.primus est, vbi expressè dicit, ꝙ quando fit venditio iusto pretio cum pacto de retrouendendo, & solum apponitur pactum prædictum, ꝙ nullo modo contractus præsumitur vsurarius, neque pignoratitius, & emptor lucratur fructus, nec restituendo computabit fructus in sortem, per text.d.l.2. & procedit omni iure tam à sacris canonibus, vt in d. cap. ad nostram,& cap.conquestus de vsur.quàm à lege ciuili, Vt est tex. noster l.2. vt plenè post alios ad saturitatem. Ita nouissimus Foll. in Pragmatica de cens.in versic. instrumentum Gratiæ, refert, in prin.num.1.

Prædicta procedunt, quando venditio est facta pro iusto pretio, quia tunc si pactũ prędictum est factum ad certum tempus, vltra
4 illud quis amplius non auditur, †vt per Hostien.loco quo supra, & hanc affirmat Io.Faber in d.l.2.C.de pact.inter emp. & vendi.in suo breuiario------& Cagno.in ead.l.versi.2. limitatio.num.65.

Sed si vēditio est facta minus iusto pretio, cum tali pacto, tunc ille cui facta est promissio de retrouendendo ad certum tempus, au-
5 dietur in perpetuum† ita concludit intrepidè, & verè, Iacob.de Sanct.Giorg. in l.2.nume.2.ff.si cer.pet. Et firmat Cassan.super cōsuet.Burg.in tit.Dos Retens §.1. num.25.& in rubr.5. car.203. in tit.des retractus §.10. col.fi.num.4. Et pulchrè ita concludit Odofred.in l.2.in finalib.verb. C. de rescin.vend. versic. (sed denuo quæro hic, ponamus) & nouissimè ita tenet Io.Vincen.de Ann.in Allegatio.83.nume.4.in 2.vol.& ratio est, quia quando in venditione apponitur pactum de retrouendendo post certum tempus, modico constituto pretio, præsumitur pignus, & nō
6 venditio † ita summat cap. ad nostram Ant. de Burgos in prin.in tom.rep.4.

Articulus iste concluditur, ꝙ quando est læsio non obstante lapsu termini ꝙ competit venditori reemendi actio.

Ad secundum, an contractus ex istis duobus videlicet, ex modicitate pretij, & pacto de retrouēdendo iudicatur pignoratitius, &
7 simulatus† glo.in l.emptione C.plus val.quod agitur, dixit ꝙ sic, & ita not. etiam in c.illo vos.de pignor. extra quam conclusionem firmat Pau.de Castr.in consi.74.num.11.2.volum. & idem Pau. in consil.332. vbi Clarius eod.vol.& ita Deci.affirmat in consil.67. vbi
* dicit hanc esse * communem opi. secundum quam, ita etiam consuluit Abb.in consil.69. lib.2.& Tiraq. in tract.de vtroq; retract. cōsa. §.1.in glo.2.nume.10. & ꝙ ista duo sufficiant, ita decisum esse testatur in S.C.Afflict. in decis.65. & ita etiam decidit Gramm.in decis.76.num.29.& Alex. in consil.46.circa præsentis num.1. versi.circa primum vol.3. & dixi supra in Deter.1.

Concluditur ex prædictis ꝙ ad probandũ contractum simulatum, prædicta duo sufficiunt.

Non sufficerent ad probandum contractũ vsurarium, nisi probetur etiam, ipsum fuisse solitum fænerari, qui non est casus noster, vt dixi etiam in Deter.1.in prin.& 6.

Firma remanet decisio huius articuli, ꝙ ad probandum contractum simulatum sufficit venditio cum pacto de retrouēdendo incontinēti sequuto, & modicitas pretij. Vide plenè Cagno.in l.2.in 5.q. à num.49. vsque ad numerũ 58. C. de pact.int empt.& vend.

Ad tertium caput, dum dicitur, ex quo iste iurauit ꝙ omnia in instrumento contenta sunt vera, ꝙ non potuit agere sine absolu-
9 tione à iuramento,† vt concludit Alex. & Ias.num.40.ff.de leg.3. in l.nemo potest,& tenet Afflict. in decis.60. & Osach. in decis. 42.nume.6. & Natta in consil.496.nume.6. volum.3.

Dico, ꝙ stante simulatione contractus, iu-
10 ramentum in eo appositum est nullum,† vt notat gl.ĩ d.l.emptione inverbo emp. C.plus val.quod agi. vbi dicit Ang. ꝙ tali casu non est petēda absolutio, & alios ita tenere refert Gramm.in decis.76.nu.21. quia in simulante, non est consensus, & ita Bart. in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. in 4.combinat. & plenè per Guid.Pap.in consil.150.num.5.ver.plus dico, & plenè per Io. Baptistã de Castellion. in alleg. in 2.incip. in quantum in princ. Et Osach.in dicta decis.num.6. & seq.

Nihilominus licet asseri potuisset, ꝙ prædicta procederent, quando iuramentum est simpliciter prolatum, & non quando in instrumento sunt talia verba, adhuc dico.

11 Quòd idem Afflict. in const.Regni in rubr.15. & propriè de defens. imponēda dixit, ꝙ quando patitur procedi in causa simulationis, & à principio non opponitur de per-

iurio

Digitized by Google

iurio tunc procedetur ad vlteriora, & iudicabitur super simulatione contractus, non considerato periurio.

Concluditur articulus iste, ꝙ ex quo non fuit à principio oppositum de iuramento, & periurio, ꝙ possit procedi ad caussam simulationis.

Ad aliud caput, qui testes sunt præferendi, actoris, an rei? dico ꝙ testes testibus ex tribus præferuntur, videlicet, numero, dignita-
12 te, & ex verisimilitudine, † vt no. in l. ob carmen de test.

At in casu isto, testes actoris sunt maiores numero ergo &c.

Ad illud quod dicitur, quod pretium debet attendi, quando testes sunt diuersi in pretio, dico ꝙ quando sumus in testibus, in quibus maior pars cõcludit in quinque, & non
13 in sex, ꝙ iustum pretium erit in quinq; † ita dicit glo. in l. diem proferre §. inde quęritur. Et ibi Bart. & scrib. ff. de recep. arb. & in c. 1. eod. tit. in 6. & Salyc. in l. 2. num. 26. C. de rescin. vend. & idem in l. hac edictali §. his illud C. de secun. nupt. & Fran. de Aret. in cõsil. 65. in princ.

Et sic articulus iste cõcluditur ꝙ pretium ducatorum quinque sit probatum, & ꝙ testes, non ideo sint singulares, & diuersi.

Sed nunc videndum est, qualiter dicatur in hac materia modicum pretiũ, in quo Doctorum varię sunt opin. 1. est ꝙ tunc dicatur modicum pretium, quando interuenit deceptio in pretio vltra dimidiã iusti pretij, quæ opin. ad effectum resultandi præsumptiõé simulationis contractus, vt est casus iste, nõ firmatur, ex quo in tali casu competit reme-
14 dium † l. 2. C. de rescin. vend.

Secunda opin. est ꝙ tunc dicitur modicitas pretij, quando læsio est propè dimidiam, vt scilicet sit medietas pretij integra, vt si res quæ valet centum, venderetur pro quinquaginta, & hanc tenent Hostien. & Abb. in c. ad nostram de empt. & vend. extra, & Alexan. in consi. 109. in 2. artic. in 4. vol. num. 12. versi. Nunc venio ad secundum.

Tertia opin est, ꝙ tunc dicitur modicitas pretij, si deceptio in pretio interuenerit in 6. par. per not. in c. quinta Vallis de iur. iur. extra, & per Bar. in l. si societatem §. arbitrorũ ff. pro sot.

Quarta opin. est in isto casu, tunc dicitur deceptio, & modicitas pretij, quando est minus dimidia iusti pretij. Ita loquitur tex. cap. ad nostram de empt. & vẽd. & declarat Petr. de Anchar. in consil. 9. incip. plurimæ coniecturæ concurrunt in penul. col. & cum sequitur Ias. in consil. 151. num. 3. in 4. volum.

* Sed secundum * magis communem opin. Doct. istud est arbitrarium iudicantis: quę sit modica, vel magna læsio, ꝙ remittitur iudicis arbitrio. Ita tenet Cyn. in aut. qui rẽ nume. 1. C. de Sacrof. Eccl. plenè per Afflict. in decis. 40. num 15. & per Cagno. in l. 2. nu. 58. C. de pact. int. empt. & vend. Afflict. in decis. 322. & ibi Vrsill. in num. 2. & per totam: qui quandoque ex læsione in pretio vltra dimidiam, quandoque in dimidia, quandoq; etiã in 6. par. arbitratur pretij modicitatem, prout ei melius videtur, & naturã causæ exposcit, per ea quæ habentur in cap. de causis de off. deleg Guid. Pap. in consi. 180. & ibi addi. & in suo sing. 193. alias 244. vbi firmat, modicitatem pretij in casibus prædictis sic considerari, etiam si in cõtractu venditionis appareret clausula, ꝙ donauerit illud, qđ plus valeret; in tantum, ꝙ concluditur articulus iste, ꝙ totum hoc, quando sit modicum pretium, est in arbitrio iudicantis. Et secundum hanc opin. reperi consuluisse Philipp. Corn. in consi 4. repetita, 1. vol. vbi etiam asserit, ꝙ non curatur modicitas pretij; quando contrahentes sunt bonæ famæ opin. & honestæ vitæ. Et Io. Vincent. de Ann. in Alleg. 83. in fin. in 2. vol. & ad materiam vide decis. Osac. 41. & 42. & Domino sit laus. Et sic determinatum fuit.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Donatio, ꝙ post mortem donatoris sit Ecclesiæ, si ante mortem donatarij donatum venditur; Ecclesia an rem consequatur.

SVMMARIVM.

1 *Donans, vt post mortem donatarij sit Ecclesiæ acquiritur actio vtilis.*
2 *De consensu donantis, & donatarij potest fieri reuocatio in præiuditium Ecclesiæ.*
3 *L. fi. de pact. quomodo procedit declaratur.*
4 *Intellectus ad l. primã C. de manci. ita vendi. ne prostitua.*
5 *Opi. contra Bar. communior, & verior.*

DETERMINATIO XLIX.

FVI diebus elapsis à duobus Magnificis Doctoribus interrogatus sup hoc dubio, vt dicerem quod sentirem.

Quidam Petrus donauit Francisco domum vnam cum pacto, ꝙ ea vti frueretur sua

Digitized by Google

sua vita durante, & ꝙ post mortem eius sit maioris Ecclesiæ Terræ Castellanæ, euenit ꝙ ante mortem Francisci consentiente Francisco donatario Petrus eam domũ alteri vendidit. Si hoc facere potuit in præiuditiũ Ecclesiæ, sic dixi.

Et primo ꝙ non potuit, quia videtur vti-
1 lis actio iam Ecclesiæ quæsita, † vt C. de donatio. quæ sub mod. l. quoties, & sic ei auferri non potuit l. fin. ff. de pact. & l. 1. C. si mancipium, ita ven. ne prostituat. Et per Deci. in consi. 2.39. in versi. venio ad tertium dubium.

Contrariam partem tenuit Bart. & ibi sequuntur moderni in l. qui Romæ §. Flauius Hermes ff. de verb. oblig. vbi dixit, ꝙ poterit reuocari donatio in præiuditiũ Ecclesiæ de consensu donatoris, & donatarij, vel de con-
2 sensu solius donatoris † per l. tertiam ff. de ser. export. & ibi etiam Bar. Et per prędictam l. primam C. de mancip. & plenè in d. §. Flauius Io. de Immo. vbi rationem assignat, & plenè per Dom. Saly. in d. l. 1. num. 4. qui respondet ad ll. contrarias.

Non obstant contraria, quia l. fi. ff. de pact. procedit, quando actio est perfectè quæsita. In casu isto sumus in re quærenda, donatore perseuerante in ead. voluntate ea non muta-
3 ta, † & ita intelligi debet etiam d. l. quoties, & ita reperio decisum fuisse in S. C. testante Vincentio de Franch. in decis. 74.
4 Ad tex. l. primæ respondetur, ꝙ turpitudo, & consensus reuocat illud, & operatur, vt ibi.

Et secundum hanc conclusionem videtur firmare Franc. de Aret. in consil. 74. versi. venio ad tertium, licet ipse limitat hanc Bart. Doctr. dic, vt per eum: & hanc opin. etiam limitat, & plenè Aym. Grau. in consil. 135. num. 10. versi. quinto facit in 1. vol. & Ioannes Gutter. in Rep. C. quamuis de pact. in 6. in num. 6. versi. vltimo remissiuè tandè concludit ꝙ ipse, & alij aduocati illius Ciuitatis consulerunt contra opi. Bar. & quòd contra
* Bar. est * communis opin. vide eum, & copiose vide Pau. Paris. Card. in consi. 77. vbi tenet in terminis nostris: ꝙ datur pænitentia ante acceptationem Ecclesiæ, & nullũ ius Ecclesiæ acquiritur ex sola donatione sine acceptatione. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mater in bonis filij sine filijs defuncti ab intestato in paternis in vsufructu, & proprietate in alijs succedit.

SVMMARIVM.

1 *Mater succedit filio, cum alijs filijs pro virili.*
2 *Mater iure antiquo filio non succedebat.*
3 *Mater in bonis paternis succedit quo ad vsumfructum.*
4 *Mater in bonis filijs exceptis paternis, succedit pleno iure.*
5 *Mater filio cum testamento decedente in eius bonis debet habere legitimam.*

DETERMINATIO L.

ANNIS retro elapsis, Ioannes de Lucarello legitimum contraxit matrimonium cum Isabella de Tonno de Rutiliano. Ex quo matrimonio fuerut procreati duo filij, videlicet Arminius, & Iulius Cæsar. Mortuo dicto Ioanne Patre, & Isabella vidua permanente mortuus fuit Arminius, dubitatur nunc in bonis Arminij, quis succedere debet, Mater, an frater, & quomodo?

Notari Ioannes Vincenti Saladinæ Terræ Rutiliani lætor summoperæ, ꝙ à me petis, quis in bonis Arminij ab intestato mortui succedere debeat, mater, an frater?

Postquàm Arminius ab hac vita ab intestato migrauit, filiis ex suo legitimo corpore non relictis in isto casu mater maximè, quia vidua, succedit in paternis bonis filij mortui, cum Iulio Cæsare filio ipsius, & fratre vtrinque coniuncto pro virili, & æquali portione
1 † est tex. in auth. defuncto C. ad Tertull. & & ibi scrib. & Pau de Castr. hoc consuluit in consi. 64. in 2. vol in 1. col. & no. per Ias. in l. quoties C. quando non peten. par. nume. 2. versi. (quarto loco) vbi declarat ꝙ licet olim, nec mater filio, nec filius matri succedebat, sed postea per Senatus Consultum Tertull. vel orficia. hæc successio fuit introducta. Ideo in casu isto hodie mater succedit filio,
2 † & idem Ias. in l. si emancipati nu. 28. versi. (sed quia de iure nouo) C. de collatio.

Et in istis bonis, ex substātia paterna puentis, mater ipsa succedit quo ad vsumfructũ
3 tantum † ita est text. §. hinc nobis coll. 4. de nup. & §. sinautem eod. tit. per text. auth. ex testamento C. de secun. nupt. & text. l. mater C. ad Senatus Cons. Tertull. vbi glo. in ver. (coniugium) & Matthesill. in tract. de succ. ab intestato in 2. articulo principali num. 18. vbi Bolog. add. in tom. tract. 8. par. 1. & Guid. Pap. consuluit in consil. 53. & Lodo. Roman. in consi. 405. in fi. & Alexan. in consi. 175. in

vltiam

Digitized by Google

ultima col. in 5. vol. Ang. Aret. in §. 1. inst. ad Tertull. Et idem in consil. 78. nu. 8. & Aym. Crau. in consi. 37. 1. vol. Vrsill. in decis. 75. & Illustr. de Franch. in decis. 18. incip. regula in prima par. in prin. aliis existentibus filiis, sed si ipsa, ipsa sola etiam si transierit ad secunda
* vota, secundum communé opi. * secundum Alex. in consi. 211. in prin. vol. 7. & Marchesian. in rub. de secund. nupt. nu. 25. in 1. tom. com. opi & Io. de Garro, in auth. ex testaméto num. 46. de secund. nup. communem* dicit, q mater ipsa in vsufructu, & proprietate succedit.

Quo verò ad alia bona, & quoad vsumfructum, & proprietatem, licet Isabella mater transierit ad secúda vota, tam ante, quàm
4 post mortem filii † de hoc est tex. in d. §. fin. autem intestatus in auth. de nup. text. in d. l. mater C. ad Tertull. & ibi idem Pau. Ang. de Aret. in §. præferuntur nu. 3. inst. ad Tertull. & plenè Afil. in decis. 75. & Alexan. in consi. 63. in 5. vol. Bald. in auth. ex testamento C. de secund. nup. in prin. & Matthæsill. in citato loco. Fran. Bursa. in consi. 12. num. 36. vol. 1. & Marchesian. in rub. de secund. nupt. in num. 24. versic. Mater transiens ad secunda vota in tom. comm. opin. 1. & in nume. 25.

Licet secus sit, quando filius moritur cum testaméto aliis institutis, quia matri compe-
5 tit legitima tantum, † vt est tex. in §. quamobrem in auth. de test. earum quæ c. si potest de testa. in 6. Bal. dixit in consil. 503. in quinto vol. & not. in l. omnimodo, & in l. sancimus C. de inoff. test. Et vide in Deter. 22. sup.

Visis his breuiter scriptis, partes inter se sic executæ fuerunt, anno 1572. me Gubernatore in ead. Terra Rutiliani, & post scriptum addidi de Franch. in d. decis. vt in aliis meis, sic de nouo allego.

Amplia hanc conclusionem, q si mater successit filio, licet fuisset proprietate priuata per transitum ad secunda vota, q si filius moritur, illam proprietatem mater recuperat denuo. Ita Bald. in terminis in consi. 205. in 4. par. & Alex. in consil. 66. in 3. volum. & Aret. in §. primo inst. ad Tertull. & Bellac. in rubr. de secund. nupt. nu. 40. in tom. com. opin. 1.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Donatio cum reseruatione vsusfructus, dicitur inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Donatio dicitur causa mortis, si in ea sit mentio mortis.*
2 *Distinctio huius articuli declaratur.*
3 *Donatio cum reseruatione vsusfructus, dicitur inter viuos, & quando.*
4 *Donatio inter viuos, trāsmittitur ad heredes extraneos, etiā si donatarius præmoriatur.*

DETERMINATIO LI.

IN dubio mihi per Donnum Bernardinum de Ressa transmisso, videlicet, an donatio facta per D. Leonardú de Ressa de vineis, Ioanni Donato eius nepoti (reseruato sibi vsufructu) dicatur inter viuos, vel causa mortis, & ex quo ante donatorem, mortuus est donatarius, si donatio est extincta, & quid iuris, sic dixi.

1 Quamuis Doct. in diuersis locis, & maximè in l. apud celsum §. Iulianus ff. de dol. excep. & in l. quæ dotis ff. solu. matrim. & Bal. in l. Seia ff. de donat. ca. mor. & in l. 2. C. de iur. dot. multa dixerint.

Et in hoc puncto Bald. in consil. 29. incip. punctus talis est, in 2. vol. dixit, q est donatio causa mortis.

Donatio causa mortis, per mortem donatarij extinguitur, vt not. in prædictis legib. & plenè per Port. in princ. inst. sub tit. de donat. ergo remanet cóclusio clara in casu isto, & Ang. l. prædicta Seia num. 1. ff. de dona. ca. mor. & Grammat. in consi. 125. per totú.

His tamen non obstantibus, in cótrarium in casu isto est veritas, nam idem Bald. in l. 2. C. de iur. do. in 2. col. in versi. (dic ergo) dixit.

Aut fit mentio mortis in donatione, per modum finalis causæ, & tunc in dubio dicitur donatio causa mortis.

Aut fit mentio mortis, per modum cuiusdam demonstrationis, vel dilationis, vt in casu isto, & tunc præsumitur donatio inter vi-
2 uos † ita etiam Bar. in l. vbi ita donatur ff. de donat. cau. mor. Ant. de Butr. & Io. de Imo. in c. 2. de consuetud. extra in prin.

Cum igitur vsusfructus, & mors, sint denominati ad demonstrandum, quando debetur vsusfructus: sed respectu proprietatis dicitur donatio inter viuos, tam respectu verborum, quàm effectus, qa alias stare nó posset, si diceremus substantiam donationis esse collatam post mortem, & prius nó intelligitur esse donatum cú per reseruationé vsusfr. donans videtur tradidisse donatario res do-
3 natas, & in eum transtulisse dominium † l. quisquis, & l. Si quis argétum §. sed siquidé C. de do. I Et

Et secundùm hanc conclusionem maturius considerando, & concludendo loquendo, consuluit idem Bald. in consi. 107. quod ista donatio est donatio in 2. vol. & idem consuluit in consi. 270. quædam mulier in eod. vol. & pulchrè Alex. in consil. 78. visis quàm eleganter in 4. vol. vbi respondet omnibus contrariũ tenentibus. Et ita residet Deci. in consil. 30. num. 5. versic. vltimo, & idem Alex. in consil. 14. primo vol. & Socy. in consi. 53. per totum in 1. volum.

Qua opin. pro vera (vt est) retenta, resultat, ꝙ ista sit donatio inter viuos, & ex consequenti, nullo vitio ingratitudinis existente, potest reuocari, licet præmoriatur donatarius, imò donatarius transmittit ad hæredes etiam extraneos, iura sunt vulgaria, & in propriis terminis, ita consuluit Bald. in consil. 195. in 4. par & Alex. in d. consi. 14. nu. 3. & Socy. in d. consil. 53. nume. 5. & per eund. Socy. in consi. 231. in 2. vol. per totum.

Et ita de voluntate partium determinaui, & inter se executi sunt. Domino sit laus. Rutiliani Anno 1573.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

1 *Tutor ad reddendam suæ administrationis rationem tenetur.*

2 *Tutor tutelæ conueniri actione longi temporis præscriptio non prohibet.*

3 *Actio tutelæ est personalis.*

4 *Actio personalis præscribitur spatio triginta annorum.*

5 *Actio petendi rationem administrationis durat 30. annis.*

6 *Actio ita præscribitur pupillo effecto maiore.*

7 *Minori competit restitutio in integrum.*

8 *Tutor si fuit in mala fide, non præscribit 30. annorum.*

9 *Legata, vt plurimum, in testamento fiunt.*

10 *Verbum, relinquo, inducit legatum adiectum certæ rei.*

11 *Verbum, relinquo, trahitur ad vltimas voluntates.*

12 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*

13 *Verba debent intelligi, vt testator putauit.*

14 *Voluntas testatoris est ambulatoria vsque ad mortem.*

15 *Tutor potest cogi, vt iterum reddat rationem administrationem.*

16 *Verbum, relinquo, quandoque remittitur iudicis arbitrio.*

DETERMINATIO LII.

AD id quod à me quæritur à Magnifico Capitaneo Terræ Putiniani in caussa Magnifici Iulij Cæsaris de Miccolis. An stante lapsu 43. annorum tollatur pupillo actio petendi rationem administrationis tutele; & vtrum per legatum factum à pupillo tempore quo fuit maior effectus dum dixit. [Item dice do uet conseguire da Giulio Cesare suo zio ducati vinti; vuole, e comãda, che li siano abandonati, & da hoggi ce li abandona per sua anima, come à buon zio che gli è stato, & li dà per rotto, & casso l'istrumento, est facta liberatio; sic dixi &c.

1 Tutorem ad reddendam rationem administrationis, teneri † est text. in l. 1. §. officio ff. de tut. & ratio distrati. Imo talis actio contra hæredes tutoris competit l. 2. ff. eod. Io. de Amic. in consil. 80. & Aym. Grau. in consil. 218. Intentio Marci nume. 1. & ad rationem reddendam, & calculum faciendũ, iure suadente compellitur l. aduersus, & l. Rationes C. de admi. tuto. & Dom. Viu. post prædicta in decis. 400. Imo si ratio reddita esset; Iterũ reddi debet, vt per Socy. in cõs. 159. consilio incip. præsenti consultatione, & cõsi. 190. memini me pluries vol. 2. Anchar. consi. 330. visa facti narratione, & consil. 180. & hæc conclusio procedit, etiam si esset secutũ instrumentum quietationis. Ita Iodoc. Danhuderius Brugensis. in tract. de patrocinio pupillorum in c. 2. in tom. tract. 8. par. 2. fol. mihi 383. nu. 48. & Grau. cõsi. 282. nu. 8. vol. 2. Francis. Bezz. in add. consil. Iason 219. in littera H. Menoch. consil. 22. num. 10. Cephal. consil. 192. num. 44. 1. volum.

2 Et tutores tutelæ conueniri longi temporis præscriptio non prohibet † l. tutores C. a b. tut. & l. neq; mutui C. quibus non obiici: long. temp. præscrip.

3 Verum, quia ista actio est personalis, † vt in d. l. neque mutui, & actio personalis præ-

4 scribitur spatio triginta annorum, † vt in l. 2. C. de const. pecu. & in l. sicut C. de præscrip. 30 vel 40. annorum, & Guid. Pap. in decis. 197. & Cors. in sing. licet regulariter in verbo. Præscriptio, & hinc Salyc. dixit in l. ad-

aduersus C. de neg. gest. ꝙ actio petendi rationem administrationis durat vsque ad 30. annos, & ꝙ actio personalis duret 30. annis,
5 † ita tenet Spec. in tit. de 1. & 2. decreto versic. sed nũquid iste in §. 5. & in terminis casus nostri. Ita dicit Affl. in decis. 13. num. 2.

Sed in casu isto, tunc præscribitur, quan-
6 do pupillus erit effectus maior † ita dicit tex. in l. Non est incognitum C. quib. non obij. long. temp. præs. & d. l. sicut in §. nam cum ad eos C. de præs. trig. vel 40. ann.

In casu isto potest etiã dici, ex quo minori competit restitutio in integrum, etiam secũ-
7 dum vnam opin. vsq; ad 40. annos † not. in glo. in l. fin. C. in quib. cau. rest. in integ. non sit necessaria, & hæc opin. secundum Alex. in
* consi. 168. in 2. vol. est * communis, licet ipse ibi loquatur in Ecclesia quam opin. multi sectantur licet Deci. in consil. —— Aliud teneat in hoc valeat æquitas, & iudicis arbitrium.

Verum si tutor fuerit in mala fide, nõ po-
8 tuit præscribere per 30. annos † per reg. possessor malæfidei de reg. iur. in 6. c. si. de præscrip. cum simil. & Aym. Grau. in consi. 146. & d. consi. 218. num. 4.

Ad materiam istius consi. vide plenè Pau. de Castr. in consil. 129. ista venditio in 2. volum. & Bertach. in ver. præscriptio contra in §. versi. & vide omnino Alex. in consi. 102. num. 11. in fin. 1. vol.

Ad aliud dico, ꝙ nullo modo potest con-
9 siderari donatio, † nec inter viuos, nec causa mortis, sed est merum legatũ. Hoc probatur, primo quia sumus in testamento, in quo regulariter fiũt legata. Doct. in rub. ff. de leg. 1.

Secundo probatur ex ipsis legati verbis dum in eo dicitur [abbandona] & sic p ver-
10 bum, relinquo, quod inducit legatum † l. fi. in prin. C. de Sacros. Eccl. & in l. 1. ff. ad l. Falcid. & quod verbum, relinquo, adiectũ cer-
* tè rei inducat legatum. Est communis * opi.
11 vt per Ias. in auth. nouissima C. de inoff. testa. num. 35. plenè per Bapt. Vellalob. in tracta. comm. opi. in littera V. num. 23. & Lud. Rom. in consil. 179. in 6. col. versic. 3. probatur, per not. in l. His verbis ff. de hæred. inst. l. cogi §. generaliter ff. ad Trebell. & ꝙ istud verbum trahitur ad vltimas voluntates, est tex. in l. Verbis legis ff. de verb. signif. & est tex. in l. 1. §. fi. ff. de tabul. exhib. glo. in l. Iubemus la 2. in verbo (derelinquit) C. de Sacros. Eccl. & Odofr. in l. hac edictali versi. vnde no. C. de secun. nup. & Philipp. Franch. in cap. si pater mum. 85. de testa. in 6. in tom. Repe. 5. Bar. & Alex. in l. 1. ff. de leg. 1.

Et sic verba debent intelligi, secundũ su-
12 biectam materiam † l. si vno ff. locat. Bart. in l. 1. in prima oppos. C. de neg. gest. & Alex. in consil. 34. in 4. par.

Et verba debent intelligi, prout testator
13 putauit † l. quo loco §. si iam mortuo, & ibi Bar. ff. de hær. inst.

Nunc in casu isto, testator vult, & dicit, ꝙ nunquam donauit, sed legauit, si moriebatur: ꝙ Deo non placuit; & sic cum voluntas testatoris sit ambulatoria vsq; ad mortem
14 † l. 3. C. de adim. leg. ergo concluditur, ꝙ nõ sit donatio inter viuos, sed merum legatum.

Difficultas non maxima adest, an per hoc videatur remissa actio petẽdi rationem; nam in fortiori dico, ꝙ si tutor reddidisset rationem, & esset liberatus ab administratione, ꝙ etiam de nouo tutor potest cogi, vt per mul-
15 ta iura in propriis terminis, † ita tenet Dec. in consi. 110. num. 7. vsq; ad finem. Maximè si cõstet priorem computationem fuisse malam, non obstante generali liberatione, etiã iurata, vt per Ias. in cõsi. 219. 2. vol. & per Io. Iureconsultum in tract. de executoribus vlt. vol. quæst. vltima nu. 17. in tom. tract. 8. parte 1. & Natt. in consi. 41. nu. 1. ibi (nisi cum causa) vol. 1. & in consil. 39. nu. 4. vol. eod. & dixi sup. num. 1.

Nec, vt sentio in dubiis, ꝙ ex quo adest prouerbium ab hodie in legato, ꝙ sit introducta donatio: quia vt dixi nullo modo, nec æquitati, nec rigori conuenit quandoquidẽ istud capitur secundum subiectam materiã,
16 & remittitur iudicis arbitrio, † vt not. in simil. in l. 1. & ibi Bald. C. vt in poss. legat. & not. per Doct. in l. liber homo §. decẽ hodie ff. de verb. oblig. & quod verbum relinquo quandoque inducit institutionem hoc vult Alex. in consil. 17. 3. vol. nume. 16. & in l. 1. num. 2. versiculo ex prædictis, & ibi add. littera C. Et sic determinatum fuit Putiniani anno 1580. ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Soror sola in bonis fratris vtrinque coniuncti ab intestato mortui succedit.

SVMMARIVM.

1 *Soror sola vtrinque coniuncta ascendentibus descendentibus, neque transuersalibus existentibus succedit.*

2 *Soror, quando adest mater, succedunt pro virili portione.*

1 2 3 *Ma-*

Digitized by Google

Et secundùm hanc conclusionem maturius considerando, & conclusiuè loquendo, consuluit idem Bald. in consi. 107. quod ista donatio est donatio in 2. vol. & idem consuluit in consi. 270. quædam mulier in eod. vol. & pulchrè Alex. in consil. 78. visis quàm eleganter in 4. vol. vbi respondet omnibus contrariũ tenentibus. Et ita resides Deci. in consil. 30. num. 5. versic. vltimo, & idem Alex. in consil. 14. primo vol. & Socy. in consi. 53. per totum in 1. volum.

Qua opin. pro vera (vt est) retenta, resultat, quod ista sit donatio inter viuos, & ex consequenti, nullo vitio ingratitudinis existente, potest reuocari, licet præmoriatur donatarius, imò donatarius transmittit ad hæredes etiam extraneos, iura sunt vulgaria, & in propriis terminis, ita consuluit Bald. in consil. 195. in 4. par & Alex. in d. consi. 14. nu. 3. & Socy. in d. consil. 53. nume. 5. & per eund. Socy. in consi. 231. in 2. vol. per totum.

Et ita de voluntate partium determinaui, & inter se executi sunt. Domino sit laus. Rutiliani Anno 1573.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

1 *Tutor ad reddendam suæ administrationis rationem tenetur.*

2 *Tutor tutelæ conueniri actione longi temporis præscriptio non prohibet.*

3 *Actio tutelæ est personalis.*

4 *Actio personalis præscribitur spatio triginta annorum.*

5 *Actio petendi rationem administrationis durat 30. annis.*

6 *Actio ita præscribitur pupillo effecto maiore.*

7 *Minori competit restitutio in integrum.*

8 *Tutor si fuit in mala fide, non præscribit 30. annorum.*

9 *Legata, vt plurimum, in testamento fiunt.*

10 *Verbum, relinquo, inducit legatum adiectum certæ rei.*

11 *Verbum, relinquo, trahitur ad vltimas voluntates.*

12 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*

13 *Verba debent intelligi, vt testator putauit.*

14 *Voluntas testatoris est ambulatoria vsque ad mortem.*

15 *Tutor potest cogi, vt iterum reddat rationis administrationem.*

16 *Verbum, relinquo, quandoque remittitur iudicis arbitrio.*

DETERMINATIO LII.

AD id quod à me quæritur à Magnifico Capitaneo Terræ Putiniani in caussa Magnifici Iulij Cæsaris de Miccolis. An stante lapsu 43. annorum tollatur pupillo actio petendi rationem administrationis tutelæ; & vtrum per legatum factum à pupillo tempore quo fuit maior effectus dum dixit. [Item dice do- 9
uer conseguire da Giulio Cesare suo zio ducati vinti; vuole, e comãda, che li siano abandonati, & da hoggi ce li abandona per sua anima, come à buon zio che gli è stato, & li dà per rotto, & casso l'istrumento, est facta liberatio; sic dixi &c.

Tutorem ad reddendam rationem admi-
1 nistrationis, teneri † est text. in l. 1. §. officio ff. de tut. & ratio distrati. Imo talis actio contra hæredes tutoris competit l. 2. ff. eod. Io. de Amic. in consil. 80. & Aym. Grau. in consil. 218. Intentio Marci nume. 1. & ad rationem reddendam, & calculum faciendũ, iure suadente compellitur l. aduersus, & l. Rationes C. de admi. tuto. & Dom. Viu. post prædicta in decis. 400. Imo si ratio reddita esset; Iterũ reddi debet, vt per Socy. in cõs. 159. consilio incip. præsenti consultatione, & cõsil. 190. memini me pluries vol. 2. Anchar. consi. 330. visa facti narratione, & consil. 180. & hæc conclusio procedit, etiam si esset secutũ instrumentum quietationis. ita Iodoc. Damhuderius Brugensis. in tract. de patrocinio pupillorum in c. 2. in tom. tract. 8. par. 2. fol. mihi 383. nu. 48. & Grati. cõs. 282. nu. 8. vol. 2. Francis. Bezz. in add. consil. Iason 219. in littera H. Menoch. consil. 22. num. 10. Cæphal. consil. 192. num. 44. 1. volum.

Et tutores tutelæ conueniri longi tempo-
2 ris præscriptio non prohibet † l. tutores C. a b. tut. & l. neq; mutui C. quibus non obiici: long. temp. præscrip.

3 Verum, quia ista actio est personalis, † vt in d. l. neque mutui, & actio personalis præ-
4 scribitur spatio triginta annorum, † vt in l. 2. C. de const. pecu. & in l. sicut C. de præscrip. 30 vel 40. annorum, & Guid. Pap. in decis. 197. & Cors. in sing. licet regulariter in verbo. Præscriptio, & hinc Salyc. dixit in l. ad-

aduersus C. de neg. gest. ꝙ actio petendi rationem administrationis durat vsque ad 30. annos, & ꝙ actio personalis duret 30. annis,
5 † ita tenet Spec. in tit. de 1. & 2. decreto versic. sed nũquid iste in §. 5. & in terminis casus nostri. Ita dicit Affl. in decis. 13. num. 2.

Sed in casu isto, tunc præscribitur, quan-
6 do pupillus erit effectus maior † ita dicit tex. in l. Non est incognitum C. quib. non obij. long. temp. præs. & d. l. sicut in §. nam cum ad eos C. de præs. trig. vel 40. ann.

In casu isto potest etiã dici, ex quo minori competit restitutio in integrum, etiam secũ-
7 dum vnam opin. vsq; ad 40. annos † not. in glo. in l. fin. C. in quib. cau. rest. in integ. non sit necessaria, & hæc opin. secundum Alex. in
* consi. 168. in 2. vol. est * communis, licet ipse ibi loquatur in Ecclesia quam opin. multi sectantur licet Deci. in consil. —— Aliud teneat in hoc valeat æquitas, & iudicis arbitrium.

Verum si tutor fuerit in mala fide, nõ po-
14 † ita Abb.in c.cum accessissent de const.extra,& ibi etiam Fely.& dicunt,ꝙ de voluntate haeredũ potest Episcopus dispensare pro illa vice tantum: & quando non interuenit auctoritas Episcopi, tunc etiã ad preces haeredum, potest dispensare,& admittere clericum: etiã tacite vide igitur,quia doctè hanc materiam tractat August. Beroy. in consil.7. vol.1.totũ, & in consi. sequenti, vbi diffusè.

Nec obstat, quod dicebatur ꝙ ista praesentatio non fuit formiter, quia in tali casu sufficit,si patronus scriberet Episcopo talé prae-
15 sento † ita communiter * omnes dicunt. in
* c.ea nescitur de his quae fiu.à praelat.sine cõsen.Episcopi. Abb.in 2.not. Imo sat est, ꝙ sit notus Episcopo. Idem Abb.in consi.76.Lap. in alleg. 75. casus talis est per clem. vnicam Iun.glo.in verb. (literarum) in §. praesentata de excess.praelato.

Ex quibus oĩbus anno praedicto 85. mense Nouembris determinaui, Reuerendũ Don Vitum de Polo fore instituendum, excluso D.Mario Seuerino: & ita partes ipse sunt execute,& dictus Donnus Paulus institutus, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

1 *IN sufflatio spiritus est solius Principis.*
2 *Acta facta sunt nulla, non impetrato spiritu.*
3 *Partes instantiam peremptam prorogare nõ possunt.*
4 *Quod ponitur, fateri dicitur.*
5 *Positio habet vim probationis.*
6 *Nulla maior probatio quàm oris confeßio.*
7 *Contraria non possunt esse in eodem subiecto.*

DETERMINATIO LIX.

IN Terra Martinę Prouintiae Hydrunti anno 1575. fuit orta controuersia inter magnificum Donatum Antonium Turnona, & Angelum de Barnaba super petitione ducatorum trecentum triginta trium ex quadam societate inita inter eos, & introducta causa per remedium appellationis coram Auditore secũdarum causarum fuit de communi consensu mihi commissa,vt dicerem quid iuris.Quibus respondi, vt infra.

Reperi in processu instantiam fuisse peremptam, & per Regiam Audientiam Hydruntinam fuisse insufflatum spiritum. Dixi, ꝙ ista insufflatio spiritus est solius Prin-
cipis, & ex consequenti eius Sac. Consil.
1 † ita glo.& Bald. in l. ab hostibus §. sed ꝙ ff. ex quib.cau.mino. Gramm. in decis. 59. Capic. in decis. 165. Carauit. in Rit. 248. Troysi. in Pragmatica instantia causae nu.4. Boer.decis.297.num.10. in 7.parte Alexan. in consil.247.in 2.volum. & propterea di-
2 xi omnia acta facta fuisse nulla † Doct. in l. properandum C. de iud. in princ. Ias. in §. Rursus versic. quid autem restitutio inst. de actio. Pau.de Castr. in consil. 184. in 2. volum.Felyn.in cap.de causis colum. fin. versi. conclusio nume.4. de offic.delegat. vbi dicit
* hanc esse communem opin.* quae conclusio procedit, etiam si partes consentirent. Ratio est, quia instantia perempta partes facere
3 non possunt,† vt non sit perempta ita glo. in d.l.properandum in princ.in verb. triennij, & in l.2. §.sed si iudex ff. de iud. communi-
* ter * omnes in d.l.properandum. Et per Carau.in rit.248. num.7.

Se-

Digitized by Google

Secundo ponderaui, ꝙ partes in suis articulis ponunt vnum, & clarum est, ꝙ qui ponit fatetur † l. cum precum C. de liber. caus. voluit Bal. in l. data opera C. qui accusari nõ possunt num. 4. las. in l. iudices col. fin. C. de iud. Alex. in consi. 71. vol. 3. clarum est enim ꝙ positũ habet vim probationis † Lanfran. in c. quoniam cõtra in verbo responsiones nume. 5. & adeò ista positio parti præiudicat, vt reuocari non possit ita Spacul. in titulo de positio. in §.----in versic. quid si actor. Ratio est, quia nulla maior probatio, quàm partis confessio † cap. quoniam de priuileg. exorditur Io. de Amic. in consil. 14. num. 1. & in consi. 21. & consi. 61. num. 7. & in consi. 106. nume. 2.

4

5

6

Cum igitur pars velit vnum, & testes dicant contrarium; clarum est, ꝙ neutri creditur. ratio est, quia duo contraria nõ possunt esse vera † l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. l. 1. C. de furt. Alex. in consi. 121. nu. 6. versic. confirmatur vol. 1. Marc. Mantua. in consil. 123. num. 11. Pau. de Castr. in l. 2. §. creditũ ibi, & * omnes ff. si cert. petat.

7

Cum igitur nulla probatio legitima appareret, consideratis prædictis, respondi, ꝙ malè fuit iudicatum, & bene appellatũ, qua responsione habita magnificus Auditor eam ponderauit, & tandem inter partes cõuenit. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Fratres prædicatores debent præferri fratribus Sancti Francisci.

SVMMARIVM.

1 *Fratres Sancti Francisci vti habentes antiquum monasterium præferuntur.*
2 *Fratres Sancti Dominici præferũtur eis omni iure.*
3 *Quando ordines prædicti fuerunt instituti.*
4 *Priuilegium declaratur datum Sancto Dominico.*
5 *Intellectus ad motum Summi Pontificis.*

DETERMINATIO LX.

ME Auditore Reuerẽdissimi Archipresbyteri Rutilianẽs. Nullius diœcesis existẽte anno 1585. fratres prædicatores Sãcti Dominici, & venerabiles fratres Minores etiam S. Francisci cum esset orta maxima controuersia, quis præferri deberet, determinaui, vt infra &c.

Dicebant Fratres minores Sancti Francisci, suum Monasterium per quamplurimos annos reperiri constructum, & sic tanquam antiquius præferri debere. † Quandoquidẽ Monasterium fratrum prædicatorum adhuc non est constructum mouebantur per motũ expeditum anno 1583. per Dominum nostrum GREGORIVM XIII. vbi hoc videtur determinatum.

1

Respondebãt fratres Prædicatores, ꝙ omni iure ipsi præferri debẽt primo ratione Priuilegij à Domino Honorio Tertio Domino nostro habiti † ita glo in cap. quorundam in versi. (prædicatorum) de electione in 6. & glo. in c. fi. de pact. eod. lib. & sic vt dixi ratione antiquioris institutionis; ita Fely. in rubr. de maior. & obed. nu. 5. & 6. & clarius Io. de Mont. in tract. de aucto. Mag. consi. num. 87. vbi Boer. & in tract. Heremitar. nu. 9. et tex. ad litteram in c. in suprascriptione de reg. & transe. ad religio. lib. 6. Cassan. in catalo. glor. mund. in 4. par. 68. considerat. & in consid. 69. vbi diffusè. Quia quamuis ordo Sancti Francisci fuit primitus; Habuit enim initiũ anno Christi 1210 sub anno tertio, † ita Mars. in tracta. de ecclesia. reddi c. 16. nu. 21. in tom tract. 15. par. 2. fol. mihi 348. Nihilominus ordo prædicatorum secũdum prædictos anno 1216. vel secundum aliquos anno 1218. ab Honorio Tertio Pontifice fuit confirmatus, & ordo Sancti Francisci confirmatus postea anno 1218.

2

3

Et in dicta confirmatione ordinis prædicatorum ab eodem Honorio fuit data prærogatiua præcedendi omnes alios minores † ita Crono. in supplit. Cronicar. in vita Honorij anno 1218. vbi videtur, ꝙ ordo Prædicatorum fuit cõfirmatus mense Iulij, & ordo Sancti Francisci die 27. Nouemb. 1518. & Corset. in reperto. Abb. in littera F. i verb. frater. versi. fratres Prædicatores.

4

Non obstat modo motiuum: quia sunt ferè anni sex, ꝙ orta fuit eadem controuersia, & fratres Prædicatores fuerunt missi in possessione, & ille motus in vno capite dicit, ꝙ manuteneãtur in possessione qui reperiunt.

5

In secundo capite vbi dixit, ꝙ præcedant Monasteria antiquiora. Ego intelligo de eisdem Monacis. Vt puta, nunc fit; vnum Monasterium de prædictis aliud reperitur antea constructum: isti Monaci debent præferri. Vel si fierет Monasterium Capuccinorum, qui sunt eiusdem Regulæ. Et ita intelligo motum prædictum.

Digitized by Google

11 *Hæreditas magis liberis, quàm Deo debetr.*
12 *Mulier vigore statuti, nec ad pias causas testatur.*
13 *Dos quando est restituenda, quomodocunque de ea testari non potest.*
14 *Statutum arctans testari pro anima, non valet, & ratio aßignatur.*
15 *Relicta ad pias causas regulantur secundum ius canonicum.*
16 *Quæ disponuntur ad pias causas, non sunt sub lege.*
17 *Pro anima testari potest, statuto non obstãte.*
18 *In legitima nullum cadit onus.*
19 *Mulier pro anima, & constante matrimonio, donare potest.*
20 *Mulier etiam, ꝙ non sit velata, pro anima testari potest.*
21 *Mulier iure Longobardo, etiam mundualdis inuitis, pro anima testatur.*
22 *Limitatur consuetudo Barensis. Mulier licet sit domina.*
23 *Filijs renitentibus, mulier pro anima testari potest.*
24 *Opin. animæ fauorabilis in dubio, amplectenda est.*

DETERMINATIO LIV.

PRO parte filiorum testatricis contra legatarium clericum, cui pro eius anima possessionem quandam legauit, hæ rationes productę fuere.

Primò dicebant, ꝙ in Terra Rutiliani circa dotes viuitur secundum ius Longobar. & consuetudines Ciuitatis Bari, & in eis disponitur, ꝙ viuo dotante, vel filiis, mater testari
1 non potest, etiam ad pias causas † ita est tex. §. mulier licet Domina sit, in rub. de iur. dot. sæpius à nobis supra declarata.

Ratio est, quia vsufructuaria est, & ea mortua, proprietas pertinet ad filios, vti filios
2 † per tex. §. finitur inst. de vsufruct. ergo &c.

Secunda ratio; ꝙ nec ad pias causas colligitur ex generalitate tex. cum generaliter lo-
3 quitur, & sic debet intelligi † l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. & l. quisque §. Prætor ff. de in ius voc.

Non enim distinguit, quo ad pias causas,
4 nec nos distinguere debemus † l. de pretio ff. ad l. Rod. de iact.

Secunda principalis ratio est, ꝙ nec pro anima testari potest: Hoc voluit alia consuetudo, quæ est posita sub rub. qualiter mulier alie. permiss. sit, verba cuius sunt hæc.

Mulier Religionis velamen induta in casa manens, & filios habens, poterit tertiam rerum suarum etiam filiis renitentibus pro anima iudicare.

Colligitur ex prædictis verbis, ꝙ si mulier ista non est velata, ꝙ neque pro anima testari potest, & istud argumentum sumptum à
5 contrario sensu valet, & tenet † per tex. l. 1. §. hui⁹ ff. de off. eius cui mãd. est iurisdictio.

Et nota, ꝙ mulier dicitur velata, quando non est virgo. Quia tunc dicitur, quòd est in capillo. Sic exponunt quidam hunc text. & bene.

Et præsertim, quia statuta sunt strictè in-
6 telligenda, & prout loquuntur † l. quicquid astringẽdæ ff. de verb. oblig. & à verbis statu-
7 ti non est recedendum † l. quod constitutũ, vbi Bar. ff. de test. mili. & sunt tenaciter verba
8 ipsorum intelligenda † ita Alber. Bru. in tracta. statu. in quinto articulo nu. 2. in 2. tom. tract. cum præsertim statuta sint odiosa, debent strictè interpretari, vel saltem ad literã
9 intelligi. Et minus lædant ius commune † l. præcipimus cum ibi not. C. de appell. Corn. in consi. 57. nu. 7. & 8. in litera N lib. 2. Ant. Thesau. in decis. Pedem. in decis. 37. incip. statutum num. 1. hinc est, ꝙ vbi desunt ver-
10 ba statuti, deficit statutum † ita Carol. Ruy. in consil. 93. num. 2. & num. 9. vol. 3.

Tertia principalis ratio est illa; nam statutum nostrum Barense disponit hoc propter existentiam liberorum, & de iure magis liberis quàm Deo est hæreditas relinquenda, & qui cõtrarium voluerit, alium quærat aduo-
11 catum quàm Augustinum † ita est tex. in c. fin. 27. q. 4. & no per ciuilistas in l. si quis ad declinandam C. de Epis. & Cler.

Quarta principalis ratio est. Nam Petr. de Anchar. in consil. 25. incip. videtur prima facie, vbi in terminis nostris tenet. Quòd stante statuto prædicto, ꝙ nec ad pias causas te-
12 stari potest, † & Abb in consi. 63. incip. stante quadam const. Deci. in consil. 361. in prin. Fely. in c. Ecclesiarum de cõst. nume. 6. extra, & Maxill. hoc firmat in alleg. consuetu. mulier. nume. 35. vbi plenè. Et in præsenti casu ipsemet est patronus istorum filiorum cõtra legatarium, & tenet hanc ipsam opin. quod consilium habeo ad pennam.

Quincta ratio est de tex. l. cum maritus §. fin. ff. de pact. dotal. vbi habetur, quod quando dos est restituenda, aut vigore cõtractus, aut vigore statuti, vt est casus noster; tunc mulier de ipsa dote testari nõ potest, ex quo
13 est alteri applicanda, † & ita Bald. in l. pro hæreditariis nume. 5. C. de hæred. actio. & ita decisum esse testatur Osach. in decis. Pedemon-

demontana, in decis. 20.

Pro cōtraria parte legatarij sic dicebatur, quòd tale legatum valet prima ratio est illa. Nam statutum arctans liberam testandi facultatem pro anima, non valet. ratio est, qa
14 in tali casu voluntas debet esse libera † ita no. in l. 1. C. de Sacrosan. Eccl.

Secunda ratio est, quia relicta ad pias causas, regulantur secundum ius canonicum, &
15 non secundum ius ciuile, vel statutorum † c. filius, & c. cum t ibi de test. extra.

Tertia ratio considerari potest, quòd omnia, quæ pro anima ad pias causas disponuntur non videntur esse sub lege Spiritus enim vbi vult spirat, & sic quæ spiritu Dei agun-
16 tur, sub lege non sunt † cap. licet de regu. & c. duo sunt 19. q. 2. & c. nisi cum pridem §. verū de renun. extra Spec. in rub. de elect. in §. nunc nobis restat videndum sub via inspirationis i princ. & Philip. Fran. in rep. rub. de testa. in 6. in tom. tracta. 5. nume. 129. vbi declarat, quomodo intelligitur.

Quarta ratio colligitur ex dictis Socyn. in consi. 116. 1. vol. qui concludit, ꝙ stante statuto, ꝙ mulier non possit testari vltra quar-
17 tam, † ad pias tamen causas poterit testari, & ad sui libitum disponere præsertim de le-
18 gitima, in qua nullum cadit onus † l. omnimodo C. de inoff. testa. & hanc opin. videtur tenere idem Maxill. in allegata cōsuetudine. (Mulier licet domina) nume. 52. vbi solum permittitur matri disponere de quarta parte pro anima, & idem Maxilla, licet sub dubio, in d. §. mulier religionis num. 12. versi. quicquid sit. Et dicit: (nisi decem pro centinario) in d. consuetu licet mulier num. 35.

Quinta ratio est ex Pau. Castr. in cōsil. suo 41. nume. 4. in volum. 1. & Laur. Calcan. in consil.--

Qui dicunt, ꝙ mulier etiam cōstante matrimonio pro sua anima donare potest: ergo & multò magis disponere in vltima volun-
19 tate, quæ fauorabilior est † per tex. in §. disponat in auth. de nup.

Et anima cūctis rebus, & corpori est præferenda, l. sancimus C. de Sacrosf. Eccles. Fely. in c. in præsentia de probatio. Socy. consil. 191. in 2. vol. Pau. in d. consi. 41.

Sexta ratio colligitur ex glo. Carol. Tocc. in l. Longobarda in l. si qua mulier in fin. in rubr. de sanctimonial. in litera D. vbi expressè dicit, ꝙ mulier pro anima, etiam si nō sit
o velata, testari potest, † & idem Carol. in ver. (ad quem mundium) quam allegat Afil. in decis. 260. num. 2. quod mulier.

Septima ratio est iudicis Guglielmi de Corneto in tract. diuersitatum inter ius ciuile, & Longobardū: dum dicit. Nota ꝙ mulier iure Longobardo viuēs in vltima voluntate causa mortis, vel pro anima sua potest vsq; ad tertiam partem bonorum omnium suorum bonorum alienare, vel iudicare om-
21 nibus mūdualdis suis inuitis † l. 1. & 2. qualiter mulier alie. per. sic. & de sanctiss. monialib. in Longobar. Imò si Mundij sui consentire noluerint ammittūt Mundium, & indigni sunt commodo successionis ipsius, vide si bona donata Ecclesiæ pro anima consistunt in tertiam partem bonorum, vel vsq; ad tertiam partem; donatio stabilis, & firma est. Insuper dico quod secūdūm iura canonica excommunicationis subiacent vltioni, qui talibus donationibus contradicunt. Hæc ipse.

Non obstant prima iura, quia per prædicta videtur responsum, sed particulariter dicō cum Socy. in d. consi. 116. quia quo ad legitimam. Si pro anima disposuerit, bene dispositio tenet, & sic limitatur dicta cōsuetu-
22 do (Mulier licet Domina) ꝙ quoad tertiam pro anima bene disponere potest.

Non obstat similiter secunda ratio de alio §. mulier religionis, & licet argumentum à contrario sumptum valeat, nihilominus Carol. glo. in d. l. si qua mulier ex qua l. est sumpta illa consuetudo mulier, tenet indistinctè, ꝙ pro anima de tertia etiam filiis renitētibus
23 testari poterit, † & sic male locutus fuit Maxill. in isto articulo.

Neq; tertia ratio principalis obstat, qa ille ll. loquuntur, quando penitus vellet filiū exhæredare, & dare Ecclesiæ, ita si ponderentur, verba illa disponunt.

In casu nostro omnis hæreditas datur hæredibus, sed solum pro eius anima tertia pars legari potest ergo &c.

Non obstat doctrina Anchar. & aliorum, quia intelliguntur modo, quo dixi in tertia responsione.

Vel dic, ꝙ contrarium tenuere Socy. Pau. Calcan. & sic ista opin. vti fauorabilior ani-
24 mæ, quæ cunctis rebus † est præponenda, amplectenda est.

Et sic ex prædictis suffragatus sum legatario, & partes quieuere, & præsertim idē Maxilla patronus tūc causæ. Et Domino sit laus anno 1579.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Dos promissa sine scriptura etiam debetur consuetudine Barensi in contrarium non obstante.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dos promissa sine scriptura etiam debetur.*
2 *Dos certa sine scriptura peti potest.*
3 *Duæ specialitates concurrere in idem nō possunt.*
4 *In dote promissa inest de iure stipulatio.*
5 *Marito competit actio, & exceptio ex dote nudo pacto promissa.*
6 *Promissio constituendi dotem, habet eundem effectum, ac si esset constituta.*
7 *Consuetudo Barensis prouidet, ꝙ dos sine scriptura non probetur.*
8 *Statutum arctans facultatem probandi, validum est.*
9 *Probatio, quæ fit per quinque testes valet, ac si fieret cum scriptura.*
10 *Promissum aliquod, si non potest probari per scripturam, sufficit probare per testes.*
11 *Statutum recipit interpretationem secundum ius ciuile.*

DETERMINATIO LV.

VTRVM ducati centum à Flora de Crescente Terræ Capursij in dotem promissi Magnifico Iacobo Capobianco, extra instrumentum dotale, antequam contraxisset, vt iam postea per verba de præsenti cum Magnifica Lucretia contraxit; Nunc petere possit? Requisitus ab vtraque parte de veritate, sic respondi. Anno 1588.

Non ambigitur, ꝙ dos promissa nudo pacto cum scriptura, vel sine, peti potest, etiam si stipulatio in pollicitatione rerum dotaliū
2 non fuerit subsecuta † ita est text. ad literam in l. ad exactionem C. de dot. promission. vbi glo. in verb. (si stipulatio) & concludit, ꝙ est speciale in dote, vt ex nudo pacto oriatur actio. Quia regula est in cōtrarium, tanto magis in casu nostro procedit, quia fuit promis-
3 sa res certa videlicet, ducati centum † ita no. in l. 1. C. eod. tit.

Et ratio est illa, ne duæ spetialitates con-
3 currerent † ita scribunt omnes in l. ad exactionē, & in l. 1. in prin. C. de rei vxor. actio. vbi habetur, ꝙ de iure codicis fingitur, ꝙ in-
4 est stipulatio, † & ideo Odofr. in d. l. 1. & in
* d. l. ad exactionē, * vbi etiam Dom. Cyn. Bar. & alij sequuntur, dixit ꝙ dos siue promittatur cum stipulatione, vel sine, & nudo pacto, semper debetur.

Sequitur, ꝙ huic marito, cui fuerunt promissi ducati centum, & sic res certa, compe-
5 tit actio, & exceptio † l. si pro te pater, alias pater C. de dot. promissione.

Hac de causa Bald. nouell. in tract. dot. in 6. par. principali in primo priuileg. sic dixit, ꝙ siue promissio fiat per mulierem, siue per alium extraneū, marito, vel alteri pro eo recipienti, si dos simplici pacto citra stipulationem promittitur, huiusmodi pactum est efficax ad agendum per condictionem l. ad exa-
* ctionem: & ꝙ hæc opi.* sit communis testatur Gramm. in dec. 103. nume. 7. & Afflict. in Dec. 61.

Et Bal. in l. fin. C. de dot. promissio. dicit, ꝙ promissio constituēdi dotem, habet eundem
6 effectum, ac si esset constituta † quem sequitur. And. de Iser. in c. 1. in num. 35. sub rubr. de nat. succ. feu. l. & Alex. in consil. 220. in 4. volum. Affl. in dicta decis. 61. Ant. de Alex. in consuet. Neapolitana incip. dos, & quarta sub rub. de iur. quar. in litera B. in fi.

At in casu isto, matrimonium est secutum per verba de præsenti, merito maritus ad petendum dictos ducatos cētum pro dote agere potest l. item quia §. huius rei argumentū ff. de pact. l. dotis promissio, & l. promittendo ff. de iur. dot.

Prædicta de iure communi de plano procederent, nisi aduersarentur consuetudines Barenses, secundum quas viuitur in Terra Capursij. Vna est sub rub. de test. quę incipit. Licet viuæ vocis &c. altera, quæ est sub rub. de iur. dot. & incipit (Moribus receptum est) in quibus habetur, ꝙ dos sine scriptura, nul-
7 la ratione probetur. † Hic maritus respectu dictorum ducatorum centum nullam scripturam habet, ergo eam petere, & probare nō potest, & sic excludendus est. Nam statutum
8 arctans facultatem probādi, validum est † ita dixit Alex. in consil. 36 & in consil. 50. lib. 5. & Deci. in c. sicut de probat. extra.

Ad hoc obiectum respondetur, ꝙ licet dictum statutum sit validum, nihilominus si hæc promissio probatur per quinque testes idoneos, tali casu habetur ista probatio, ac si
9 esset cum scriptura † ita est tex. ad literam in l. testium ibi (nisi quinque testes idonei) C. de testi. & voluit glo. in c. licet vniuersis in verb. (duorum) de testibus extra Hypp. de Marsi. in rub. de probationibus num. 38. & post Abb. voluit Deci. in d. c. sicut versic. (secundo limitatur) nu. 14. de probatio. extra, & in materia statuti ita dixere Ant. de Alex. Neapod. & Cæsar Salern. in consuet. Neapolitana incip. dos, & quarta. Vbi etiam dicūt, ꝙ Decius dat vnam cautelam, ꝙ quādo quis

non

Digitized by Google

non potest probare per instrumentũ, vel per
scripturam ꝙ sibi est promissum, ꝙ tali casu
potest promissum probare per testes, & agere ad cogendum promittentem ad faciẽdam
10 cautelam, † & Camill. & Cæsar Saler. dicũt
ibi, ꝙ ita seruatur in Sacro Regio Consilio.
Ratio quidem est in promptu, quia statutũ
11 recipit interpretationem, secundum ius † ita
Io.Bap.Caccial. in tract. de arbi. suspect. &
fugit. q.6.nu.3.to.m.tract.3.par.2.

Ex prædictis igitur determinaui in fauorem mariti, & sic inter eos conuenit. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Ob Mariti debitum bona dotalia exequi non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Bona tẽpore obligationis, & postea in causa assistentiæ fuisse probari oportet.*
2 *Pro debito mariti, res dotalis exequi non debet.*
3 *Dos vigore consuetudinis Barensis per testes probari non potest.*
4 *Statutum restringens facultatem probandi, valet.*
5 *Quinque testes, & scriptura parificantur.*
6 *Statutum interpretatur secundũ ius cõmune.*
7 *Testes quinque, qui subrogantur pro scriptura, debent probari esse idonei.*
8 *Intell. ad consuetudines prædictas Barenses.*
9 *Statutum tantum disponit, quantũ loquitur.*

DETERMINATIO LVI.

ANNO 1581. quo tempore Molæ Regius, & primus Gubernator fuit Illust. Ferdinandus Scaglionus, & illius ego ordinarius Iudex, per Magnificos de Gentile cõtra Paduanum de Alba, vti possessorem cuiusdam domus, in ea fuit petita assistentia vigore instrumenti omni sollemnitate vallati debiti cuiusdam Mallelli eorum debitoris pro ducatis 80.

Pro parte actorum fuit probatum, domũ prædictam tempore obligationis fuisse, &
esse in bonis dicti Maselli, & nunc penes Pa-
1 duanum reperiri † iux.trad. in l. Regni assistentiam, & iux.no. in l.extat vbi Alex. ff. de eo quod met caus.cum infinitis.

Pro parte Paduani fuit probatum qualiter domus non fuit quõdam Maselli, sed dotalis Ghetæ suæ vxoris; itaq; si possidebat, erat vti maritus; & ex consequenti pro debito mariti, non est exequenda domus talis suæ
2 vxoris † iuxta Bar. Doct. & Bald. ac aliorum
* in l.ob maritorum C.ne vxor pro mari.

Dicebant actores, quòd Terra Molæ est in Prouintia Bari, & viuitur in ea secundum cõsuetudines Ciuitatis Bari; inter quas sunt duæ cõsuetudines, verba cuius sunt hæc: vna est sub rub. de iure dotium quæ incipit.

(Moribus receptum est, vt dos nunquam
3 sine scriptura nulla ratione probet.) ex † quibus verbis colligitur, ꝙ dos nõ potest probari per testes, sed per scripturam, in casu isto non probatur per scripturam hanc domum esse dotalem, ergo &c.

Altera est sub rubr. de testi. verba cuius hæc sunt.

Licet viuæ vocis testimonio sit credendum tamen interdum fides testiũ minus sufficienter iudicatur, vtpotè si dos petatur; si Morgincap. traditum dicatur, aut. mefium obligatum, si de proprietate vrbanorum prædiorum, vel Rusticorum in iuditio disceptatur, si de emancipatione dubitet, si mutui quantitas vnam vntiam excedat, si compositio nongentorum solidorum postuletur; si ex testamento agatur in his casibus quilibet testis expellitur.

De iure communi valet consuetudo, vel statutum restringens facultatem probandi,
4 † vt sunt iste, ita Alex. in consil. 36. & consil. 50. lib. 5, & Dec. in cap. sicut de probatio. extra num. 5.

Contra prædicta fuit dictũ, ꝙ in casu sunt examinati quinque testes, ita ꝙ quando statutum prohibet probationem testiũ, sed requirit scripturarum. Tali casu; quinque te-
5 stes habentur pro scriptura † ita Doct. dicũt in l.testium C. de test. Marsi. in rub. de probat. nu. 37. & 38. glo. in c. vniuersis in verb. (duorum) de test. extra Abb. & post eum Decius in cap. sicut versi. (secundo limitatur) num. 14. de probat. extra ita etiam Neapod. Ant. de Alex. & Cesar Sal. in cõsue. Neap. incip. Dos, & quarta sub rub. de iur. quæ. Maxill. in d.consuet. num. 10.

Ratio est, quia statutum interpretatur se-
6 cundum ius commune † arg. c. cum dilectus de censi. extra. Itaque si quinque testes deponunt, habetur ac si per scripturam probatio facta esset.

Hæc de plano procederent, sed obstat, ꝙ non est probatum, ꝙ illi quinque testes sunt
idonei. Nam tex. l. testium de testi. requirit, 7

vt

vt testes sint idonei: ita sunt verba ibi (nisi quinque testes idonei) & hæc qualitas requisita à l. vel statuto debet articulari, & probari: ratio est: quia est causa inductiua proba-
7 tionis † ita Ang. in l. 2 §. fin. ff. quemadmod. test. aperi. Hyppol. sing. 187. per Moder. add. ad Affl. in l. Regni. Si quis in posterum num.
* 13. & hæc Ang. opin. * est communis, vt per Couarr. in c. relatum de test. extra num. 6. & Affl. in l. Regni corruptelæ crimen in 2. lib. sub rub. de pen. iud qui mal. iud. & idem in decis. 38. nu. 28. Tiraq. in tract. de præscript. in verb. (bona fide) in glo. 2. Barba. inter Cōsil. Calca. 58. Sed in casu isto, ista qualitas nō est probata, ergo &c. Et dixi in Deter.

Ego verò dixi, quod prædicta non procedunt in casu nostro: nam si ponderetur verba statuti dicunt (vtpotè si dos petatur si Morgincap. traditum dicatur, aut messium obligatum) & verba alterius consuetudinis moribus sunt illa verba (dos nunquam sine scriptura probetur).

Ponderatis igitur verbis prædictis colligitur ex eis, quod si quis petierit dotem, vel dicat
8 esse traditum instrumentum † Morgincapitis, vel obligatum messium: quæ petitio pōtest esse, si fit ex parte mariti petentis dotes sibi tradi promissas; vel si à muliere petatur Morgincap. vel messium: tūc, & isto casu requiritur scriptura, & sic procedunt consuetudines.

Nos verò sumus in assistentia in re dotali pro debito mariti petita. Mulier probat per testes rem dotalem, & sic sumus extra casum consuetudinum, quia statutum tantum di-
9 sponit quantum loquitur † ita Tiber. Decia. in resp. 13. num. 13. Consuetudines loquuntur in petēda dote. Casus iste est, ad probandam rem dotalem, contra creditores, vt pro debito mariti non exequantur iux. regulam d. l. ob maritorum ergo &c. & sic determinaui possessorem absoluēdum, & pars de Gentile, ne vllum quidem post hac verbum. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Rector iuris patronatus laicorum, non potest in praeiuditium patronorum parum bonorū alienare, neque ad benificandum dare, & successor reuocat, solutis meliorationibus, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Plantatio vineæ, dicitur melioratio vtilis.*
2 *Scienter mercans rem Ecclesiæ, dicitur malæ fidei possessor.*
3 *Malæ fidei possessor meliorationes vtiles non recuperat, nisi deductione, vel abrasione.*
4 *Ecclesia quandoque lucratur cum aliena iactura.*
5 *Emptor, an habet regressum de euictione contra Rectorem.*
6 *Declaratur, quando datur Regressus de euictione.*
7 *Arbor in fundo alterius fit alterius, ex alimento Terræ.*
8 *Pau. de Castr. doctrina interpretatur.*
9 *Expensa facta in instruendo seruum alienum quando recuperantur.*
10 *Melioramenta semper sunt facientis, pro quibus datur retentio.*
11 *Colonus, & bonæ fidei possessor, expensas repetunt.*
12 *Meliorationes factæ in re subiectæ fideicommisso, debent restitui per fideicommissarium.*
13 *Idem in feudatario.*
14 *Idem in marito.*
15 *Regulariter, qui non habet dominium perpetuum, semper melioramenta recuperat.*
16 *Clericus vita durante, est vsufructuarius.*
17 *Ratio assignatur, quare vsufructuarius non recuperat.*

DETERMINATIO LVII.

REVERENDVS Donnus Bartholomæus de Capitortis Terræ Rutiliani Rector cuiusdam benefitij iuris patronatus laicorum Ioanni Petro de Philippo Terræ prædictæ quendam dicti benefitij fundum ad vineas plantandas ad medietatem alienauit, mortuo eo, compatroni præsentauerunt alium Rectorem, & in dicto benefitio institutum, qui auferre volebat medietatem dicti fundi vineæ plantatæ, & hac de caussa orta fuerūt iurgia. Deinde vti consultor Reuerēdæ Curiæ Archipresbyteralis, & de communi consensu sic inter eos determinaui.

Ego consideraui vtrum plantatio vineę sit
1 melioratio necessaria, vel vtilis, † & sic reperi Pau. de Castr. in consil. 270. in 2. lib. incip. viso puncto supradicto in num. 7. dicentem hæc verba: si tamen sponte hoc fecerunt, talis impensa, non dicitur necessaria, sed vtilis, & voluntaria. Ex quibus verbis colligitur quod plantatio videtur vtilis, vel volunta-

tia.

ria. Sed tex.in l.colonus ff locati apertè ostédit, ꝙ plantatio vineæ vtilis est ibi (an sumptus vtiliter factos in instituendis vineis)ecce qualiter sunt sumptus vtiles.

Secundo consideraui, an iste qui scienter mercatus est rem Ecclesiæ, dicitur bonæ, vel malæfidei possessor. Et intrepide dico, ꝙ qui contra iura mercatur malæ fidei possessor est
2 † cap.qui contra de reg.iur.in 6. & no. in c. si quis presbyterorum de reb. Ecclesiæ non alien.vbi Imo.post alios. Ita Bened.Capra.in rep.clem.monasteriorum de reb. Ecclesiæ nõ alien.num. 17.in tom.rep.6. & Par. in rep.c. si diligenti nu.26. de præscrip. in tom.4. rep. vbi declarat hanc regulam.

Consideraui ergo ꝙ iste cum sit malæfidei possessor, meliorationes vtiles, vel voluptarias non recuperat, nisi per deductionem, vel
3 abrasionem † ita Imperat. in l.domũ in vers. (sin autem vtiles C. de rei vend. & in l. ideq; §.idem Labeo ibi(qđ procurator citra mandatum ad voluptatem fecit permittẽ lum ei auferre, quod sine damnò domini fiat) & l. vtiles ff. de pet.hær. ibi (vt tamen prædictas ei fiat tollendorum eorũ quæ sine detrimento rei tolli possunt) no. per glo.& alios in l. 1. C.de infantib.expos.qui text. est quasi contrarius, sed dicemus infra, & not.in l.Sinautem §.sed si seruũ ff. de rei vend.est text.l.fi. C.commu de lega.& in §. certè in fi.inst.de rer.diuisio.& Nicos.in tract Pigno.in 5 parte principali, in quarto membro, in nona cõclusione num.19.& Vezzi. in rub.de iur.emphyteotico in nu 384 in tom.com.opi.1.

Cano.in cap.ad euidétiam in rub. de reb. Ecc.non alien.dicunt ibi cõmuniter, ꝙ nulla datur actio, ibi glo. & Innoc. & Odofr.in auth.qui res C. de sacrosf.Eccl.dicit hanc esse * communem opin. & ibi Cyn. Bar.Bald. Ang.& Salyc. Et sic concludebã ꝙ si expensæ vtiles, vel voluntariæ abradi, vel deduci nõ possunt sine læsione, ꝙ eas malæfidei possessor amittit. Ita etiam Garf.in tract.expens. & meliora.cap.5.in tom.tracta.17. Corn. in consi.221.in 3.vol.& in consi. 244. eod.vol. in littera D. firmat, ꝙ impense voluntariæ factæ à malæfidei possessore in re aliena, peti nequeunt, etiam si per illas, dominus rei efficiatur locupletior cum iactura expendétis. Nec etiam per viam retentionis consulitur per tex.l. adeo §.ex diuerso ff.de acq.rer.domin. Nicosan.in allegato loco num.9.in prima conclusio.

Et sic restabat videre, licebat ne Ecclesiæ lucrari cum aliena iactura; & in casu isto licere vidi
4 † ita est glo.in terminis in auth.qui rem in verbo ... C. de Sacrosf. Eccl.

Secundo considerabam etiam, an contra Rectorem regressum habeat de euictione. Gloss.in c.vulterane 12.q.2. dicit, ꝙ malæfidei possessor remouetur ab vsucapiendo, sed quantum ad agendum de euictione dicitur bonæfidei, & sic secundum glo. illam, habebit iste regressum contra Rectorem.

Ego ex dictis Doctorum omnium, distinguendo, ita mecum reputabam.

Aut iste Ioannes Petrus sciebat factum, &
6 ius scilicet, † ꝙ fundus erat Ecclesiæ. Et isto casu si emit, & sibi cauit de euictione, tunc regressum habebit contra Rectorem.

Aut ignorauit, & tunc, Aut emit ré prohibitam alienari, tũc efficitur malæfidei possessor, & non recuperat, nisi sibi cauit, etiam si non esset soluendo, ab Ecclesia nõ recuperat. Ratio est, ne ex suo dolo commodum reportet l.planè ff de leg. 1.

Aut ignorauit rem non esse prohibitam, & isto casu recuperat pretiũ. Quia cum arbor alterius, fit alterius ex alimento Terræ
7 † l.hoc amplius § de his versi. Alphenus ff. de damn.infect.& abradi non potest, nec deduci, ꝙ in isto casu datur actio in factũ pro existimatione instar ferruminatorũ l. In rem §.Item quæcunque ff. de rei vend. ita etiam glo.in l.idẽ Pomponius §. de arbore in verbo (dabant) in fin.ff.eod tit. hoc in terminis voluit Pau.de Castr. in consil. 170. in 2.vol. nume. 7. dum dicit. Sicut expensæ factæ in plantando vineas. Quia in eis non habet lo-
8 cum abrasio † per text. l.infundo ff eod.tit. vbi Bar. ratio est, vt dixi, quia non habet locum abrasio, quoniam adiectæ sunt per extimationem nullo modo repetuntur etiã per viam exceptionis, sed cedunt lucro fundi, & Domino fundi, sicut & expensæ factæ in in-
9 struendo seruum † l.sinautem §. fi. cũ l.seq. ff. de rei vend.& Nicosant.in tract. in quinta par.principali in 4. membro num. 11. dixit sequendo Paul.idem. Nam expensæ factę in plantandis vitibus, vel arboribus, si arbores sunt fructiferæ, vt vites, & oliuæ, sunt reficiendæ &c, intelligas modo, quo supra.

Et adeo est vera ista cõclusio, vt regula sit generalis, ꝙ melioramenta semper sunt fa-
10 cientis † ita, vt in re, in qua facta sunt, de iure insistere possit, neq; illam relaxare tenetur, donec ei non fuerint soluta. Hoc videtur apertè in colono, vt l.Dominus horreorum §.in conducto ff.locati. Et Clarius in l. colonus, eod.tit.vbi apertè dicit, ꝙ si quis in fundo conducto absq; lege locationis vineas posuerit, seu instituit, ꝙ expensas institutio-

nis

Digitized by Google

nis consequetur ibi (re, vel expensas consequuturum, vel nihil amplius præstaturum) Par.in consi.79.num.16.vol.3.

Intelligas procedere, quia ideo repetit. Quia est Colonus, seu inquilinus, & bo-
11 næfidei: secus in illo, qui est malæfidei † per d.l.fi.in fi.C.com.vtr.legat. & ita glo. in d.l. colonus apertè declarat in verb. (consequuturum) ff.eod.

Idem dicitur in emphyteuta, etiam si esset emphyteusis Ecclesię Doct. in l.2. C. de iur.emphyt.

Idem dicitur in fideicōmissis, ꝙ licet melioramenta in eis facta cedunt solo. Tamen per fideicommissarium debent solui, & satis-
12 fieri † l.domos cum seq.vbi Bar.Bal.&* omnes ff.de lega.3.
13 Sic obseruatur etiam in feudatario † c. 1. §.si vassallus in tit. hic finitur lex Corn. in consi.147.in 2.vol.

Hoc obseruatur in marito, quia si fundus à marito melioratus reuertatur ad vxorem, hæredes mariti consequuntur melioramen-
14 ta prædicta † l.diuortio §.impendia ff.solu. matrim. cum tit.de impens.in reb.dot fac.

Et generaliter quicunq; habet dominium non perpetuum, si meliorat rem, retinet, do-
15 nec ei soluantur, † ita Cuman.in consil.57. Deci.in consi.518.nu.2. per glo.in auth.qui rem C. de Sacros.Ecclesi. Abunde Tiber.Decian.in respon.29. in prima q.in princ. & in num.5.vbi doctè, & dictus Garzi.in d.tract. in d.c.5.de expens. & meliora. in tom.tract. 17.& ita intelligas prædicta, & Pau. de Cast. cum distinctione, de qua supra.

Ex quibus omnibus determinaui in fauorem patronorum, & clerici nouiter Rectoris instituti: & ea etiam Ratione, quia clericus vita durante est vsufructuarius † c. præsenti de off.ord.in 6.

Et si aliquis cōduxit ab vsufructuario fundum per quinquennium, & in eo sumptus fecit, quasi quinquennio fruiturus, sumptus nō recuperat, si fructuarius ante quinquennium moritur. Ratio est, quia hoc euenire
17 posse prospicere debuit † ita est tex. ad litteram in l.si quis domum §.idem quærit ff.loca.vbi scribentes &c.Garz.Hispan.in tracta. de expens.& meliora.in cap.14. num.17.

Sed partes hoc videntes de cōmuni etiam consensu quieuere, & sic nouus rector habuit fundum vineis plenum, restituta modica parte sumptuum, stante rectore mortuo, & suis hæredibus non soluēdo de æquitate. Et Domino sit laus.

Sempronius Asc[illegible] I.D.

ARGVMENTVM.

1 *Iuspatronatus laicorum, vel Ecclesiæ quando dicitur.*
2 *Præsentantes debent docere de suis iuribus.*
3 *Iuspatronatus donari potest.*
4 *Iuspatronatus extraneo sine consensu Episcopi donari non potest.*
5 *Episcopo donationi non consentiente à donatore ius non abdicatur.*
6 *Donatio simplex iurispatronatus si fieret cōpatrono sine Episcopi consensu valet.*
7 *Iuspatronatus cum vniuersitate bonorum transit.*
8 *Iuspatronatus ad hæredes sanguinis non transit.*
9 *Iuspatronatus si transit cū vniuersitate multo magis cum vniuersalitate hæreditatis.*
10 *Iuspatronatus transit ad hæredes.*
11 *Per præsentationem, & institutionem acquiritur quasi possessio iurispatronatus.*
12 *Sacerdos in actu quando requiritur.*
13 *Procedit, etiam si esset Diaconus.*
14 *Limitatio ad hanc regulam declaratur.*
15 *Præsentatio, quomodo fieri debet.*

DETERMINATIO LVIII.

ANNO 1583. quidam Nicolaus Carella Terræ Rutiliani Cappellam quandam, sub vocabulo Santa Maria del Palazzo construxit, eamq; consensu Episcopi dotauit, iusq; patronatus laicorum fundauit: moritur relicta sola filia fæmina Flora, quæ cum viueret dictum ius patronatus familiæ de Seuerino donauit: tandem in vltimis constituta, suum hæredem vniuersalem orgāntinum de Leonibus instituit, & donationem prædictam reuocauit: Organtinus mortuo suo Rectore præsentauit in d.Cappella, & benefitio Donnum Bartholomæum de Capitortis, qui anno 1585. mortuus est, venit familia de Seuerinis, & præsentat Donnum Marium, familia Organtini de Leonibus, præsentat D. Vitum de Polo, & orta controuersia determinaui, vt infra.

Antequam ad decisionem præsentis causæ descendamus, notandum est, qualiter sumus in benefitio iuris patronatus laicorum, & non ecclesiasticum: Ratio est euidens. Nā fundator fuit laicus, de bonis propriis Cappellam prædictam cōstruxit, & dotauit, imò si esset clericus, & dotaret de proprio etiam
1 diceretur laicale † est glo.in clem. plures in verb.

Digitized by Google

verb. (præsentare) de iur.patro.Rocc.in sua rep.in verb. ius nu.13.Aym.Crau. in consil. 64.num.4.volum.1.Couarr. in pract.quæst. in c.36. in 2.tom. vbi dicit, ꝙ hæc est com-
* munis opin. * vbi etiam declarat, ꝙ dicitur tunc ecclesiasticū, quādo à laico datur potestas Ecclesiæ, vel collegio præsentandi, vt Rocc.de Curt. etiam declarat in loco citato, & Abb.in c.illud de iur.patron.extra.

Pro parte Abbatis Marij Seuerini præsentati à familia de Seuerino, dicebatur ipsum instituí debere. Primo quia probatum est in
1 p rocessu de iuribus præsentantium, † vt not. i n c.Cum vos, vbi Bald.nu.1.in 2.not. de off. ordina.extra.

Et vt plenè constet, fuit præsentatum instrumentum donationis factæ à flora hærede vniuersali fundatoris benefitij: Nam donauit prædictis, & donatio iuris patronatus
3 benefieri potest † ita est text.in c. ex insinuatione, vbi glo.& scribentes de iur.patr.extra.

Pro contraria parte dicebatur, ꝙ illa donatio fuit simplex de benefitio prædicto, & tali casu extraneo sine cōsensu Episcopi do-
4 nari non potest † ita loquitur dictus tex.c.ex insinuatione pro parte cōtraria allegatus, & Ias.in consil.97. incip.inspectabilem nu.14. vol.1.not.Abb.in c.illud de iur.patron. Archi.in c.piæ mentis 16.q 7.& dicit hanc esse
* communem * op. refert Dec. in consil. 995. num.2.visa donatione, & Ioseph Lodou.in rubr.de iur.patron.in conclus.vni.versi. acquiritur etiam in tom.comm.opin.lib.3.

Cum in casu isto nō adsit aliquis consensus Episcopi, illa donatio fuit,& est nulla: & donec superior non consenserit, nunquam
5 ius præsentandi à donāte est abdicatum † ita declarat Abb in c.cum seculum in fi. de iur. patron. extra, & ita Rotæ decisum fuisse testatur Reuerendissimus Puteus in sua decis. 16.in 2.lib.vbi doctè,& sic ex dicta donatione consensu non existente Episcopi, nihil transfertur. Ita declarare vidi hanc esse com-
* munem * opinionem Dom. Viu.in sua Silua in opin.217. incip. donari, ac concedi nu.4. & 5.primo lib.per glo.Calder.Abb. & omnes in c.quod autem de iur.patron.& ꝙ hæc
* est magis communis * voluit Deci.in cap.de Monachis num.27. de præbend. & idē Dec. in consi.596.num.4.& num.11.& 541.nume.2. in 3.par. & Rocc.in Rep.rubr.de iur. patro.in verbo ipse,vel 15.nume.37.in tom. repet.4.& idem in versi.pro eo nu.41.

Vel secūdo ille tex. c.ex insinuatione procedit, quando donatio,seu cessio simplex fie-
6 ret alteri compatrono † ita gloss. declarat in verb.(contulerit) & Lambertin in 36.art.2. quæst.1. 2.par. lib.2.num.15. & in 10. artic.2.par.p.2.& in 12.artic.primæ q.prin. secundæ part.lib.1.

Isti de Seuerino sunt prorsus extranei, nō de familia fundatoris. Ergo donatio nulla.

Et ꝙ ipse D. Vitus præsentatus ab illis de familia Organtini de Leonibus institui debet, probatur sic.

Flora, hæres sanguinis,& vniuersalis fundatoris in vltimis constituta, instituit suum hæredem vniuersalem dictum Organtinum, & donationem factam familiæ de Seuerino reuocauit,& clara est omnium cano. conclusio, ꝙ ius patronatus cum Vniuersitate bonorum transit etiam ad hæredes extraneos
7 † per tex.c.cum seculum, & c. ex litteris eo. tit.de iur.patron.extra,& in terminis est tex. cap.considerandum 17.q.7.& c.si plures, & c.quoniā eod.tit.de iur.patro.extra,& Rocc. de Curt.in rub.de iur.patro.in verb.(pro eo) & Cro. in c.de iur.eod.tit.nu.1. exclusis hæredibus sanguinis.Ita Innoc.declarat in cap. donatione, & cap. consultationibus eod.tit. & sic opin. tenentium quòd vadit ad hære-
8 des sanguinis, etiā si non sint hæredes † arg. cap.cū filijs 17.q.7.& arg.l.filij ff. de iur.patro.& l.Aurelius ff. de lib.legat.dicit Innoc. ꝙ non est vera. Nam ꝙ transit cum Vniuersitate etiam ad extraneos est, tex.in c.ex literis eod.tit. de iur.patro.extra,& Crot.in cap, cum autem num.20.de iur. patro.in tom.re-
* pe.4. vbi dicunt hanc esse * communē opin. & ita concludit Abb. in d.c.illud versi.in hac 2.distin.num.5. & idem in quæst. incip.Augerio.in princ.vbi etiam tenet,ꝙ etiam cum consensu Episcopi non potest donare laico:
* sed communis est in contrarium, vt Calder. in consil.4.sub rub.ead.Hostiens.in §.qualiter transfertur. Archidiac.in d.c.piæ mentis 16.q.7.nu.6.Rocc.in ead.rep.in ver.ipse--- nu.28.30.& 36.Dec.in consil 541.1.colum. Lodo.in recoll. com.op.in rub.de iur.patro. versi.acquiritur etiā donatione, & sic exclusio D.Mario dicemus, ꝙ si dictum ius patronatus transit cum Vniuersitate bonorū; Mul-
9 to magis cum hæreditate, † & hæc est cōmu-
* nis opi.* vt refert Rocc.in citato loco nu.17. nu.19.& 24.versi.vndecimo quæro:& ꝙ ius patronatus transit ad hæredes,tenet Aug.Beroi.in consil.6.num.25.vol.1.est videre Menoch. in consi.90.nu.100. lib.1. & Ioseph in loco prędicto,& amplè Vincen.Carro.in reg. quid prohibetur de reg.iur.lib.2.versi. (amplia 2.) num.4.in tom.rep.5. Abb.in c.1. de iur. patrona.Ias.in l.1.nume.71. ff.de lega.1.

Digitized by Google

Secundo ponderaui, ꝙ partes in suis articulis ponunt vnum, & clarum est, ꝙ qui po-
4 nit fatetur † l. cum precum C. de liber. caus. voluit Bal. in l. data opera C. qui accusari nó possunt num. 4. Iaf. in l. iudices col. fin. C. de iud. Alex. in consi. 71. vol. 3. clarum est enim
5 ꝙ positũ habet vim probationis † Lanfran. in c. quoniam cõtra in verbo responsiones nume. 5. & adeò ista positio parti præiudicat, vt reuocari non possit ita Specul. in titulo de positio. in §.---in versic. quid si actor. Ratio est, quia nulla maior probatio, quàm partis
6 confessio † cap. quoniam de priuileg. exorditur Io. de Amic. in consil. 14. num. 1. & in consi. 21. & consi. 61. num. 7. & in consi. 106. nume. 2.

Cum igitur pars velit vnum, & testes dicant contrarium; clarum est, ꝙ neutri creditur. ratio est, quia duo contraria nó possunt
7 esse vera † l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. l. 1. C. de furt. Alex. in consi. 121. nu. 6. versic, confirmatur vol. 1. Marc. Mantua. in consil. 123. num. 11. Pau. de Castr. in l. 2. §. creditũ
* ibi, & * omnes ff. si cert. petat.

Cum igitur nulla probatio legitima appareret, consideratis præ dictis, respondi, ꝙ malè fuit iudicatum, & bene appellatũ, qua responsione habita magnificus Auditor eam ponderauit, & tandem inter partes cõuenit. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Fratres prædicatores debent præferri fratribus Sancti Francisci.

SVMMARIVM.

1 *Fratres Sancti Francisci vti habentes antiquum monasterium præferuntur.*
2 *Fratres Sancti Dominici præferũtur eis omni iure.*
3 *Quando ordines prædicti fuerunt instituti.*
4 *Priuilegium declaratur datum Sancto Dominico.*
5 *Intellectus ad motum Summi Pontificis.*

DETERMINATIO LX.

ME Auditore Reuerẽdissimi Archipresbyteri Rutilianẽs. Nullius diœcesis existẽte anno 1585. fratres prædicatores Sãcti Dominici, & venerabiles fratres Minores etiam S. Francisci cum esset orta maxima controuersia, quis præferri deberet, determinaui, vt infra &c.

Dicebant Fratres minores Sancti Francisci, suum Monasterium per quamplurimos annos reperiri constructum, & sic tanquam
1 antiquius præferri debere. † Quandoquidẽ Monasterium fratrum prædicatorum adhuc non est constructum mouebantur per motũ expeditum anno 1583. per Dominum nostrum GREGORIVM XIII. vbi hoc videtur determinatum.

Respondebãt fratres Prædicatores, ꝙ omni iure ipsi præferri debẽt primo ratione Priuilegij à Domino Honorio Tertio Domino
2 nostro habiti † ita glo in cap. quorundam in versi. (prædicatorum) de electione in 6. & glo. in c. fi. de pact. eod. lib. & sic vt dixi ratione antiquioris institutionis, ita Fely. in rubr. de maior. & obed. nu. 5. & 6. & clarius Io. de Mont. in tract. de aucto. Mag. consi. num. 87. vbi Boer. & in tract. Heremitar. nu. 9. e. t tex. ad litteram in c. in suprascriptione de reg. & trans. a l religio. lib. 6. Cassan. in catalo. glor. mund. in 4. par. 68. considerat. & in consid. 69. vbi diffusè. Quia quamuis ordo Sancti Francisci fuit primitus; Habuit enim initiũ
3 anno Christi 1210. sub anno tertio, † ita Mars. in tracta. de ecclesia. reddi c. 16. nu. 24. in tom. tract. 15. par. 2. fol. mihi 348. Nihilominus ordo prædicatorum secũdum prædictos anno 1216. vel secundum aliquos anno 1218. ab Honorio Tertio Pontifice fuit confirmatus, & ordo Sancti Francisci confirmatus postea anno 1218.

Et in dicta confirmatione ordinis prædicatorum ab eodem Honorio fuit data prærogatiua præcedendi omnes alios minores † ita
4 Crono. in supplit. Cronicar. in vita Honorij anno 1218. vbi videtur, ꝙ ordo Prædicatorum fuit cõfirmatus mense Iulii, & ordo Sancti Francisci die 27. Nouemb. 1518. & Corset. in reperto. Abb. in littera F. i verb. frater, versi. fratres Prædicatores.

Non obstat modo motiuum: quia sunt ferè anni sex, ꝙ orta fuit eadem controuersia,
5 & fratres Prædicatores fuerunt missi in possessione, & ille motus in vno capite dicit, ꝙ manuteneãtur in possessione qui reperiunt.

In secundo capite vbi dixit, ꝙ præcedant Monasteria antiquiora. Ego intelligo de eisdem Monacis. Vt puta, nunc fit; vnum Monasterium de prædictis aliud reperitur antea constructum: isti Monaci debent præferri. Vel si fieret Monasterium Capuccinorum, qui sunt eiusdem Regulæ. Et ita intelligo motum prædictum.

Digitized by Google

Secus de vna religione, quia tunc priuilegia iuris cōmunis sunt in suo robore, alias esset destruere omnia prædicta iura.

Et sic tuli sententiam pro fratribus Prædicatoribus, & quia appellauerunt tempore, quo fuit creatus Pontifex SIXTVS V. de ordine ipsorū Minorum. Habuerunt recursum ad Sanctam Sedem, & cum in Vrbe essent, non fuerunt auditi, & sic paruerūt sententiæ meæ. Et ita hodie pacificè obseruatur in dicta Terra Rutiliani, & Domino sit laus. anno 1582.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Orta causa falsitatis in ciuili non supersedit hodie in regno, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Causa falsi orta super ciuili supersedetur.*
2 *Secus de iure Regni.*
3 *In causa falsitatis quando supersederi, & procedi debet.*

DETERMINATIO LXI.

SÆPE occurrere solet, ꝙ publicato ꝓcessu in causa ciuili solēt partes q̄relare de falso, & impediunt causam ciuilem. Ideo sciēdum est, ꝙ licet ex dispositione iuris communis sit regula ꝙ orta causa falsitatis præiuditialis ad causam ciuilem, in ciuili supersederi debet † per tex.
1
l.fi.C.de ord.vbi * communiter omnes.

Nihilominus de iure Regni dicta dispositio videtur correcta per const. Regni quę incipit si ciuiliter agens sub rubr. de litis contestatione † vbi glo. 1. in versi. Idem est, quia
2
in Regno in vtraque causa procedi potest, sic disponit, de qua constitutione est videndus Rober. Mara. in sua pract. in 4. par. in 6. dist. principali num. 53. sed vbi potest mora, negligentia, vel imperitia accusatoris de falsitate imputari, tunc per accusationem falsi non supersedetur in causa ipsa ciuili † vt l. negan
3
da C. qui accus. nō poss. & Cyn. in l. 1. in vlt. quæst. C. eod. tit. & per Affl. in decis. 229. & per Gramm. in decis. 60. num. 24. & licet ipsa constitutio dicat, ꝙ procedatur sub vtraq; causa, & ꝙ non expediatur causa ciuilis, vt dicit Bal. in l. fi. de fid. instrum. & per Afflict. in decis. 103. Nihilominus hoc non militat, quando in causa est lis contestata, & hoc prçcisè procedit hodie per Regiam nouellam Pragmaticam Catholici Regis per Illustrissimum Raymundum de Cardona in qua prouidetur, ꝙ non obstante accusatione falsi cōtra testes, ꝙ procedēdum est in causa vsque ad sententiam inclusiuè, nisi iudici de falsitate ante sententiam constiterit.

Querela de falso debet porrigi antequam fuerit renuntiatū exceptioni quæ dicitur renuntiata, si infra octo dies continuo sequentes non fuerit opposita post publicatum. Ita Pragmatica testem falsum per dictioné, nisi quæ priuat l. feriatis ff. de feriis, & l. extraneo ff. de ventr. in poss. mitt. Imo conclusionem inducit l. fideiussor ff. de lega. 3. Ita ꝙ si post conclusum allegaretur, non militaret; quia Pragmatica intelligitur parte petente. Quæ Pragmatica fuit confecta post decis. Afflict. 404. & sic non obstaret, ꝙ ibi dicitur, quia potest procedere in dolosis notoriis. Et secūdum prædicta pluties, ego determinaui in pluribus causis. Ad Dei laudem.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus acquiritur ex multis præsentationibus, & institutionibus subsecutis: & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *IVra præsentātium Episcopo ante omnia sunt probanda.*
2 *Ius patronatus tria faciunt.*
3 *Et debet constari, hæc tria facta esse animo acquirendi ius patronatus.*
4 *Ditatio non dicitur dotatio, & non inducit ius patronatus.*
5 *Consensus Episcopi in ditatione non præiudicat patronis.*
6 *Factum Prælati in iure quæsito Ecclesiæ non nocet.*
7 *Ditatio in Ecclesia penitus diruta inducit ius patronatus.*
8 *Ecclesia diruta non dicitur Ecclesia.*
9 *Corpus mortuum non dicitur homo, sed cadauer.*
10 *Difficilis probatio dicitur, quando non habetur fundatio testatoris.*
11 *In factis antiquis præsumpta ꝓbatio sufficit.*
12 *Ius patronatus per famam probatur.*
13 *Patronus iuris patronatus præsumitur possidens non constito de alio Domino.*
14 *Ecclesia non nascitur, quia fundari debet.*
15 *Qui diù stat in possess. sufficit allegare titulū.*
16 *Ius patronatus ad acquirēdū quæ requirātur.*

17 Præ-

Digitized by Google

17 *Præsentatus à maiori parte vocum est instituendus.*

18 *Tractantibus nobis de possessorio præferri debet, qui antiquiorem possessionem habet.*

19 *Probatio recentioris possessionis dicitur iniustus possessor.*

DETERMINATIO LXII.

ANNO 1581. in Curię Archipresbyterali Terræ Rutiliani, in qua ego consultor erā. Orta fuit quęstio inter Reuerendum Abbatem Marium de Seuerino, & Donnum Ioannem Bernardinum de Leone, & Cameram: super præsentatione, & institutione benefitij iuris patronatus laicorum nuncupati ò Sanna, extra Menia, &c. quod beneficium fuit fundatum à quodam Iudice Goffredo anno 1333. Difficultas fuit: nam Abbas Marius, fuit præsentatus à Magnificis, Laura, & Francischina sororibus, & magnificis Iulia, & Neuia de Seuerino, omnes familia Seuerinorū, & à magnifico Dionysio Seuerino, qui asserebant ad ipsos dictum ius patronatus præsentādi spectasse, & spectare. Hoc probabant, esse in quasi possessione à tēpore immemorabili, & præsentauerūt quandā cessionē factam à quondam Petro de Georgio, & Lucęta matre de Linea de Boncore, qui prætēdebāt se esse de linea fundatoris, & probauerūt ex auditu. Hoc modo dicebāt, Gemmam esse filiam Cicchi de Christophoro, ex Gemmą natam Rosam esse, ex Rosa Quintilianam; ex Quintiliana, partes pręsentantium, & sic cōcludūt, ꝙ dicti de Boncore à quibus descēdebant. Christophorus, & successiuè prædicti, esse de linea primi fundatoris, & sic stante probatione huiusmodi, dubitabatur si debebat institui, & determinaui, vt infra.

In hac materia iuris patronatus. Primo sciendum est, qualiter ante omnia de iuribus præsentantium, Episcopo cōstare debet † ita Bal. in c. cum vos de offitio ordin. extra nu. 1.

Secundo dixi, ꝙ ius patronatus, secundū omnium opin. tria faciunt, fundus, constructio, & dos † in text. c. piæ mentis, & cap. filius glo. & Doctor. dicunt 16. q. 7. cap. Monasteria, & c. quicunque, & c. Abbatem 18. quæst. 2. & in c. à nobis, & cap. quoniam de iur. patron. de dote est etiam tex. in c. si nemo de consecra. distin. 1. & c. auctoritate de præbend. in 6. c. ad hæc de relig. dom. & vltimo hoc est expressè sancitum, in Sac. Conf. Triden. in sessio. 25. c. 9. de reformat. & Aug. Berox. in consil. 6. nu. 6. vol. 1. vbi dicit, ꝙ debe cōstare, ꝙ prædicta facta fuere animo acquirendi ius patronatus, & de consensu Episcopi; alioquin, si quis fundaret simpliciter, dotaret, aut construeret, non diceretur animo acquirendi, & Ecclesia diceretur libera, &

3 non patronata † c. significauit de test. c. nobis ibi hæc omnia notant. Et Thom. Docc. in cōsil. 49. num. 3. & per totum, & Ioseph Lod. in rub. de iur. patrona. in princ. in tom. comm. opin. 3. in prine.

Et adeò est vera ista conclusio: vt si aliquis ditaret beneficium, non acquireret; quia ditatio non dicitur dotatio: sed est quodā augmentum, & isto casu ille diceretur benefactor, ꝙ per talem ditationem, seu augmentum non haberet ius præsentandi, etiā si di-

4 taret consensu Episcopi † ita post Lambert. in tract. iuris patrona. contra Pau. de cita. tenet doctissimus Franc. Bursat. in consil. 310. per totum: & ꝙ consensus Episcopi, non no-

5 cet veris Patronis † probatur illā ratione: Nā in iure quæsito, factum Prælati nō nocet Ec-

6 clesiæ, vel successori † ita not. in l. iubemus nulli, & in l. iubemus nullam C. de Sacrosf. Eccles. & in auth. hoc ius porrectum eod. tit. ibi per doct. & in c. 2. de dona. & quod notatur in cap. cōtigit de sent. excomm. per Ant. & Abb. in c. 1. de dol. & contumat. & in terminis etiam nostris, ita tenet Thomas Doccius Senensis in consil. 49. nume. 17. incip. licet.

Hanc conclusionem intelligas, sanè. Nisi Ecclesia esset penitus diruta: quia tunc per

7 ditationem, & consensum † Episcopi, efficitur patronus. ratio est, quia Ecclesia diruta

8 nō dicitur Ecclesia † sicut corpus mortuum

9 non dicitur homo, sed cadauer † ita Bursat. in dict. consi. 310. & ante eum accuratè Luc. de Pen. in l. in qualibet in versic. (vtrum autem, qui reficit) in rubr. de metatis, & epodimeticis C. lib. 12. dicit hæc verba. Vtrum autem, qui reficit Ecclesiam ruinæ dispositam, de consensu Episcopi acquirit sibi ius patronatus, certè sic, vt not. extra de iure patronatus cap. 3. ad quod benefacit ff. de oper. publi. l. fin. & melius in auth. vt nulla Fabriora. Dom. §. primo versic. (sinautem) coll. 5. & Tiber. Decian. in respon. 19. nume. 134. volum. 3. Abb. in consil. 69. & Lamber. in tracta. de iur. patronatus in tertio articulo in quæstione sexta principali, prima parte, libro primo, nume. 10. Berous, in consil. 4. num. 27. volum. 3. Lod. Ioseph in rub. de iur. patro. in conclus. vni. versi. acquiritur, etiam ius patronatus. Et Couarr. in §. 10. in 2.

Digitized by Google

par.relectio. vbi materia iuris patronatus tractatur, & per eundem in practicarũ quęst. in c.36. sub rub. de iur. patro. laicorum nu.6.

His præsuppositis, consideraui, an Abbas Marius prædicta probauit, cum simus in facto antiquo, vel saltem, quia sunt producti alij præsentati per prædictos de linea, si saltem ex hoc capite debet ipse institui.

• Archidiaco. in c. si plures nu.4. quem sequitur Lamber. in tract. iur. patron. in 2. par. in 2 lib. in 10. quæst. principali in artic. 4. in princ. & num. 11. dixit, ꝙ est difficilis probationis, & pene impossibilis. ratio secundum eum, quia omnis successus non potest per scripturas probari publicas, cum aliqua etiam in facto consistentia requirantur, per scripturas faciliter probari non possunt. Hoc dictum in rei veritate procedit quoad certã, & directam probationem.

Sed in factis antiquis præsumpta proba-
11 tio sufficit, † & per coniecturalem præsumptionem, seu probationem, & famam proba-
12 tur † ita dixit Bal. in l. eum super num. 1. C. de rei vend. vbi dicit, ꝙ ad probandum ius patronatus valet antiquissima possessio quæ habetur pro titulo quem sequitur Deci. in consil. 135. num. 1. & idem Bal. in auth. quas actiones num. 16. C. de Sacrosf. Eccl. Socy. Senior consi. 205. vol. 2. Roland. à Vall. in consil. 3. nu. 5. vol. 1. Bursat. in consil. 324. incip. ex præposito, vol. 3. Ias. in consi. 225. num. 3. vol. 2. Rocc. de Curt. in tract. iur. patron. in verb. ipse, vel 15. nume. 38. & in nouiss. 83. vbi dicit, quòd opin. Archidiaconi in d. c. si plures nume. 4. qui dixit, quòd si probo, ꝙ fui in possessione, seu quasi præsentandi rectorem, licet non probãt dominium, sufficit, & prodest ipsa possessio per tex. c. quærelam de elect. extra, est vera opin. etiam ꝙ in antiquis sufficit probatio per famã, voluit Abb. in c. causam de præscrip. & in consil. 106. nume. 1. Felyn. in cap. veniens el 1. num. 16. de test. Alex. in consi. 75. in fi. vol. 4. Meroch. ---- & Thom. Docc. in d. cõsil. 49. nu. 9. vbi etiam dicit, ꝙ ista quasi possessio est sufficiẽs ad actum præsentationis, per dictum text. c. quærelam. Et ratio est, ꝙ quando non apparet de iure patronatus alterius, ille cẽsendus est Patronus, qui reperitur in quasi possessio-
13 ne iuris patronatus † ita Abb. in c. consultationibus de iur. patron. & in c. prędicto querelam. ratio rationis est, quia Ecclesia nõ na-
14 scitur † latè per Bar. & alios in l. cum de in rem verso ff. de vsur. & l. certis annis C. de pact. in quibus locis tractatur, ꝙ ille, qui diu stetit in possessione allegando titulum sufficit. Sic in materia nostra: sed necesse est, vt
15 sit immemorabilis, † Ita Augustinus Berou. in consi. 6. per totum vol. 1. num. 9. Et vltimo loco, ita sancitum fuit in Sac. Consi. Trid. in 25. sessio in c. prędicto 9. vbi sunt hæc verba (vt titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel ex dotatione, quæ ex authentico documento, & alijs à iure requisitis ostendatur, siue etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum) ex quibus vltimis verbis cõcluditur, ꝙ licet deficiat titulus si adsunt multiplicatæ præsentationes, ius patronatus acquiritur: licet non appareat, ꝙ sit patronus per tex. c. etiam consultationibus de iur. patron. & per dictũ text. c. quęrelam de elect. & Rocc. firmat in eod. tract. in verb. competens num. 31. q. 10. vbi declarat, ꝙ vt acquiratur ius præsentan-
16 di, hæc requirantur † Deci. in cõsil. 126. nume. 1. & seq. & per Dec in consi. 117. nu. 2. per totum in 1. par. & in consil. 134. num. 3. & 4. par. 1. & Menoch. in consi. 402. nu. 37. 38. & seq. vol. 5.

Primo bonafides præsentantium, credentium se patronos.

Secundo ꝙ præsentatio fuit admissa, & confirmata. Cardinal. in consil. 3. sub tit. de caus. poss. & propriet.

Tertio ꝙ institutus habeatur pro rectore, & ꝙ sic fuit reputatus.

Quarto ꝙ ille, in cuius præiuditiũ quasi possessio iuris patronatus acquiratur, hoc patiatur. Nam prædictus Rocc. in loco prædicto nu. 37. & Carol. Ruyn. in consi. 50. per totum in 5. vol. vbi etiam declarat, ꝙ qui est præsentatus à maiori parte vocum, ille etiam
17 est instituendus † c. 3. de iur. patron. & ibidem num. 3. Alber. de Rosa. in tract. statutorum in q. 88. incip. Paduæ per Hostien. in c. postulatis de concess. præbend.

In casu igitur nostro omnes certãt solum de possessorio, quia nemo probat de directo dominio. Sequitur ꝙ in casu isto, ille præferatur, qui habet antiquiorem possessionem,
18 & multiplicatas præsentationes † per tex. & ibi Doct. in c. licet causam de probatio. extra. Et ille, qui probat recentiorem, seu nouissimam possessionem, dicitur iniustus possessor
19 † & Bart. in l. Celsus ff. de vsucap. & in l. si duo ff. vti poss. Idem Bar. in l. si de eo §. fin. ff. de acquir. hæred. ibi Io. de Imo. licet cũ quadam modificatione, & ita decisum esse testatur Cachera. in decis. 93. & clarè Grammat. in consi. 31. nu. 23. in ciuili. & Ioseph Lodo. in rub. de iur. patron. in conclus. vnica in tom. com. opin. 3.

Cum

Digitized by Google

Cum igitur Abbas Marius pbauit de antiquiori possessione, & quòd isti de Boncore sunt in possessione, & per tempus immemorabile fuerunt: respondi pro dicto Abbate Mario, qui in benefitio prædicto fuit etiam institutus, & D. Ioãnes Bernardinus acquieuit, & Cur. promotor etiam, & secundum hanc determinationem, cum casus præsens, & etiam ditationis accidisset in Terra Nucũ inter familiam de Parma; & D. Stephanum ---- per Reuerendissimum Illustrem Episcopum primo Cupersaneñ. & deinde à S.S. cõmissa causa Episcopo Reuerendissimo, & Illustrissimo Motularum fuit etiã determinatum; Ditantem ius patronatus, & presentandi non habere. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Approbans aliquem pro idoneo, an dicatur verus fideiussor.

SVMMARIVM.

1 *Approbatores fideiussorum vicem obtinent.*
2 *Approbans se obligat, vt fideiussor.*
3 *Approbans non soluendo, dicitur fideiussor.*
4 *Alloquens Dominus famulum ad aures, si delictum sequitur præsumitur Dominus ipse dixisse.*
5 *Approbans fideiussorem dicitur ille fideiussor.*
6 *Dans fideiussorem qui statim aufugit, tenetur alium dare, quia præsumitur sciens.*
7 *Sponsor dicitur, qui sine rogatu alterius pro aliquo intercedit.*
8 *Geminatio valde operatur.*
9 *Quæ coram iudice fiunt, probatione non indigent.*
10 *Approbans tenetur quando dolosè, & lucri gratia approbat.*
11 *Simplex mendacium non dicitur dolosè dictum.*
12 *Approbans vt teneatur, plura requiruntur.*
13 *Intellectus ad l. cum ostendimus §. fideiussores ff. de fid. tut. declaratur.*
14 *Actus factus in iuditio est fortior, & constantior actu extra iuditium facto.*
15 *Scriptura in iuditio est de substantia eorum, quæ fiunt.*
16 *Geminata patientia, quando inducit fideiussionem.*
17 *Geminata confessio præsupponit obligationẽ.*
18 *Vbi non est consensus, non nascitur obligatio.*

DETERMINATIO LIII.

IN Terra Sancti Nicandri, anno 1587. inter Vitum de Collanera, & Carolum de Arboreto, orta fuit quæstio huiusmodi: nam vitus vendidit, clerico Ioanni Iacobo, & Antonio de Luca fratribus, boues duos pro pretio duc. 13. monetæ, approbatione factã per dictum Carolũ his verbis. [ò Vito date detti boui alli predetti Gio. Giacomo, & Antonio fratelli de Luca, perche sono sufficientissimi à pagar detto prezzo.] Et fuit in nundinis Ciuitatis Bitecti, deinde venerunt in Terra Sancti Nicandri, & contractu fecerunt, & eodem modo Carolus approbauit. Et quia dicti emptores non erant soluendo, adueniente tempore egit contra prædictum Carolum, & seruatis seruandis in prima instantia obtinuit actor vitus sententiam in sui fauorem. Carolus appellauit ad me vti Auditorẽ secundarum causarum, qui seruatis seruandis declaraui bene appellatum, & male iudicatum, & absoluĩ dictum Carolum, & rationes fuerunt infradictæ videlicet.

1 Pro Vito actore dicebatur, qđ approbatores, fideiussorum vicem gerunt † l. cũ ostendimus §. fi. vbi etiam Bald. ff. de fideiuss. tutorum.

Secundo adducitur Doctrina Ang. in l. si vero §. 1. ff. qui satisd. cogant. vbi inquit, caue ne vnquam approbes fideiussorem, quia
2 approbando, es obligatus, vti fideiussor, † & Bald. in l. Græcè §. fi. dixit, ꝙ quis potest esse fideiussor, vt hic Carolus, ergo & c. & doctè per Ang. de malefi. in tracta. suo in verb. pro quibus Anton. fidei. vbi Aug. num. 12.

Tertio, & fortius, dicebat actor, ꝙ isti emptores, tam tempore contractus, quàm post erant ære alieno grauati, & fugitiui, & ex
3 hoc eorum paupertas ostenditur † l. in fundo vbi Ang. de rei vend. Cum igitur ipse Carolus per illa verba [erano sufficientissimi à pagare] deprẽheditur ꝙ dolosè approbauit, ꝙ hac de causa, ipse Carolus approbator soluere tenetur. Tex. est not. in l. eleganter §. fi. ff. de dol.

Ad prædicta corroboranda, facit doctrina Bar. in l. si ventris §. eorũ ff. de priuileg. credi. Quando quis alloquitur famulum suũ, si subsequitur delictum, præsumitur Domi-
4 num hoc dixisse. † Voluit Bald. in l. 1. col. 4. C. de ser. fugit. ad casum nostrum Vitus. prędictis

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dos promissa sine scriptura etiam debetur.*
2 *Dos certa sine scriptura peti potest.*
3 *Duæ specialitates concurrere in idem nō possunt.*
4 *In dote promissa inest de iure stipulatio.*
5 *Marito competit actio, & exceptio ex dote nudo pacto promissa.*
6 *Promissio constituendi dotem, habet eundem effectum, ac si esset constituta.*
7 *Consuetudo Barensis prouidet, ꝙ dos sine scriptura non probetur.*
8 *Statutum arctans facultatem probandi, validum est.*
9 *Probatio, quæ fit per quinque testes valet, ac si fieret cum scriptura.*
10 *Promissum aliquod, si non potest probari per scripturam, sufficit probare per testes.*
11 *Statutum recipit interpretationem secundum ius ciuile.*

DETERMINATIO LV.

VTRVM ducati centum à Flora de Crescente Terræ Capursij in dotem promissi Magnifico Iacobo Capobianco, extra instrumentum dotale, antequam contraxisset, vt iam postea per verba de præsenti cum Magnifica Lucretia contraxit; Nunc petere possit? Requisitus ab vtraque parte de veritate, sic respondi. Anno 1588.

Non ambigitur, ꝙ dos promissa nudo pacto cum scriptura, vel sine, peti potest, etiam si stipulatio in pollicitatione rerum dotaliū
1 non fuerit subsecuta † ita est text. ad literam in l. ad exactionem C. de dot. promission. vbi glo. in verb. (si stipulatio) & concludit, ꝙ est speciale in dote, vt ex nudo pacto oriatur actio. Quia regula est in cōtrarium, tanto magis in casu nostro procedit, quia fuit promis-
2 sa res certa videlicet, ducati centum † ita no. in l. 1. C. eod. tit.

Et ratio est illa, ne duæ spetialitates con-
3 currerent † ita scribunt omnes in l. ad exactionē, & in l. 1. in prin. C. de rei vxor. actio. vbi habetur, ꝙ de iure codicis fingitur, ꝙ in-
4 est stipulatio, † & ideo Odofr. in d. l. 1. & in
* d. l. ad exactionē,* vbi etiam Dom. Cyn. Bar. & alij sequuntur, dixit ꝙ dos siue promittatur cum stipulatione, vel sine, & nudo pacto; semper debetur.

Sequitur, ꝙ huic marito, cui fuerunt promissi ducati centum, & sic res certa, compe-
5 tit actio, & exceptio † l. si pro te pater, alias pater C. de dot. promissione.

Hac de causa Bald. nouell. in tract. dot. in 6. par. principali in primo priuileg. sic dixit, ꝙ siue promissio fiat per mulierem, siue per alium extraneū, marito, vel alteri pro eo recipienti, si dos simplici pacto citra stipulationem promittitur, huiusmodi pactum est efficax ad agendum per condictionem l. ad exa-
* ctionem: & ꝙ hæc opi.* sit communis testatur Gramm. in dec. 103. nume. 7. & Afflict. in Dec. 61.

Et Bal. in l. fin. C. de dot. promissio. dicit, ꝙ promissio constituēdi dotem, habet eundem
6 effectum, ac si esset constituta † quem sequitur. And. de Iser. in c. 1. in num. 35. sub rubr. de nat. succ. feu. l. & Alex. in consil. 220. in 4. volum. Affl. in dicta decis. 61. Ant. de Alex. in consuet. Neapolitana incip. dos, & quarta sub rub. de iur. quat. in litera B. in fi.

At in casu isto, matrimonium est secutum per verba de præsenti, merito maritus ad petendum dictos ducatos cētum pro dote agere potest l. item quia §. huius rei argumentū ff. de pact. l. dotis promissio, & l. promittendo ff. de iur. dot.

Prædicta de iure communi de plano procederent, nisi aduersarentur consuetudines Barenses, secundum quas viuitur in Terra Capursij. Vna est sub rub. de test. quę incipit. Licet viuæ vocis &c. altera, quæ est sub rub. de iur. dot. & incipit (Moribus receptum est) in quibus habetur, ꝙ dos sine scriptura, nul-
7 la ratione probetur. † Hic maritus respectu dictorum ducatorum centum nullam scripturam habet, ergo eam petere, & probare nō potest, & sic excludendus est. Nam statutum
8 arctans facultatem probādi, validum est † ita dixit Alex. in consil. 36 & in consil. 50. lib. 5. & Deci. in c. sicut de probat. extra.

Ad hoc obiectum respondetur, ꝙ licet dictum statutum sit validum, nihilominus si hæc promissio probatur per quinque testes idoneos, tali casu habetur ista probatio, ac si
9 esset cum scriptura † ita est tex. ad literam in l. testium ibi (nisi quinque testes idonei) C. de testi. & voluit glo. in c. licet vniuersis in verb. (duorum) de testibus extra Hypp. de Marsi. in rub. de probationibus num. 38. & post Abb. voluit Deci. in d. c. sicut versic. (secundo limitatur) nu. 14. de probatio. extra, & in materia statuti ita dixere Ant. de Alex. Neapod. & Cæsar Salern. in consuet. Neapolitana incip. dos, & quarta. Vbi etiam dicūt, ꝙ Decius dat vnam cautelam, ꝙ quādo quis

non

non potest probare per instrumentũ, vel per scripturam quod sibi est promissum, quod tali casu potest promissum probare per testes, & agere ad cogendum promittentem ad faciẽdam
10 cautelam, † & Camill. & Cæsar Saler. dicũt ... i, quod ita seruatur in Sacro Regio Consilio.
Ratio quidem est in promptu, quia statutũ
11 recipit interpretationem, secundum ius † ita Io. Bap. Caccial. in tract. de arbi. suspect. & fugit. q. 6. nu. 3. tom. tract. 3. par. 2.
Ex prædictis igitur determinaui in fauorem mariti, & sic inter eos conuenit. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Ob Mariti debitum bona dotalia exequi non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Bona tẽpore obligationis, & postea in causa assistentiæ fuisse probari oportet.*
2 *Pro debito mariti, res dotalis exequi non debet.*
3 *Dos vigore consuetudinis Barensis per testes probari non potest.*
4 *Statutum restringens facultatem probandi, valet.*
5 *Quinque testes, & scriptura parificantur.*
6 *Statutum interpretatur secundũ ius cõmune.*
7 *Testes quinque, qui subrogantur pro scriptura, debent probari esse idonei.*
8 *Intell. ad consuetudines prædictas Barenses.*
9 *Statutum tantum disponit, quantũ loquitur.*

DETERMINATIO LVI.

ANNO 1581. quo tempore Molæ Regius, & primus Gubernator fuit Illust. Ferdinandus Scaglionus, & illius ego ordinarius Iudex, per Magnificos de Gentile cõtra Paduanum de Alba, vti possessorem cuiusdam domus, in ea fuit petita assistentia vigore instrumenti omni sollemnitate vallati debiti cuiusdam Masselli eorum debitoris pro ducatis 80.

Pro parte actorum fuit probatum, domũ prædictam tempore obligationis fuisse, & esse in bonis dicti Maselli, & nunc penes Pa-
1 duanum reperiri † iux. trad. in l. Regni assistentiam, & iux. no. in l. extat vbi Alex. ff. de eo quod met. caus. cum infinitis.

Pro parte Paduani fuit probatum qualiter domus non fuit quõdam Maselli, sed dotalis Gheræ, suæ vxoris; itaq; si possidebat, erat vti maritus, & ex consequenti pro debito mariti, non est exequenda domus talis suæ
2 vxoris † iuxta Bar. Doct. & Bald. ac aliorum
* in l. ob * maritorum C. ne vxor pro mari.

Dicebant actores, quòd Terra Molæ est in Prouincia Bari, & viuitur in ea secundum cõsuetudines Ciuitatis Bari; inter quas sunt duæ cõsuetudines, verba cuius sunt hæc: vna est sub rub. de iure dotium quæ incipit.

(Moribus receptum est, vt dos nunquam
3 sine scriptura nulla ratione probet.) ex † quibus verbis colligitur, quod dos nõ potest probari per testes, sed per scripturam, in casu isto non probatur per scripturam hanc domum esse dotalem, ergo & c.

Altera est sub rubr. de testi. (verba cuius hæc sunt.

Licet viuæ vocis testimonio sit credendum tamen interdum fides testiũ minus sufficienter iudicatur, vtpotè si dos petatur; si Morgincap. traditum dicatur, aut mefium obligatum, si de proprietate vrbanorum prædiorum, vel Rusticorum in iuditio disceptatur, si de emancipatione dubitet. si mutui quantitas vnam vntiam excedat, si compositio noningentorum solidorum postuletur; si ex testamento agatur in his casibus quilibet testis expellitur.

De iure communi valet consuetudo, vel statutum restringens facultatem probandi,
4 † vt sunt istæ, ita Alex. in consil. 36. & consil. 50. lib. 5, & Dec. in cap. sicut de probatio. extra num. 5.

Contra prædicta fuit dictũ, quod in casu sunt examinati quinque testes, ita quod quando statutum prohibet probationem testiũ, sed requirit scripturarum. Tali casu quinque te-
5 stes habentur pro scriptura † ita Doct. dicũt in l. testium C. de test. Marsil. in rub. de proba. nu. 37. & 38. glo. in c. vniuersis in verb. (duorum) de test. extra Abb. & post eum Decius cap. sicut versi. (secundo limitatur) num. 14. de probat. extra ita etiam Neapod. Ant. de Alex. & Cæsar Sal. in cõsue. Neap. incip. Dos, & quarta sub rub. de iur. quæ. Maxill. in d. consuet. num. 10.

Ratio est, quia statutum interpretatur se-
6 cundum ius commune † arg. c. cum dilectus de censi. extra. Itaque si quinque testes deponunt, habetur, actũ per scripturam probatio facta esset.

Hæc de plano procederent, sed obstat, quod non est probatum, quod illi quinque testes sunt idonei. Nam tex. l. testium de testi. requirit, 7

vt

vt testes sint idonei: ita sunt verba ibi (nisi quinque testes idonei) & hęc qualitas requisita à l. vel statuto debet articulari, & probari: ratio est: quia est causa inductiua probationis † ita Ang. in l. 2 §. fin. ff. quemadmo. test. aperi. Hyppol. sing. 187. per Moder. add. ad Affl. in l. Regni. Si quis in posterum num.
7 13. & hæc Ang. opin. * est communis, vt per Couarr. in c. relatum de test. extra num. 6. & Afft. in l. Regni corruptelæ crimen in 2. lib. sub rub. de pen. iud. qui mal. iud. & idem in decis. 38. nu. 28. Tiraq. in tract. de præscript. in verb. (bona fide) in glo. 2. Barba. inter Cõsil. Calca. 58. Sed in casu isto, ista qualitas nõ e. probata, ergo &c. Et dixi in Deter.

Ego verò dixi, ꝙ prædicta non procedunt in casu nostro: nam si ponderētur verba statuti dicunt (vtpotè si dos petatur si Morgincap. traditum dicatur, aut messium obligatum) & verba alterius consuetudinis moribus sunt illa verba (dos nunquam sine scriptura probetur).

Ponderatis igitur verbis prędictis colligitur ex eis, ꝙ si quis petierit dotem, vel dicat
8 esse traditum instrumentum † Morgincapitis, vel obligatum messium: quæ petitio potest esse, si sit ex parte mariti petentis dotes sibi tradi promissas; vel si à muliere petatur Morgincap. vel messium: tūc, & isto casu requiritur scriptura, & sic procedunt consuetudines.

Nos verò sumus in assistentia in re dotali pro debito mariti petita. Mulier probat per testes, rem dotalem, & sic sumus extra casum consuetudinum, quia statutum tantum di-
9 sponit quantum loquitur † ita Tiber. Decia. in resp. 13. num. 13. Consuetudines loquūtur in petēda dote. Casus iste est, ad probandam rem dotalem, contra creditores, vt pro debito mariti non exequantur iux. regulam d. l. ob maritorum ergo &c. & sic determinaui possessorem absoluēdum, & pars de Gentile, nē vllum quidem post hac verbum. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Rector iuris patronatus laicorum, non potest in praiuditium patronorum parũm bonorũ alienare, neque ad benificandum dare, & successor reuocat, solutis meliorationibus, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Plantatio vinea, dicitur melioratio vtilis.*
2 *Scienter mercans rem Ecclesiæ, dicitur malæ fidei possessor.*
3 *Malæ fidei possessor meliorationes vtiles non recuperat, nisi deductione, vel abrasione.*
4 *Ecclesia quandoque lucratur cum aliena iactura.*
5 *Emptor, an habet regressum de euictione contra Rectorem.*
6 *Declaratur, quando datur Regressus de euictione.*
7 *Arbor in fundo alterius fit alterius, ex alimento Terræ.*
8 *Pau. de Castr. doctrina interpretatur.*
9 *Expensa facta in instruendo seruum alienum quando recuperantur.*
10 *Melioramenta semper sunt facientis, pro quibus datur retentio.*
11 *Colonus, & bonæfidei possessor, expensas repetunt.*
12 *Meliorationes factæ in re subiectæ fideicommisso, debent restitui per fideicommissarium.*
13 *Idem in feudatario.*
14 *Idem in marito.*
15 *Regulariter, qui non habet dominium perpetuum, semper melioramenta recuperat.*
16 *Clericus vita durante, est vsufructuarius.*
17 *Ratio assignatur, quare vsufructuarius non recuperat.*

DETERMINATIO LVII.

REVERENDVS Donnus Bartholomæus de Capitortis Terræ Rutiliani Rector cuiusdam benefitij iuris patronatus laicorum Ioanni Petro de Philippo Terræ prædictæ quendam dicti benefitij fundum ad vineas plantandas ad medietatem alienauit, & mortuo eo, compatroni præsentauerunt alium Rectorem, & in dicto benefitio institutum, qui auferre volebat medietatem dicti fundi vineæ plantatæ, & hac de caussa orta fuerũt iurgia. Deinde vti consultor Reuerēdæ Curiæ Archipresbyteralis, & de communi consensu sic inter eos determinaui.

Ego consideraui vtrum plantatio vineę sit
1 melioratio necessaria, vel vtilis, † & sic reperi Pau. de Castr. in consil. 270. in 2. lib. incip. viso puncto supradicto in num. 7. dicentem hæc verba. si tamen sponte hoc fecerunt, talis impensa, non dicitur necessaria, sed vtilis, & voluntaria. Ex quibus verbis colligitur ꝙ plantatio est vtilis, vel voluntaria.

Digitized by Google

tia. Sed tex. in l. colonus ff. locati apertè ostēdit, ꝙ plantatio vineæ vtilis est ibi (an sumptus vtiliter factos in instituendis vineis) ecce qualiter sunt sumptus vtiles.

Secundo consideraui, an iste qui scienter mercatus est rem Ecclesiæ, dicitur bonæ, vel malæ fidei possessor. Et intrepide dico, ꝙ qui contra iura mercatur malæ fidei possessor est
2 † cap. qui contra de reg. iur. in 6. & no. in c. si quis presbyterorum de reb. Ecclesiæ non alien. vbi Imo. post alios. Ita Bened. Capra. in rep. clem. monasteriorum de reb. Ecclesiæ nō alien. num. 17. in tom. rep. 6. & Pat. in rep. c. si diligenti nu. 26. de præscrip. in tom. 4. rep. vbi declarat hanc regulam.

Consideraui ergo ꝙ iste cum sit malæfidei possessor, meliorationes vtiles, vel voluptarias non recuperat, nisi per deductionem, vel
3 abrasionem † ita Imperat. in l. domū in vers. (sin autem vtiles C. de rei vend. & in l. ideq; §. idem Labeo ibi (qd procurator citra mandatum ad voluptatem fecit permittē dum ei auferre, quod sine damno domini fiat) & l. vtiles ff. de pet. hær. ibi (vt tamen prædictas ei fiat tollendorum eorū quæ sine detrimento rei tolli possunt) no. per glo. & alios in l. 1. C. de infantib. expos. qui text. est quasi contrarius, sed dicemus infra, & not. in l. Sinautem §. sed si seruū ff. de rei vend. est text. l. fi. C. commu. de lega. & in §. certè in fi. inst. de rer. diuisio. & Nicos. in tract. Pigno. in 5. parte principali, in quarto membro, in nona cōclusione num. 19. & Vezzi. in rub. de iur. emphyteotico in nu 384. in tom. com. opi. 1.

Cano. in cap. ad euidētiam in rub. de reb. Ecc. non alien. dicunt ibi cōmuniter, ꝙ nulla datur actio, ibi glo. & Innoc. & Odofr. in auth. qui res C. de Sacros. Eccl. dicit hanc esse * communem opin. & ibi Cyn. Bar. Bald. Ang. & Salyc. Et sic concludebā ꝙ si expensæ vtiles, vel voluntariæ abradi, vel deduci nō possunt sine læsione, ꝙ eas malæfidei possessor amittit. Ita etiam Gars. in tract. expens. & meliora. cap. 5. in tom. tracta. 17. Corn. in consi. 221. in 2. vol. & in consi. 244. eod. vol. in littera D. firmat, ꝙ impensæ voluntariæ factæ à malæfidei possessore in re aliena, peti nequeunt, etiam si per illas, dominus rei efficiatur locupletior cum iactura expendētis, Nec etiam per viam retentionis consulitur per tex. l. adeo §. ex diuerso ff. de acq. rer. domin. Nicosan. in allegato loco num. 9. in prima conclusio.

Et sic restabat videre, licebat ne Ecclesiæ lucrari cum aliena iactura; & in casu isto li-
4 cere vidi † ita est glo. in terminis in auth. qui rem in verbo .... C. de Sacros. Eccl.

Secundo considerabam etiam, an contra Rectorem regressum habeat de euictione. Gloss. in c. vulterane 12. q. 2. dicit, ꝙ malæfidei possessor remouetur ab vsucapiendo, sed quantum ad agendum de euictione dicitur bonæfidei, & sic secundum glo. istam, habebit iste regressum contra Rectorem.

Ego ex dictis Doctorum omnium, distinguendo, ita mecum reputabam.

Aut iste Ioannes Petrus sciebat factum, &
6 ius scilicet, † ꝙ fundus erat Ecclesiæ. Et isto casu si emit, & sibi cauit de euictione, tunc regressum habebit contra Rectorem.

Aut ignorauit, & tunc, Aut emit rē prohibitam alienari, tūc efficitur malæfidei possessor, & non recuperat, nisi sibi cauit, etiam si non esset soluendo, ab Ecclesia nō recuperat. Ratio est, ne ex suo dolo commodum reportet l. planè ff. de leg. 1.

Aut ignorauit rem non esse prohibitam, & isto casu recuperat pretiū. Quia cum arbor alterius, fit alterius ex alimento Terræ
7 † l. hoc amplius § de his versi. Alphenus ff. de damn. infect. & abradi non potest, nec deduci, ꝙ in isto casu datur actio in factū pro existimatione instar ferruminatorū l. In rem §. Item quæcunque ff. de rei vend. ita etiam glo. in l. idē Pomponius §. de arbore in verbo (dabant) in fin. ff. eod tit. hoc in terminis voluit Pau. de Castr. in consil. 170. in 2. vol. nume. 7. dum dicit. Sicut expensæ factæ in plantando vineas. Quia in eis non habet lo-
8 cum abrasio † per text. l. in fundo ff. eod. tit. vbi Bar. ratio est, vt dixi, quia non habet locum abrasio, quoniam adiectæ sunt per extimationem nullo modo repetuntur etiā per viam exceptionis, sed cedunt lucro fundi, & Domino fundi, sicut & expensæ factæ in in-
9 struendo seruum † l. sinautem §. fi. cū l. seq. ff. de rei vend. & Nicosant. in tract. in quinta par. principali in 4. membro num. 11. dixit sequendo Paul. idem. Nam expensæ factæ in plantandis vitibus, vel arboribus, si arbores sunt fructiferæ, vt vites, & oliuæ, sunt reficiendæ &c. intelligas modo, quo supra.

Et adeo est vera ista cōclusio, vt regula sit generalis, ꝙ melioramenta semper sunt fa-
10 cientis † ita, vt in re, in qua facta sunt, de iure insistere possit, neq; illam relaxare tenetur, donec ei non fuerint soluta. Hoc videtur apertè in colono, vt l. Dominus horreorum §. in conducto ff. locati. Et Clarius in l. colonus, eod. tit. vbi apertè dicit, ꝙ si quis in fundo conducto absq; lege locationis vineas posuerit, seu instituit, ꝙ expensas institutio-

nis

Digitized by Google

nis consequetur ibi (re, vel expensas consequuturum, vel nihil amplius præstaturum) Par.in consi. 79.num.16.vol.3.

Intelligas procedere, quia ideo repetit. Quia est Colonus, seu inquilinus, & bo-
11 næfidei: secus in illo, qui est malæfidei † per d.l.fi.in fi.C.com.vtr. legat. & ita glo. in d.l. colonus apertè declarat in verb. (consequuturum) ff.eod.

Idem dicitur in emphyteuta, etiam si esset emphyteusis Ecclesię Doct. in l.2.C. de iur.emphyt.

Idem dicitur in fideicōmissis, q licet melioramenta in eis facta cedunt solo. Tamen per fideicommissarium debent solui, & satis-
12 fieri † l.domos cum seq.vbi Bar.Bal.&* omnes ff.de lega.3.
13 Sic obseruatur etiam in feudatario † c. 1. §.si vassallus in tit. hic finitur lex Corn. in consi.147.in 2.vol.

Hoc obseruatur in marito, quia si fundus à marito melioratus reuertatur ad vxorem, hæredes mariti consequuntur melioramen-
14 ta prædicta † l.diuortio §.impendia ff.solu. matrim. cum tit.de impens.in reb.dot fac.

Et generaliter quicunq; habet dominium non perpetuum, si meliorat rem, retinet, do-
15 nec ei soluantur, † ita Cuman.in consil.57. Deci.in consi.518.nu.2. per glo.in auth.qui rem C. de Sacrosf.Eccles: Abunde Tiber.Decian.in respon.29. in prima q.in princ. & in num.5.vbi doctè, & dictus Garzi.in d.tract. in d.c.5.de expens. & meliora. in tom.tract. 17.& ita intelligas prædicta, & Pau. de Cast. cum distinctione, de qua supra.

Ex quibus omnibus determinaui in fauorem patronorum, & clerici nouiter Rectoris instituti: & ea etiam Ratione, quia clericus vita durante est vsufructuarius † c. præsenti de off.ord.in 6.

Et si aliquis cōduxit ab vsufructuario fundum per quinquennium, & in eo sumptus fecit, quasi quinquennio fruiturus, sumptus nō recuperat, si fructuarius ante quinquennium moritur. Ratio est, quia hoc euenire
17 posse prospicere debuit † ita est tex. ad litteram in l.si quis domum §.idem quærit ff.loca.vbi scribentes &c. Garz.Hispan.in tractat. de expens.& meliora.in cap.14. num.17.

Sed partes hoc videntes de cōmuni etiam consensu quieuere, & sic nouus rector habuit fundum vineis plenum, restituta modica parte sumptuum, stante rectore mortuo, & suis hæredibus non soluēdo de æquitate. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

1 *IVspatronatus laicorum, vel Ecclesia quando dicitur.*
2 *Præsentantes debent docere de suis iuribus.*
3 *Iuspatronatus donari potest.*
4 *Iuspatronatus extraneo sine consensu Episcopi donari non potest.*
5 *Episcopo donationi non consentiente à donatore ius non abdicatur.*
6 *Donatio simplex iurispatronatus si fieret cōpatrono sine Episcopi consensu valet.*
7 *Iuspatronatus cum vniuersitate bonorum transit.*
8 *Iuspatronatus ad hæredes sanguinis non transit.*
9 *Iuspatronatus si transit cū vniuersitate multo magis cum vniuersalitate hæreditatis.*
10 *Iuspatronatus transit ad hæredes.*
11 *Per præsentationem & institutionem acquiritur quasi possessio iurispatronatus.*
12 *Sacerdos in actu quando requiritur.*
13 *Procedit, etiam si esset Diaconus.*
14 *Limitatio ad hanc regulam declaratur.*
15 *Præsentatio, quomodo fieri debet.*

DETERMINATIO LVIII.

ANNO 1583. quidam Nicolaus Carella Terræ Rutiliani Cappellam quandam, sub vocabulo Santa Maria del Palazzo construxit, eamq; consensu Episcopi dotauit, iusq; patronatus laicorum fundauit: moritur relicta sola filia fæmina Flora, quæ cum viueret dictum ius patronatus familiæ de Seuerino donauit: tandem in vltimis constituta, suum hæredem vniuersalem orgāntinum de Leonibus instituit, & donationem prædictam reuocauit: Organtinus mortuo suo Rectore præsentauit in d.Cappella, & benefitio Donnūm Bartholomæum de Capitortis, qui anno 1585. mortuus est, venit familia de Seuerinis, & præsentat Donnum Marium, familia Organtini de Leonibus, præsentat D. Vitum de Polo, & orta controuersia determinaui, vt infra.

Antequam ad decisionem præsentis causæ descendamus, notandum est, qualiter sumus in benefitio iuris patronatus laicorum, & non ecclesiasticum: Ratio est euidens. Nā fundator fuit laicus, de bonis propriis Cappellam prædictam cōstruxit, & dotauit, imò si esset clericus, & dotaret de proprio etiam
1 diceretur laicale † est glo.in clem. plures in

verb.

Digitized by Google

verb. (præsentare) de iur.patro.Rocc.in sua rep.in verb. ius nu.13.Aym.Crau. in consil. 64.num.4.volum.1.Couarr. in pract.quæst. in c.36. in 2.tom. vbi dicit, ꝙ hæc est com-
* munis opin. * vbi etiam declarat, ꝙ dicitur tunc ecclesiasticū, quādo à laico datur potestas Ecclesiæ; vel collegio præsentandi, vt Rocc.de Curt. etiam declarat in loco citato, & Abb.in c.illud de iur.patron.extra.

Pro parte Abbatis Marij Seuerini præsentati à familia de Seuerino, dicebatur ipsum institui debere. Primo quia probatum est in
1 processu de iuribus præsentantium,† vt not. in c.Cum vos, vbi Bald.nu.1.in 2.not. de off. ordina.extra.

Et vt plenè constet, fuit præsentatum instrumentum donationis factę à flora hęrede vniuersali fundatoris benefitij: Nam donauit prædictis, & donatio iuris patronatus
3 benefieri potest † ita est text.in c. ex insinuatione,vbi glo.& scribentes de iur.patr.extra.

Pro contraria parte dicebatur, ꝙ illa donatio fuit simplex de benefitio prædicto, & tali casu extraneo sine cōsensu Episcopi do-
4 nari non potest† ita loquitur dictus tex.c.ex insinuatione pro parte cōtraria allegatus, & Ias.in consil.97. incip. inspectabilem nu.14. vol.1.not.Abb.in c.illud de iur.patron. Archi.in c.piæ mentis 16.q 7.& dicit hanc esse
* communem * op. refert Dec. in consil. 995. num.2.visa donatione, & Ioseph Lodou.in rubr.de iur.patron.in conclus.vni. versi. acquiritur etiam in tom.comm.opin.lib.3.

Cum in casu isto nō adsit aliquis consensus Episcopi, illa donatio fuit,& est nulla: & donec superior non consenserit, nunquam
5 ius præsentandi à donāte est abdicatum † ita declarat Abb in c.cum seculum in fi. de iur. patron. extra, & ita Rotæ decisum fuisse testatur Reuerendissimus Puteus in sua decis. 16.in 2.lib.vbi doctè,& sic ex dicta donatione consensu non existente Episcopi, nihil transfertur. Ita declarare vidi hanc esse com-
* munem * opinionem Dom.Viu.in sua Silua in opin.217. incip. donari, ac concedi nu.4. & 5.primo lib.per glo.Calder.Abb.& omnes in c.quod autem de iur.patron.& ꝙ hæc
* est magis communis * voluit Deci.in cap.de Monachis num.27. de præbend. & idē Dec. in consi.596.num.4.& num.11.& 541.nume. 2. in 3.par. & Rocc.in Rep.rubr.de iur. patro.in verbo ipse,vel 15.nume.37.in tom. repet.4.& idem in versi.pro eo nu.41.

Vel secūdo ille tex. c.ex insinuatione procedit, quando donatio,seu cessio simplex fie-
6 ret alteri compatrono † ita gloss. declarat in verb.(contulerit) & Lambertin in 36.art.2. quæst.1. 2.par. lib.2.num.15. & in 10. artic.2.par. p.2.& in 12.artic.primæ q.prin. secundæ part.lib.1.

Isti de Seuerino sunt prorsus extranei, nō de familia fundatoris. Ergo donatio nulla.

Et ꝙ ipse D. Vitus præsentatus ab illis de familia Organtini de Leonibus institui debet, probatur sic.

Flora, hæres sanguinis,& vniuersalis fundatoris in vltimis constituta, instituit suum hæredem vniuersalem dictumOrgantinum, & donationem factam familiæ de Seuerino reuocauit,& clara est omnium cano. conclusio, ꝙ ius patronatus cum Vniuersitate bonorum transit etiam ad hæredes extraneos
7 † per tex.c.cum seculum, & c. ex litteris eo. tit.de iur.patron.extra,& in terminis est tex. cap.considerandum 17.q.7.& c.si plures, & c.quoniā eod.tit.de iur.patro.extra,& Rocc. de Curt.in rub.de iur.patro.in verb.(pro eo) & Cro. in c.de iur.eod.tit.nu.1. exclusis hæredibus sanguinis.Ita Innoc.declarat in cap. donatione, & cap. consultationibus eod.tit. & sic opin. tenentium quòd vadit ad hęre-
8 des sanguinis, etiā si non sint hæredes † arg. cap.cū filijs 17.q.7.& arg.l.filij ff. de iur.patro.& l.Aurelius ff. de lib·legat.dicit Innoc. ꝙ non est vera. Nam ꝙ transit cum Vniuersitate etiam ad extraneos est, tex.in c.ex literis eod.tit. de iur.patro.extra,& Crot.in cap, cum autem num.20.de iur. patro.in tom.re-
* pe.4. vbi dicunt hanc esse * communē opin. & ita concludit Abb.in d.c.illud versi.in hac 2.distin.num.5. & idem in quæst. incip.Augerio.in princ.vbi etiam tenet,ꝙ etiam cum consensu Episcopi non potest donare laico:
* sed communis est in contrarium, vt Calder. in consil.4.sub rub.ead.Hostiens.in § qualiter transfertur. Archidiac.in d.c.piæ mentis 16.q.7.nu.6.Rocc.in ead.rep.in ver.ipse--- nu.28.30.&36.Dec.in consil 541.1.colum. Lodo.in recoll. com.op.in rub.de iur.patro. versi.acquiritur etiā donatione, & sic excluso D.Mario dicemus, ꝙ si dictum ius patronatus transit cum Vniuersitate bonorū; Mul-
9 to magis cum hæreditate,†& hæc est cōmu-
* nis opi.*vt refert Rocc.in citato loco nu.17. nu.19.& 24.versi.vndecimo quæro:& ꝙ ius patronatus transit ad hęredes,tenet Aug.Beroi.in consil.6.num.25.vol.1.est videre Menoch.in consi.90.nu.100. lib.1. & Ioseph in loco prędicto,& amplèVincen.Carro.in reg. quid prohibetur de reg.iur.lib.2.versi. (amplia 2.) num.4.in tom.rep.5. Abb.in c.1. de iur.patrona.Ias.in l.1.nume.71. ff.de lega.1.

Digitized by Google

Secundo ponderaui, ꝙ partes in suis articulis ponunt vnum, & clarum est, ꝙ qui ponit fatetur † l. cum precum C. de liber. caus. voluit Bal. in l. data opera C. qui accusari nō possunt num. 4. Iasl. in l. iudices col. fin. C. de iud. Alex. in consi. 71. vol. 3. clarum est enim

4 ꝙ positū habet vim probationis † Lanfran. in c. quoniam cōtra in verbo responsiones nume. 5. & adeò ista positio parti præiudicat, vt reuocari non possit ita Spacul. in titulo de positio. in §.----in versic. quid si actor. Ratio est, quia nulla maior probatio, quàm partis

5 confessio † cap. quoniam de priuileg. exorditur Io. de Amic. in consil. 14. num. 1. & in consi. 21. & consi. 61. num. 7. & in consi. 106. nume. 2.

Cum igitur pars velit vnum, & testes dicant contrarium; clarum est, ꝙ neutri creditur. ratio est, quia duo contraria nō possunt

7 esse vera † l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. l. 1. C. de furt. Alex. in consi. 121. nu. 6. versic, confirmatur vol. 1. Marc. Mantua. in consil. 123. num. 11. Pau. de Castr. in l. 2. §. creditū

* ibi, & * omnes ff. si cert. petat.

Cum igitur nulla probatio legitima appareret, consideratis prædictis, respondi, ꝙ malè fuit iudicatum, & bene appellatū, qua responsione habita magnificus Auditor eam ponderauit, & tandem inter partes cōuenit. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Fratres prædicatores debent præferri fratribus Sancti Francisci.

SVMMARIVM.

1 *FRatres Sancti Francisci vti habentes antiquum monasterium præferuntur.*

2 *Fratres Sancti Dominici præferūtur eis omni iure.*

3 *Quando ordines prædicti fuerunt instituti.*

4 *Priuilegium declaratur datum Sancto Dominico.*

5 *Intellectus ad motum Summi Pontificis.*

DETERMINATIO LX.

ME Auditore Reuerēdissimi Archipresbyteri Rutilianēs. Nullius diœcesis existēte anno 1585. fratres prædicatores Sācti Dominici, & venerabiles fratres Minores etiam S. Francisci cum esset orta maxima controuersia, quis præferri deberet, determinaui, vt infra &c.

Dicebant Fratres minores Sancti Francisci, suum Monasterium per quamplurimos annos reperiri constructum, & sic tanquam

1 antiquius præferri debere. † Quandoquidē Monasterium fratrum prædicatorum adhuc non est constructum mouebantur per motū expeditum anno 1583. per Dominum nostrum GREGORIVM XIII. vbi hoc videtur determinatum.

Respondebāt fratres Prædicatores, ꝙ omni iure ipsi preferri debēt primo ratione Priuilegij à Domino Honorio Tertio Domino

2 nostro habiti † ita glo in cap. quorundam in versi. (prædicatorum) de electione in 6. & glo. in c. fi. de pact. eod. lib & sic vt dixi ratione antiquioris institutionis, ita Fely. in rubr. de maior. & obed. nu. 5. & 6. & clarius Io. de Mont. in tract. de aucto. Mag. consi. num. 87. vbi Boer. & in tract. Heremitar. nu. 9. et tex. ad litteram in c. in suprascriptione de reg. & transa. l religio. lib. 6. Callan. in catalo. glor. mund. in 4. par. 68. considerat. & in consid. 69. vbi diffusè. Quia quamuis ordo Sancti Francisci fuit primitus; Habuit enim initiū

3 anno Christi 1210 sub anno tertio, † ita Mars. in tracta. de ecclesia. reddi c. 16. nu. 21. in tom. tract. 15. par. 2. fol. mihi 348. Nihilominus ordo prædicatorum secūdum prædictos anno 1216. vel secundum aliquos anno 1218. ab Honorio Tertio Pontifice fuit confirmatus, & ordo Sancti Francisci confirmatus postea anno 1218.

Et in dicta confirmatione ordinis prædicatorum ab eodem Honorio fuit data prærogatiua præcedendi omnes alios minores † ita

4 Crono. in supplit. Cronicar. in vita Honorij anno 1218. vbi videtur, ꝙ ordo Prædicatorum fuit cōfirmatus mense Iulii, & ordo Sancti Francisci die 27. Nouemb. 1518. & Corset. in reperto. Abb. in littera F. i verb. frater. versi. fratres Prædicatores.

Non obstat modo motiuum: quia sunt ferè anni sex, ꝙ orta fuit eadem controuersia,

5 & fratres Prædicatores fuerunt missi in possessione, & ille motus in vno capite dicit, ꝙ manuteneātur in possessione qui reperiunt.

In secundo capite vbi dixit, ꝙ præcedant Monasteria antiquiora. Ego intelligo de eisdem Monacis. Vt puta, nunc fit; vnum Monasterium de prædictis aliud reperitur antea constructum: isti Monaci debent præferri. Vel si fieret Monasterium Capuccinorum, qui sunt eiusdem Regulæ. Et ita intelligo motum prædictum.

Digitized by Google

Secus de vna religione, quia tunc priuilegia iuris cõmunis sunt in suo robore, alias esset destruere omnia prædicta iura.

Et sic tuli sententiam pro fratribus Predicatoribus, & quia appellauerunt tempore, quo fuit creatus Pontifex SIXTVS V. de ordine ipsorũ Minorum. Habuerunt recursum ad Sanctam Sedem, & cum in Vrbe essent, non fuerunt auditi, & sic paruerũt sententiæ meæ. Et ita hodie pacificè obseruatur in dicta Terra Rutiliani, & Domino sit laus. anno 1582.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Orta causa falsitatis in ciuili non superseditur hodie in regno, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Causa falsi orta super ciuili superssedetur.*
2 *Secus de iure Regni.*
3 *In causa falsitatis quando superssederi, & procedi debet.*

DETERMINATIO LXI.

SÆPE occurrere solet, ꝙ publicato ꝓcessu in causa ciuili solẽt partes q̃relare de falso. & impediunt causam ciuilem. Ideo sciẽdum est, ꝙ licet ex dispositione iuris communis sit regula ꝙ orta causa falsitatis præiuditialis ad causam ci-
1 uilem, in ciuili supersederi debet † per tex. l. fi. C. de ord. vbi * communiter omnes.

Nihilominus de iure Regni dicta dispositio videtur correcta per const. Regni quę incipit si ciuiliter agens sub rubr. de litis con-
2 testatione † vbi glo. 1. in versi. Idem est, quia in Regno in vtraque causa procedi potest, sic disponit, de qua constitutione est videndus Rober. Mara. in sua pract. in 4. par. in 6. dist. principali num. 53. sed vbi potest mora, negligentia, vel imperitia accusatoris de falsitate imputari, tunc per accusationem falsi non
3 supersedetur in causa ipsa ciuili † vt l. negãda C. qui accus. nõ poss. & Cyn. in l. 1. in vlt. quæst. C. eod. tit. & per Affl. in decis. 229. & per Gramm. in decis. 60. num. 24. & licet ipsa constitutio dicat, ꝙ procedatur sub vtraq; causa, & ꝙ non expediatur causa ciuilis, vt dicit Bal. in l. fi. de fid. instrum. & per Afflict. in decis. 103. Nihilominus hoc non militat, quando in causa est lis contestata, & hoc pręcisè procedit hodie per Regiam nouellam Pragmaticam Catholici Regis per Illustrissimum Raymundum de Cardona in qua prouidetur, ꝙ non obstante accusatione falsi cõtra testes, ꝙ procedẽdum est in causa vsque ad sententiam inclusiuè, nisi iudici de falsitate ante sententiam constiterit.

Querela de falso debet porrigi antequam fuerit renuntiatũ exceptioni quæ dicitur renuntiata, si infra octo dies continuo sequentes non fuerit opposita post publicatum. Ita Pragmatica testem falsum per dictionẽ, nisi quæ priuat l. feriatis ff. de feriis, & l. extraneo ff. de ventr. in poss. mitt. Imo conclusionem inducit l. fideiussor ff. de lega. 3. Ita ꝙ si post conclusum allegaretur, non militaret; quia Pragmatica intelligitur parte petente. Quæ Pragmatica fuit confecta post decis. Afflict. 404. & sic non obstaret, ꝙ ibi dicitur, quia potest procedere in dolosis notoriis. Et secũdum prædicta pluties, ego determinaui in pluribus causis. Ad Dei laudem.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus acquiritur ex multis præsentationibus, & institutionibus subsecutis: & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Iura præsentãtium Episcopo ante omnia sunt probanda.*
2 *Ius patronatus tria faciunt.*
3 *Et debet constari, hæc tria facta esse animo acquirendi ius patronatus.*
4 *Ditatio non dicitur dotatio, & non inducit ius patronatus.*
5 *Consensus Episcopi in ditatione non præiudicat patronis.*
6 *Factum Prælati in iure quæsito Ecclesiæ non nocet.*
7 *Ditatio in Ecclesia penitus diruta inducit ius patronatus.*
8 *Ecclesia diruta non dicitur Ecclesia.*
9 *Corpus mortuum non dicitur homo, sed cadauer.*
10 *Difficilis probatio dicitur, quando non habetur fundatio testatoris.*
11 *In factis antiquis præsumpta ꝓbatio sufficit.*
12 *Ius patronatus per famam probatur.*
13 *Patronus iuris patronatus præsumitur possidens non constito de alio Domino.*
14 *Ecclesia non nascitur, quia fundari debet.*
15 *Qui diù stat in possess. sufficit allegare titulũ.*
16 *Ius patronatus ad acquirẽdũ quæ requirãtur.*

17 Præ-

Digitized by Google

17 *Præsentatus à maiori parte vocum est instituendus.*
18 *Tractantibus nobis de possessorio præferri debet, qui antiquiorem possessionem habet.*
19 *Probatio recentioris possessionis dicitur iniustus possessor.*

DETERMINATIO LXII.

ANNO 1581. in Curię Archipresbyterali Terræ Rutiliani, in qua ego consultor erã. Orta fuit quęstio inter Reuerendum Abbatem Marium de Seuerino, & Donnum Ioannem Bernardinum de Leone, & Cameram: super præsentatione, & institutione benefitij iuris patronatus laicorum nuncupati ò Sanna, extra Menia, &c. quod beneficium fuit fundatum à quondam Iudice Goffredo anno 1333.

Difficultas fuit: nam Abbas Marius, fuit præsentatus à Magnificis, Laura, & Francischina sororibus, & magnificis Iulia, & Neuia de Seuerino, omnes familia Seuerinorũ, & à magnifico Dionysio Seuerino, qui asserebant ad ipsos dictum ius patronatus præsentãdi spectasse, & spectare. Hoc probabant, esse in quasi possessione à tẽpore immemorabili, & præsentauerũt quandã cessionẽ factam à quondam Petro de Georgio, & Lucẽta matre de Linea de Boncore, qui prætẽdebãt se esse de linea fundatoris, & probauerũt ex auditu. Hoc modo dicebãt, Gemmam esse filiam Cicchi de Christophoro, ex Gemma natam Rosam esse, ex Rosa Quintilianam; ex Quintiliana, partes pręsentantium, & sic cõcludũt, ꝙ dicti de Boncore à quibus descendebant. Christophorus, & successiuè prædicti, esse de linea primi fundatoris, & sic stante probatione huiusmodi, dubitabatur si debebat institui, & determinaui, vt infra.

In hac materia iuris patronatus. Primo sciendum est, qualiter ante omnia de iuribus præsentantium, Episcopo cõstare debet † ita Bal. in c. cum vos de offitio ordin. extra nu. 1.

Secundo dixi, ꝙ ius patronatus, secundũ omnium opin. tria faciunt, fundus, constructio, & dos † in text. c. piæ mentis, & cap. filius glo. & Doctor. dicunt 16. q. 7. cap. Monasteria, & c. quicunque, & c. Abbatem 18. quæst. 2. & in c. à nobis, & cap. quoniam de iur. patron. de dote est etiam tex. in c. si nemo de consecra. distin. 1. & c. auctoritate de præbend. in 6. c. ad hæc de relig. dom. & vltimo hoc est expressè sancitum, in Sac. Conc. Triden. in sessio. 25. c. 9. de reformat. & Aug. Berox. in consil. 6. nu. 6. vol. 1. vbi dicit, ꝙ debe cõstare, q. prædicta facta fuere animo acquirendi ius patronatus, & de consensu Episcopi; alioquin, si quis fundaret simpliciter, dotaret, aut construeret, non diceretur animo acquirendi, & Ecclesia diceretur libera, &
3 non patronata † c. significauit de test. c. nobis ibi hæc omnia notant. Et Thom. Doct. in cõsil. 49. num. 3. & per totum, & Ioseph Lod. in rub. de iur. patrona. in princ. in tom. comm. opin. 3. in princ.

Et adeò est vera ista conclusio: vt si aliquis ditaret beneficium, non acquireret; quia ditatio non dicitur dotatio: sed est quodã augmentum, & isto casu ille diceretur benefactor, ꝙ per talem ditationem, seu augmentum non haberet ius præsentandi, etiã si di-
4 taret consensu Episcopi † ita post Lambert. in tract. iuris patrona. contra Pau. de cita. tenet doctissimus Franc. Bursat. in consil. 310. per totum: & ꝙ consensus Episcopi, non no-
5 cet veris Patronis † probatur illa ratione: Nã in iure quæsito, factum Prælati nõ nocet Ec-
6 clesiæ, vel successori † ita not. in l. iubemus nulli, & in l. iubemus nullam C. de Sacros. Eccles. & in auth. hoc ius porrectum eod. tit. ibi per doct. & in c. 2. de dona. & quod notatur in cap. cõtigit de sent. excomm. per Ant. & Abb. in c. 1. de dol. & contumat. & in terminis etiam nostris, ita tenet Thomas Doccius Senensis in consil. 49. nume. 17. incip. licet.

Hanc conclusionem intelligas, sanè. Nisi Ecclesia esset penitus diruta: quia tunc per
7 ditationem, & consensum † Episcopi, efficitur patronus. ratio est, quia Ecclesia diruta
8 nõ dicitur Ecclesia † sicut corpus mortuum
9 non dicitur homo, sed cadauer † ita Bursat. in dict. consi. 310. & ante eum accuratè Luc. de Pen. in l. in qualibet in versic. (vtrum autem, qui reficit) in rubr. de metatis, & epodimeticis C. lib. 12. dicit hæc verba. Vtrum autem, qui reficit Ecclesiam ruinæ dispositam, de consensu Episcopi acquirit sibi ius patronatus, certè sic, vt not. extra de iure patronatus cap. 3. ad quod benefacit ff. de oper. publi. l. fin. & melius in auth. vt nulla Fabri. ora. Dom. §. primo versic. (sin autem) coll. 5: & Tiber. Decian. in respon. 19. nume. 134. volum. 3. Abb. in consil. 69. & Lamber. in tracta. de iur. patronatus in tertio articulo in quæstione sexta principali, prima parte, libro primo, nume. 10. Berous, in consil. 4. num. 27. volum. 3. Lod. Ioseph in rub. de iur. patro. in conclus. vni. versi. acquiritur, etiam ius patronatus. Et Couarr. in §. 10. in 2.

Digitized by Google

par.relectio. vbi materia iuris patronatus tractatur, & per eundem in practicarũ quęst. in c.36. sub rub.de iur. patro.laicorum nu.6.

His præsuppositis, consideraui, an Abbas Marius prædicta probauit, cum simus in facto antiquo, vel saltem, quia sunt producti alij præsentati per prædictos de linea, si saltem ex hoc capite debet ipse institui.

• Archidiaco. in c.si plures nu.4. quem sequitur Lamber.in tract.iur.patron.in 2.par. in 2 lib.in 10.quæst.principali in artic. 4. in princ.& num. 11.dixit, ꝙ est difficilis probationis, & pene impossibilis . ratio secundum eum, quia omnis successus non potest per scripturas probari publicas, cum aliqua etiam in facto consistentia requirantur, per scripturas faciliter probari non possunt. Hoc dictum in rei veritate procedit quoad certã, & directam probationem.

Sed in factis antiquis præsumpta proba-
11 tio sufficit, † & per coniecturalem præsumptionem, seu probationem, & famam proba-
12 tur † ita dixit Bal.in l. eum super num.1.C. de rei vend. vbi dicit, ꝙ ad probandum ius patronatus valet antiquissima possessio quæ habetur pro titulo quem sequitur Deci. in consil.135. num.1.& idem Bal.in auth.quas actiones num.16.C.de Sacros.Eccl.Socy.Senior consi.205.vol.2. Roland.à Vall.in consil.3.nu.5.vol.1.Bursat.in consil.324. incip. ex præposito, vol.3.Ias.in consi.225.num.3. vol.2.Rocc. de Curt.in tract. jur.patron. in verb. ipse, vel 15. nume.38. & in nouiss.83. vbi dicit, quòd opin. Archidiaconi in d. c. si plures nume.4. qui dixit, quòd si probo, ꝙ fui in possessione, seu quasi præsentandi rectorem, licet non probat dominium, sufficit, & prodest ipsa possessio per tex. c. quærelam de elect.extra, est vera opin. etiam ꝙ in antiquis sufficit probatio per famã, voluit Abb. in c.causam de præscrip.& in consil. 106. nume. 1.Felyn. in cap.veniens el 1. num. 16. de test. Alex.in consi.75.in fi.vol.4.Meroch. ----& Thom.Docc. in d.consil.49.nu.9.vbi etiam dicit, ꝙ ista quasi possessio est sufficiẽs ad actum præsentationis, per dictum text.c. quærelam. Et ratio est, ꝙ quando non apparet de iure patronatus alterius, ille cẽsendus est Patronus, qui reperitur in quasi possessio-
13 ne iuris patronatus † ita Abb.in c. consultationibus de iur.patron & in c.predicto querelam. ratio rationis est, quia Ecclesia nõ na-
14 scitur † latè per Bar.& alios in l.cum de in rem verso ff.de vsur. & l.certis annis C. de pact.in quibus locis tractatur, ꝙ ille, qui diu stetit in possessione allegando titulum sufficit. Sic in materia nostra : sed necesse est, vt
15 sit immemorabilis, † Ita Augustinus Berov. in consi.6. per totum vol. 1.num.9. Et vltimo loco, ita sancitum fuit in Sac.Consi.Trid. in 25. sessio in c. prædicto 9. vbi sunt hæc verba (vt titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel ex dotatione, quæ ex authentico documento, & aliis à iure requisitis ostendatur, siue etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum) ex quibus vltimis verbis cõcluditur, ꝙ licet deficiat titulus si adsunt multiplicatæ præsentationes, ius patronatus acquiritur: licet non appareat, ꝙ sit patronus per tex.c. etiam consultationibus de iur. patron. & per dictũ text.c. quęrelam de elect. & Rocc. firmat in eod.tract. in verb.competens num.31.q.10. vbi declarat, ꝙ vt acquiratur ius præsentan-
16 di, hæc requirantur † Deci.in cõsil.126.nume.1.& seq.& per Dec in consi.117.nu.2. per totum in 1.par.& in consil.134. num.3. & 4.par.1.& Menoch.in consi.402.nu.37. 38.& seq. vol.5.

Primo bonafides præsentantium, credentium se patronos.

Secundo ꝙ præsentatio fuit admissa, & confirmata. Cardinal. in consil.3. sub tit. de caus.posse.& propriet.

Tertio ꝙ institutus habeatur pro rectore, & ꝙ sic fuit reputatus.

Quarto ꝙ ille, in cuius præiuditiũ quasi possessio iuris patronatus acquiratur, hoc patiatur. Nam prædictus Rocc. in loco prædicto nu.37.& Carol.Ruyn.in consi.50. per totum in 5.vol. vbi etiam declarat, ꝙ qui est præsentatus à maiori parte vocum, ille etiam
17 est instituendus † c.3. de iur.patron. & ibidem num.3.Alber.de Rosa.in tract.statutorum in q.88. incip. Paduæ per Hostien. in c. postulatis de concess.præbend.

In casu igitur nostro omnes certãt solum de possessorio, quia nemo probat de directo dominio. Sequitur ꝙ in casu isto, ille præferatur, qui habet antiquiorem possessionem,
18 & multiplicatas præsentationes † per tex.& ibi Doct.in c.licet causam de probatio.extra. Et ille, qui probat recentiorem, seu nouissimam possessionem, dicitur iniustus possessor
19 † & Bart. in l.Celsus ff. de vsucap. & in l.si duo ff.vti poss. Idem Bar.in l.si de eo §.fin. ff. de acquir.hæred.ibi Io.de Imo. licet cũ quadam modificatione, & ita decisum esse testatur Cachera.in decis.93. & clarè Grammat. in consi.31.nu.23.in ciuili. & Ioseph Lodo.in rub.de iur.patron. in conclus.vnica in tom.com.opin.3.

Cum

Digitized by Google

Cum igitur Abbas Marius ꝓbauit de antiquiori possessione, & quòd isti de Boncore sunt in possessione, & per tempus immemorabile fuerunt: respondi pro dicto Abbate Mario, qui in benefitio prædicto fuit etiam institutus, & D. Ioānes Bernardinus acquieuit, & Cur. promotor etiam, & secundum hanc determinationem, cum casus præsens, & etiam ditationis accidisset in Terra Nucū inter familiam de Parma; & D. Stephanum ---- per Reuerendissimum Illustrem Episcopum primo Cupersaneñ. & deinde à S.S. cōmissa causa Episcopo Reuerendissimo, & Illustrissimo Motularum fuit etiā determinatum; Ditantem ius patronatus, & presentandi non habere. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Approbans aliquem pro idoneo, an dicatur verus fideiussor.

SVMMARIVM.

1 *APprobatores fideiussorum vicem obtinent.*
2 *Approbans se obligat, vt fideiussor.*
3 *Approbans non soluendo, dicitur fideiussor.*
4 *Alloquens Dominus famulum ad aures, si delictum sequitur præsumitur Dominus ipse dixisse.*
5 *Approbans fideiussorem dicitur ille fideiussor.*
6 *Dans fideiussorem qui statim aufugit, tenetur alium dare, quia præsumitur sciens.*
7 *Sponsor dicitur, qui sine rogatu alterius pro aliquo intercedit.*
8 *Geminatio valde operatur.*
9 *Quæ coram iudice fiunt, probatione non indigent.*
10 *Approbans tenetur quando dolosè, & lucri gratia approbat.*
11 *Simplex mendacium non dicitur dolosè dictum.*
12 *Approbans vt teneatur, plura requiruntur.*
13 *Intellectus ad l. cum ostendimus §. fideiussores ff. de fid. tut. declaratur.*
14 *Actus factus in iuditio est fortior, & constantior actu extra iuditium facto.*
15 *Scriptura in iuditio est de substantia eorum, quæ fiunt.*
16 *Geminata patientia, quando inducit fideiussionem.*
17 *Geminata confeßio præsupponit obligationē.*
18 *Vbi non est consensus, non nascitur obligatio.*

DETERMINATIO LIII.

IN Terra Sancti Nicandri, anno 1587. inter Vitum de Collanera, & Carolum de Arboreto, orta fuit quæstio huiusmodi: nam vitus vendidit, clerico Ioanni Iacobo, & Antonio de Luca fratribus, boues duos pro pretio duc. 13. monetæ, approbatione facta per dictum Carolū his verbis. [ò Vito date detti boui alli predetti Gio. Giacomo, & Antonio fratelli de Luca, perche sono sufficientissimi à pagar detto prezzo.] Et fuit in nundinis Ciuitatis Bitecti, deinde venerunt in Terra Sancti Nicandri, & contractu fecerunt, & eodem modo Carolus approbauit. Et quia dicti emptores non erant soluendo, adueniente tempore egit contra prædictum Carolum, & seruatis seruandis in prima instantia obtinuit actor vitus sententiam in sui fauorem. Carolus appellauit ad me vti Auditoré secundarum causarum, qui seruatis seruandis declaraui bene appellatum, & male iudicatum, & absolui dictum Carolum, & rationes fuerunt infradictæ videlicet.

Pro Vito actore dicebatur, qđ approbatores, fideiussorum vicem gerunt † l. cū ostendimus §. fi. vbi etiam Bald. ff. de fideiuss. tutorum.
1

Secundo adducitur Doctrina Ang. in l. si vero §. 1. ff. qui satisd. cogant. vbi inquit, caue ne vnquam approbes fideiussorem, quia
2 approbando, es obligatus, vti fideiussor, † & Bald. in l Græcè §. fi. dixit, ꝙ quis potest esse fideiussor, vt hic Carolus, ergo & c. & doctè per Ang. de malefi. in tracta. suo in verb. pro quibus Anton. fidei. vbi Aug. num. 12.

Tertio, & fortius, dicebat actor ꝙ isti emptores, tam tempore contractus, quàm post erant ære alieno grauati, & fugitiui, & ex
3 hoc eorum paupertas ostenditur † l. in fundo vbi Ang. de rei vend. Cum igitur ipse Carolus per illa verba [erano sufficientissimi à pagare] deprędēditur ꝙ dolosè approbauit, ꝙ hac de causa, ipse Carolus approbator soluere tenetur. Tex. est not. in l. eleganter §. fi. ff. de dol.

Ad prædicta corroboranda, facit doctrina Bar. in l. si ventris §. eorū ff. de priuileg. credi. Quando quis alloquitur famulum suū, si subsequitur delictum, præsumitur Dominum hoc dixisse. † Voluit Bald. in l. 1. col. 4.
4 C. de ser. fugit. ad casum nostrum Vitus, prędictis

dictis fratribus à principio vendere recusa-
bat: si postea dedit, seu vendidit, fuit ex ap-
probatione Caroli, ergo &c.
Quartò accedat, ꝙ dicit Pau. de Castr. in
l. qui satis dare ff. de fideiuss. qui dixit, ꝙ si a-
5 liquis est debitor, & vult præstare fideiusso-
rem, & approbat illum esse idoneũ, & igno-
ranter capitur, ille qui affirmauit, dicitur es-
se in dolo, & tenetur ad quod alias non te-
neretur.
Ad corroboranda prędicta facit etiam, qđ
dicũt Doct. in l. si cum dotem ff. solu. matri.
§. si mulier: ꝙ si debitor dedit fideiussorem
idoneum, qui statim arripuit fugam; tenetur
6 debitor alium dare, † quia ista breuitas tem-
poris insinuat, vt ipse debitor sit conscius fu-
gæ, & sic in dolo. Sic iste Carolus ergo &c.
Quinto dicebatur, ꝙ iste Carolus tanquã
sponsor tenetur. Nam sponsor dicitur qui si-
7 ne rogatu alterius pro aliquo intercedit † ita
glo. in auth. de fideiuss. & per Mars. in rub. de
fideiuss. nu. - - at iste Carolus dixit illa verba
[erano sufficientissimi] saltem ergo tenetur,
vt sponsor.
Sexto adducitur approbatio geminata.
Nam primo approbauit eos in Nundinis Sã-
ctæ Mariæ Magdalenę in Ciuitate Bitecti, &
secundo loco in Terra Sancti Nicandri, tem-
pore quo fuit factus cõtractus coram Nota-
rio, & testibus, licet ipse in contractu non iu-
rauit, sed eadem verba dixit. Ita vt vigore ge-
8 minatę approbationis † per doct. Bar. in l. cũ
scimus de agri. & censi. lib. 10. quàm pręsen-
tia Iudicis, Notario, & testibus tenetur, quia
quæ fiunt coram Iudice, probatione non in-
9 digent, † vt no. in l. 1. C. de prædi. Curio. lib.
10. & de geminat. vide Ripam in d. l. 1. ff. de
verb. obligatio. Nam actus reiteratus, & ge-
minatus ex maiori deliberatione procedere
videtur, Ita Deci. in consil. 497. num. 9. & in
consi. 599. num. 5. & in consil. 60. num. 2. in
prima par. & Gram. in consi. 74. num. 8. & in
consi. 79. num. 12. & Osach. in Decis. Pedem.
in decis. 39. num. 16. & in decis. 57. num. 37.
& decis. 128. num. 14. & Tibe. Decian. in re-
spon. 57. num. 41. vol. 1. & 6. 70. nu. 3. vol. 2.
& 70. num. 2. volum. 3. & idem in resp. 1. nu-
me. 204. vol. 1. & num. 136. & nu. 42. resp. 1.
volum. 2. & quid operetur geminatio, vide
eundem in respon. 3. num. 135. volum. 1. vbi
diffinitur, & actus geminatus fortior est,
quàm simplex. Ita Marc. Anto. Marscot. in c.
licet de consti. lib. 6. nume. 185. in tom. repe-
ten. 5. & Grau. in consi. 105. num. 4. volum. 1.
& in consi. 201. num. 42. volum. 2. & Natta:
in consil. 63. nume. 15. volum. 1. & in consil.
160. nume. 31. volum. eod. & enixè volunta-
tem ostendit.
Pro parte Caroli dicebatur, ex illis verbis
dictis, nullo modo teneri, & prima ratio est
de tex. dictę l. & elegãter §. fin. iun. l. sequen-
ti. Verba sunt ista (quod si cum scires facul-
tatibus labi. Lucri tui gratia affirmasti mihi
idoneum esse; merito aduersus te, cum mei
decipiendi gratia alium falso laudaueris, de
dolo iuditium dandum est.)
Ex prędictis verbis ibi (lucri tui gratia af-
firmasti) colligitur, ꝙ non solum requiritur
dolus, vt dicit tex. dicti §. fin. sed etiã requi-
10 ritur lucrum, † at Carolus iste, nullum lu-
crum habuit; sequitur, ꝙ solum mẽdacium
simplex non præsumitur dolosè dictum, &
ideo non inducitur actio de dolo: nisi lucri
11 causa quis mentiatur, † ita Bar. summat di-
ctos tex. dato ꝙ Carolus iste dixisset illa ver-
ba, non causa lucri, sed simpliciter ergo, &c.
Imo Benuenutus Stracc. in tracta. de mer-
cat. seu de proxenet. in 3. par. in prin. in tom.
tract. sexto in 1. par. nu. 22. tenet ipse, ꝙ tria
copulatiuè requiruntur, & non illa duo se-
cundum Bar. vt approbator. Teneatur, pri-
mo vt falso monstret, & laudet nomen alte-
rius, dicendo illum esse locupletem.
Secundo, ꝙ iste approbator scienter dicat
eum esse soluendo, & ꝙ ipse sciebat eum nõ
esse soluendo.
Tertio, ꝙ ipse causa lucri dicat, & ꝙ ali-
quid pro illa approbatione, vel laudatione
acceperit, & ita apertè colliguntur ex l. 2. ff.
de prosenet.
At in casu istius Caroli, istorum triũ nul-
lum legitimæ probatum est, ergo malè iudi-
catum, & bene appellatum, & hanc opin. se-
quitur Petr. Foller. in comment. super rit. &
Cõstit. Regni in rub. de nouo Federici com-
ponendo modo l. post mundi machinam nu-
me. 7. & ita Doctores tenent in l. seruus tuus
ff. eod. tit.
Conclusio sit ergo, ꝙ approbans sine do-
lo, sine lucro, & ꝙ non falso laudauit, ꝙ iste
Carolus non tenetur modo aliquo ad prædi-
ctum pretium. Qua conclusione vera stan-
te, respondetur ad iura pro parte contraria
adducta.
Non obstat ergo tex. l. cum ostendimus §.
fideiussores ff. de fideiuss. tuto. quia respõde-
tur multipliciter.
Primo, quia non datur legum correctio,
sed vna aliam interpretatur: modo ad casum
nostrum, dico ad hoc, vt quis teneatur de ap-
13 probatione semper requiritur dolus † ita de-
clarat Alber. l. illam, & §. fideiussores.

Secun-

Secundo dicit Alber. φ illa lex loquitur in illo casu fauore pupillorum, & in aliis psonis non habet locum, ita est in casu nostro, nam Vitus actor non est pupillus, ergo extra casum illum, non est extendenda: dicit enim Albericus ibi hæc verba, si proponerent termini in aliis personis, quàm expressis, in illa lege. Aliud esset, quia affirmator non teneretur, nisi dolosè, & ita Alex. in l. 1. ff. de verb. oblig. num. 35. Cyn. in l. inuitus C. de procur.

Ratio secundum eum, ideo est speciale in pupillo, quia fideiussio non contrahitur sine stipulatione l. 1. §. verbis ff. de act. & oblig. & l. 5. §. satis acceptio ff. de verb. oblig. φ fallit in pupillo, declarat Fely. in c. nonne in 1. col. versi. (secunda regula de præsumpt. extra) & Socyn. in reg. 494. per Dyn. in reg. qui tacet de reg. iuris. Vbi declarat, φ procedit calore iuditij, & etiam sine iuramento se obligat. Affl. in decis. 30. vbi etiam Vrsillus.

Tertio, & melius, ille text. l. ostendimus. Ideo est, quia qui approbat, affirmat in Iuditio adeò, vt auctoritate Iudicis, & fauore pupilli, & ille passus fuit scribi in actis. Nimirum si obligatur. Ita Doct. omnes in l. 1. ff. de verb. oblig. maximè Alexan. & Fulgos. Ideo est, quia ista tria concurrunt. Calor iuditij, scriptura, & fauor pupilli: ita Alciat. in rub. de verb. oblig. col. 5. & Claud. de Seyse. in l. prædicta col. 2. versic. (tamen puto veram) eod. tit. Galliul. in ead. l. 1. Idē declarat Alex. in l. 2. §. volūtatem ff. solu. matrim. Hyppol. de Marsi. in rub. de probat. nu. 345. & Andr. ab ex ea in tracta. de pact. nume. 415. versic. (quinto principaliter) allegari solet in tom. tract. 6. par. 2. & in num. 419. versi. (secundo fallit hæc conclusio).

Ratio est illa, quia actus factus in iuditio est fortior, & constantior quàm extra iudi-
14 tium † per tex. l. eum pro quo ff. de in ius vocand. l. manumissi ff. de manu. vend. l. si quis vxori §. si seruum ff. de furt. glō. & Doct. in l. si apud acta C. de transact.

Secus, quando affirmator, seu approbator esset extra iuditium, quia tunc nō teneretur, nisi animo decipiendi laudauerit, qui animus præsumeretur ex illis tribus, vt supra dixi, ergo &c.

Quarto, & clarius Alber. dictum tex. declarat habere locū in illis approbationibus, quę secundum communem consuetudinem locorum, & Ciuitatum tenentur approbare fideiussores, vt videmus hodie in actuariis Curiæ, qui capiunt fideiussionem suo periculo, quia ipsi tenentur approbare fideiussorem, vel dicemus in ærariis Baronum, qui in hoc regno ipsi approbant fideiussores, de istis igitur loquitur lex prædicta, & non de aliis, qui ex eorum offitio approbare neminem, tenentur, vt ipse Albericus apertius declarat. Casus noster alius est, ergo &c.

Quinto d. l. cum ostēdimus §. fi. Ideo procedit, quia non solū ibi est fauor pupilli, sed & secundo præsentia Iudicis, sed etiam, & tertio scriptura. Ratio est, quia in iuditio. Scriptura est de substantia eorum, quæ fiunt
15 in iuditio † l. emancipatione C. de fide instrum. ita intelligit dictum text. Bal. in d. l. siue apud acta, quem refert Alexan. in d. l. 1. de verb. oblig. nnme. 37. & 38. vbi plenè tractatur de intellectu d. l. cum ostendimus; eo recurre.

Non obstat etiam doctrina Ang. nam ipse allegat d. l. cum ostendimus, & sic debet intelligi de illis approbatoribus, de quibus loquitur lex illa secundum Bar. in l. nō solum ff. de lib. legat. & ita etiam loquitur d. tex. l. si vero vbi Ang. illud declarat.

Nec obstat tertia Ratio, qui dato φ dixisset simplex mendatium eos laudando, per illud non inducitur actio de dolo, nisi scienter dixisset, & animo, seu causa lucrandi, & qd aliquid perceperit. At in casu isto nullū istorum adest, vt supra diximus, ergo &c.

Nec obstat Doctr. Bart. ibi enim ideo est, quia stantibus inimicitiis præsumitur contra Dominū, secus in casu isto, & sic diuersa est ratio l. Papinianus exuli ff. de mino. Et sic respondetur doctrinæ Pau. de Castr. & etiam ad dicta per Doct. in d. §. si mulier, quia ibi inducitur illa pręsumptio, sed in casu nostro non potest induci, quia omnia ista tria concurrere copulatiuè debent, alias nunquam affirmator tenetur.

Nec obstat quinta ratio, quia inter approbatorem, & sponsorem est maxima differentia in casu nostro sumus in approbatore, & non sponsore, ergo non facit ad casum nostrum.

Nec obstat vltima ratio de approbatione geminata, quia Corset. Sicul. in tract. de geminatio. num. 30. dicit, φ geminata patientia inducit fideiussionem. Nam in iuditio etiam requirit causas secundùm eund. postquam allegat dictum tex. l. cum ostendimus, & sic non obstat, quia si obstaret, posset adduci materia, & dispositio pactorum, quæ est amplissima. Et Doctores loquentes de geminatione, præsupponunt aliquam obligatio-
16 nem naturalem, seu ciuilem, † ita loquitur tex. in d. l. cum scimus, & in l. triticum ff. de verb.

verb.oblig.nu.4. vbi dicit, ꝙ qui bis confessus fuit recepisse decem ex causa mutui; non tamen per stipulationem, intelligitur de eisdem: quia non est noua confessio, sed probatio. allegat l.publia in fi. ff. depos. & Alex. in d.l. 1. ff de verb.oblig. num. 15. ꝙ quando confessio est facta pacto nudo nõ parit actionem, allegat text. §. de constituta inst. de act. & l. 1. §. debitum ff. de const. pecun.

Et quicunque loquitur de cõfessione ge-
17 minata, præsupponit obligationem † Affl. in decis. 337. post numerum 5. & Corset. in suo tract. semper præsupponit aliquam obligationem ciuilem, seu naturalem, & vbi non est consensus, non nascitur obligatio, nec ex
18 primo, nec ex quouis alio actu, † & idẽ Corset. in num 34. dicit, ꝙ actus geminatus à l. prohibitus. Dat robur actui. Per tex. authen. Si qua mulier, & ibi Bald. versi. (multoties) C. ad Vellea. Ergo quanticunque actus, & geminationes in biennium interuenerint, nunquam inducerent obligationem mulieris. Sic in casu istius Caroli, qui noluit, neq; habuit intentionem obligandi. Et tex. vetat, & non consentit, vt dixi in prima Determinatione, in fine.

Hinc dicimus, ꝙ confessio geminata potest reuocari constito de errore. ita dixit Ro-
* ma. in consi. 391. quam opin. * dicit communem det. in l. 1. in 4. notab. C. de erro. calcul. & declarat Aym. Grauet. in consil. 151. à nu. 31. 32. & 33. vol. 1. Quòd ex ipsa laudatione nascatur actio sine interuentu doli, & causa lucri. Ergo si millies geminasset, non induceretur obligatio tex. est clarus in d.l. eleganter §. fi. & d.l. seq. ff. de dol. mal.

Et sic videtur concludendum per prædicta in fauorem appellantis eo maximè quòd quando fuit factus contractus in ipso cõtractu non interuenit, nec vt fideiussor, nec vt principalis, nec aliquo modo, & in summa si voluisset, interuenisset, & si illa verba dixit: dixit ne faceret eis iniuriam, quando dixisset.

Ex prædictis igitur Anno 1590. declaraui male iudicatum, & bene appellatum, & sic partes conuenerunt. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Probatio in causa stupri cum puero cõmissi, quomodo facienda.

SVMMARIVM.

1 *In causis criminalibus tripliciter proceditur.*
2 ***Fama quando gerit vicem accusatoris.***
3 ***Fama ꝙ habeat ortum à probis viris, probandum est.***
4 ***In inquisitione si deficiunt sollemnitates legis libellorum, nulla est.***
5 ***In inquisitione debet describi res super qua fundatur.***
6 ***Fama habens ortum à maleuolis nulla est, nec** ex ea potest inquiri.*
7 *Fama in spetie probata præfertur probata in genere.*
8 *Fama bona elidit malam, & delicti præsumptionem.*
9 *Fama bona tollit inditium.*
10 *Testis testi contrarius digniori standum est.*
11 *Mulier neque in causa criminali, neque testamentaria testificari potest.*
12 *Vtilitas repellit testem.*
13 *Testis vnus de visu debet esse etiam exceptione maior.*
14 *Testis vilis in præiuditium inquisiti torqueri non potest.*
15 *Testis qui non debet torqueri, si torquetur nõ indicat.*
16 *Testis verisimilia deponens non probat.*
17 *Sermones veri sunt, qui concordant cum rebus sensatis.*
18 *Distans à verisimili, est falsitatis imago.*
19 *Tortura indebitè lata testi, non præiudicat inquisito.*
20 *Tortura dari non potest, appellatione interposita.*
21 *Tortura data per Iudicem allegatum suspectum, est nulla.*
22 *Testibus excludentibus delicta, credi debet.*
23 *Medicis salariatis credendum est, & non alijs.*
24 *Denuntians ex odio, & non zelo caritatis nõ est audiendus.*

DETERMINATIO LXIV.

IDEM magnificus Iustinus in anno —— in eadẽ Curia Terræ Molæ fuit inquisitus de Sodomia, & ommisso ot sine in hac causa procedam determinatiue.

Pro parte Iustini dicebatur, ꝙ in causis criminalibus tripliciter proceditur, per accusationem, per denuntiationem, ex mero offitio
1 nobili Curia, & in tali casu debet procedere diffa-

diffamatio, quæ loco accusationis habetur, quæ debet esse clamosa insinuatio non semel tantum, sed sæpius ad aures iudicis perueniens, non à maleuolis, sed ab honestis, & grauibus viris, & veridicis hominibus, & per viam notorij. Ita quòd iudex dissimulare nō possit: sic fama tali modo probata gerit vicē accusatoris, & peruenitur ad spetialē infor-
2 mationem † ita est text. in cap. qualiter, & quando de accusatio. extra l. 3. ff. de off. Præfect. Prætor l. 4. §. mandatis ff. ad l. Iuli. peculat. Ita intelligitur glo. in l. 2. §. si publico ff. de adulter. Ang. in tract. malefi. in verbo ꝙ fama publica præcedente, & fuit inuentum ad raffrenandam iudicum malitiam, quia alias esset in potestate ipsorū homines suffocare. Ita declarat Boss. in rub. de inquisit. num. 21.

Et ꝙ proueniat ab honestis viris; ista qualitas probanda est; & ꝙ generat scandalum,
3 & ꝙ sine periculo tolerari non possit † text. est in cap. ad petitionem, & c. cum oporteat, & d. c. qualiter, & quando de accusatio. extra. Et si ista diffamatio taliter non sit probata; inquisitio corruit. Ita Ang. in l. si vacantia C. de bon. vacan. lib. 10. Ang. in tracta. malef. in verb. (hæc est quædam inquisitio) in 2. & 4. quęst. clar. in quęst. 20. versi. scias etiam.

Secundo dicebatur, ꝙ in hac inquisitione deficiūt sollemnitates l. libellorum de accu-
4 sat. ergo est nulla † ita Bar. in d. l. libellorum Ang. in d. tract. malef. in verb. (de anno præsenti) Affl. in l. Regni si quis 13. not.

In hac inquisitione non dicitur tempus commissi delicti, non dicit modum si ianua erat clausa, vel aperta ergo &c. plenè p Foll. in Pract. Crim. in verb. (Et si confitebuntur) num. 15. allegat Fulgos. in cōsi. 107. nu. 149. Marsi. in pract. in §. costante num. 20. Boss. in tit. de inquisitione num. 77. Nam in inquisitione debet scribi super qua re fundatur. Et
5 poni debent qualitates: † At in inquisitione ista non adsunt ergo &c.

Tertio allegatur, ꝙ ista fama contra eum probata, vt in prima ratione est dictum, ortum habuit à maleuolis, quo casu, nec præsumptionem, nec inquirendi effectum pro-
6 ducit † ita dixit Gand. in rub. à quo, vel à qb. poss. infor. inquis. glo. & Doct. in c. cū in iuuentute de præsumptio. Vitallinus in rub. de test. Blancus in tract. ad defensam num. ----- Mars. in l. de minore in §. plurium, qui dicunt, ꝙ debent dicere à quo audiuerūt, alias diceretur vana vox populi in nume. 47. & sic qualitas famæ probata non adest Bar. in l. de minore §. plurium ff. de quæstio.

Quarto dato, ꝙ fama probata esset, quia per eundem fama sua in contrarium probata
7 fuit, hæc in spetie præualet † Bart. in l. 1. §. penult. ff. de re milit. Bald. in l. fi. colum. fi. C. probatio. Hippol. in d. l. de minore §. pluriū.

Bona fama non solum elidit malam, sed
8 etiam tollit delicti præsumptionē † ita Boss. in d. rub. de inquisit. num. 361.

Immo tollit inditium, si est sufficiens ad
9 torturam † Bal in l. fi. col. de probatio. Alex. ad Bar. in l. fi. ff. de quæst. & in consi. 90. Viso themate vol. 3. Gramm. in decis. 60. in causa finali.

Quinto dicitur contra inquisitum, adducitur depositio cuiusdam mulieris Pernæ. Quæ dicit [che venendomo con Madama Lauinia dalla Chiesa introrno in casa, & trouorno detto Giustino con lo detto T. dētro del letto che lo bugeraua, perilche detta Lauinia moglie cominciò à gridare &c.

Nam Lauinia negat hoc nunquam fuisse, & huic vti digniori credendum est
10 † l. vnius §. testes torquēdi vbi Bar. & Mars. ff. ad l. Aquil.

Item hæc mulier nō debet admitti in causa criminali in testem. ratio est, quia si non admittitur in testamento, & est causa ciuilis, multo magis in causa criminali, vbi tracta-
11 tur de vita, honore, & bonis hominū † hæc
* opin.* est Iacob de Aret. & verior quam sequitur Ang. ad Ang. in tract. Malef. in verb. (comparent dicti inquisiti) num. 24. Gand. in rub. de fur. l. qui testamēto la 2. § mulier ff. de testam. & in summa omnes Doctores, qui scribunt de tract. test. dicunt dictum mulieris non valere in causa criminali, & præcisè in casu, de quo agitur Bonif. in tit. de test. apertè ergo &c.

Sexto adducitur vilitas dictæ Pernæ plenè probata in processu, tum suæ inhonestæ vitæ, tum paupertatis, tum odij: quia ipse Iustinus eam procesſare fecerat de furto an-
12 tea; † & quando sumus in vnico tęste de visu ad hoc, vt faciat inditium debet esse omni
13 exceptione maior † ita Bart. in l. maritus ff. de quæst. & in l. fi. C. famil. ercifcund. notant Doct. in l. admonendi ff. de iur. iurand. Alex. in consi.----Imò torqueri testis iste vilis non
14 potest in præiuditium inquisiti † Affl. clarè in l. Regni humanitate nume. 17. sub rub. de his qui. fid. dare.

Et sic sequitur, ꝙ licet torqueatur, quia
15 torqueri non poterat, inditium nō facit † ita Franc. Brun. in tract. de ind. in 2. par. q. 4. nume. 10. Bar. in l. 1. §. si quis dicatu ff. de quęstio. Foll. in Pract. Crim. in verb. (capiat informationem) num. 24.

Præ-

Digitized by Google

Præterea ꝙ ista mulier non probat, neque indiciat, dicitur ꝙ deponit quod est inuerisimile probatur sic. Dicit [che staua la porta aperta, & trouò Giustino con lo Bardascio à lo letto, &c. così entrando con la moglie lo trouorno]. nuerisimile est enim, ꝙ quis in tali crimine teneat ianuas apertas, & cõprehendantur ab vxore, cum tale crimen etiam cum publicis meretricibus in abscõdito fiat,
16 † ita declarat Boss. in rubr. de oppo. cõtra testes nu. 96. & Boer. in consi. 90. num. 47.

Nam illi sunt sermones veri, qui concor-
17 dant rebus sensatis, † & proprie omne, quod
18 distat à verisimili, est falsitatis imago † Bald. in l. 1. C. de seru. fugit. & in l. quicunque in fin C. eod. tit. Fely in c. auditis de præscrip. & testibus, ita deponentibus non est adhibenda fides. Concludit Gramm. in decis. 28. Magnificus, & in decis. 56. Andræas. Et Petr. de Anchar. in consil. 257. extra ordinem. Alex. in consi 27. in causa col. fin. nu.---- vol. 2. Notant Doct. in l. si duo patroni §. idẽ Iulianus ff. de iur. iur. Abb. & Fely. in c. quia verisimile de præsumpt. extra Afft. decis. 44. in 2. dubio in 10. præsumpt. Maist. in rub. C. de probat. num.---- vbi dicit, ꝙ tali casu præsumitur dolus, & falsitas

Septimo dicitur, ꝙ ista mulier licet quòd secunda vice dixerit in tortura. Tandem ante torturam fuit appellatum, cui appellationi non fuit delatum: & prætensa tortura fuit indebite lata, licet data ad sciendũ qua-
19 rum depositionum esset vera † iux. not. in l. eos de fals. & in d. l. qui varia, vel falsa &c.

Et stante appellatione dari, & torqueri nõ
20 debebat imò supersedendũ erat † ita est cõmunis pract. quæ seruatur in hoc Regno, dicit Carraui in tit. 259. num. 14. &c. etiam seruatur in omni Curia, ita Guid. Pap. in decis. 79. Iul. Clar. in quæstio. 64. versic. (sed quid agendum) Gram. super cap. Regni.

Fuit data tortura per iudices allegatos suspectos, tanto m. gis ei non est credendum,
21 † ita glo. in l. quæstionis habendæ ff. de quęstio. Marsi. cõsil. 95. Ias. in l. qui aliena §. Celsus ff. de acq. hæred.

Octauo fuit dictum, ꝙ non debuit credi medico asserenti reperiisse puerum stupratũ. Nam ille nõ fuit salariatus, nec physicus; sed ex parte inquisiti fuerunt examinati chirurgus, & physicus salariati ab Vniuersitate, qui asseruerunt contrarium, & quòd illi puero curauerunt ficus, & ꝙ non aliter erat stupratus. Istis enim excludentibus delictũ, cre-
22 di debet † glo. in cap. continentes 8. distin. hac. in l.---- §. sed vt probari ff. de nou. oper. nuntiatio. Et ꝙ medicis salariatis credi de-
23 bet, & non alijs † est consil. Cępol. in crim. 61. inclp. Magnifici, & declarat Aug. ad Ang. in tract. maleficiorum in verb. cicatrix nu. 6. &c. idem Aug. in eod. tracta. ad Ang. in verbo, vna alia percussione num. 3.

Vltimo dicebatur, ꝙ Ioannes Dominicus, qui tale crimen denuntiauit, erat, & est inimicus capitalis ipsius inquisiti, vt est probatum in processu, &c. sic resultat conclusio, ꝙ respectu odij hoc dixit, & non zelo caritatis
24 Iustitiæ, &c. propterea repellendus est † ita Ang. in verb. (ad quærelam nu. 56. vbi Hie-
* ron. Apostill. dicit hãc esse comm. opi. * quia dicitur potius ad vindictam, quàm ad iustitiam, sequitur Clar. in q. 24. vers. itẽ quæro.

Attenta igitur decrepita ætate, & infirmitate podagræ ex prædictis eum absolui. Nemine conquerente. Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Vxor relicta domina, & vsufructuaria, & quòd non teneatur reddere rationem filijs institutis, alimenta tantum consequetur.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta Domina, & vsufructuaria, & ꝙ non teneatur reddere rationem debet consequi vsumfructum integrum, & nõ alimenta.*

2 *Auth. hoc locum C. de secund. nupt. non procedit, si constat de expressa voluntate testatoris.*

3 *Vxor cum verbis prædictis relicta excludit etiam locum pium substitutum.*

4 *Quicquid seritur, & plantatur, solo cedit.*

5 *Vxor alijs institutis, relicta quibuscunq; verbis, alimenta consequetur.*

6 *Procedit etiam si adsunt verba, ꝙ nõ teneantur reddere rationem.*

7 *Vxor consequitur vsumfructum integrũ, extraneis hæredis inst. ita auth. interpretatur.*

8 *Tex. l. vxori meæ est correctus.*

9 *Alia est persona filij, alia loci pij instituti.*

10 *Res permutata cum re dotali, dicitur ipsa dotalis.*

11 *Filij, rerum dotalium sunt Domini ex cõsuetudine Barensi.*

12 *Renunciatio rei dotalis facta à matre filijs, valet.*

13 *Mulier consentiendo, sibi praiudicat de iure consuetudinario Barensi.*

14 Con-

Digitized by Google

24 *Consensus mulieris in renunciando bonis mariti, sibi praeiudicat.*

25 *Auth. hoc locum procedit in quacunque vsufructuaria non in vxore solum.*

26 *Non procedit, quando relinquitur vsusfructus rei particularis.*

27 *Non procedit, quãdo constat de expressa mente testatoris.*

DETERMINATIO LXV.

PETRVS Menzullus in vltimis cõstitutus suum condidit testamentũ, in quo filios suos legitimos, & naturales hæredes instituit, & Angelo Menzullo filio prælegauit quandam vineam in solo dotali per patrem plantatam. Nec nõ Ioannam eius vxorem, dominam, & patronam, & ꝙ non teneatur reddere rationem,& vsufructuariam omnium bonorum reliquit. Orta igitur inter eos controuersia fuit: Nam Angelus matrem vsufructu priuare volebat: mater replicabat priuari nõ posse præsertim cum vinea in suo solo dotali plantata sua esset. his ipsis auditis, sententiaui, vt infra.

Ioanna mater asserebat, quia ipsa in testamento erat relicta domina, & patrona, & ꝙ non teneatur reddere rationem, ꝙ per ista verba pregnantia ipsa integrum vsumfructũ

1 habebit † pro muliere respondit Dec. in cõsil 476. Pau. de Castr. in l. filius à patre nu. 5. ff. de lib. & posthu. Rom. in consi. 71. Alex. in consi. 214. in 6. vol. in verb. (nec dicatur) nume. 12. & Deci. in d. consil. dixit, ꝙ conclusio fundata in auth. hoc locum C. si secun. nuptiis non procedit quando expressè apparet de voluntate testatoris. Quia ipsa voluntas

2 attenditur † allega. Mari. Sen. in 1. consil. in vltimo lib & Pau. de Castr in consil. 338. Deci. idem consuluit in consi. 454. in prin. & idem in consil. 418 Boer. in decis. 44. nu. 39. in 2. par. Maximè quando adsunt p̃dicta verba (ꝙ non teneatur reddere rationem) & per Deci. ad saturitatem in consi. 554. in fin. & pro matre allegatur text. l. vxori meæ ff. de vsufr. legat. & per Borgogni. Caual. in tract. de vsufru. muli. relicto in princ. nume. 11. & 12.

Et adeo est vera ista conclusio, vt si substitueretur locus pius, adhuc integer vsusfru-

3 ctus deberetur † ita Bal. & Imo. in l. si contra tabulas ff. de vulg & pupill.

Secundo de vinea prælegata, quòd non debetur filio, sed quòd debet esse sua. Dicebat sic. Solum est dotale, quicquid igitur se-

4 ritur, & plantatur, solo cedit † iux. text. l. si quis sciens, vbi omnes ff. C. de rei ven. & est text. l. adeò §. ex diuerso, & §. fina. ff. de acquir. rer dom & in §. cum in suo, & §. certè inst. de rer diuis. l. 2. C. de rei vend. vbi Bald. nume. 1. l. qui domum ff. ad l. Aquil. Alexan. in consil. 44 nume. 3. in 3. volum. Ita quòd ei idem Ioann e vxori restitui debet solum prædictum vna cum ipsa vinea in eo plantata, & ita declarat Bart. in l. rem § si quis rei ff. de rei ven. Roma. in l. 1. § si quis ff de op. nou. nunt.

Pro contraria parte, & sic hæredis respondebatur ex quo pater in quo suam matrem dominam reliquerat, suos vniuersales hæredes filios ex eodem matrimonio instituit: & tali casu mater alimenta tantum consequi debet quibuscunque verbis prægnantibus

5 non obstantibus † ita no. in dict. authen. hoc locum. Vbi Bulgari consuetudo approbatur, vbi Bart. nume. 8. Bald. & omnes. Ioan. Andr. in addi. Specul. in rubr. de diuer. caut. in versic. (durat) per text. in authen. de Trient. & semi. ff. in § prohibemus. Et quod hæc opin. sit communiter recepta, exclamat Roma. in consil. 118. & est Decis. appel. Tholos. 462. & Ant. de Cordub. in l. si quis à liberis §. si quis ex his num 165. ff. de lib. agnosc. & Petr. Peralt. in l. Titia §. Titia post Bart. ibi numero 3 & numero 21. ff. de legat. 2. & Vincen. Carro. in cap. quid de regu. iur. nume. 7. limita. 2. & numero 8. in tom. repet. 5. & Franc. Niconit in c. quoniam contra de probat. in prima, secunda, numero 630. in tom. repet. 3. post Bart. ibi numero 3. in nume. 21. ff. de legat. 2. & Bart. consilio 9. lib 1. Alexand. in l. & si contra numero 7. ff. de vulgar. & pupilla. Paul. de Castr. in consilio 21. libro primo, & Crosci. in l. secunda §. si in singulos ff. de off. assess. & hanc opinionem

* communem * omnium Docto. esse declarat Francis. Bursat. in consilio 15. numero 28. & Paulus de Montepico. in l Titia §. Titia cum nuberet numero 40. ff. de legat 2. Gozad. consilio 99. numero 8. cum sequen. Paris. consilio 21. Capra in regu. 111. numero 26. Ias. in consil. 44. nume. 13. primo volumine Roland. in consilio 74. incipien. quia de pluribus numero sexto, & septimo, cum sequenti lib. 2. & Gabr. in communẽ opinionem lib. 5. de vsufructu conclusione secunda, numero quinquagesimoquarto, & Viui. in sua Silua. in opin. 1054. in lib. tertio, numero octauo, & decimo, & in decisione vigesimanona, libro primo, Angel. de Gambell. in consilio 120. incipien. in casu prædicto num. vigesimosecũdo, & Borgo. Caual. in

L alleg.

Digitized by Google

alleg.tract.de vsufr.mul.in prin. num.17.dicit ibi, quod hæc est communis * opin. Anton. Gabriel.in rubr.de vsufr. in conclus.2. in 3. to n.com.opin.

Et procedit dicta conclusio, non obstantibus illis verbis(quod non redd. rationem)filijs institutis, tantum alimenta consequi debet

6 † in propriis terminis tenuit consulēdo Philipp.Corn.in consi.173.incip. circa primum in 3.volum. & in consil.5.vol.1. vbi dicit, quod non solum, si adsint verba prædicta (quod non reddat ratiōné) sed si dixerit etiam(& quod ipsa possit vendere suo arbitrio) etiam alimenta mater consequi debet. Et hanc opi.comprobat etiam Franc.de Aret.in cōsil.40. quod est subscriptum à Bartho.Socy in cōsi.99. 1.volum.vbi etiam dixit, quod tale legatum dicitur vsusfructus restrictus,& limitatus ad concedentem perceptionem alimentorum, & Maxilla in com.consu.Bar.in §.mulier licet Domina nume.7.sub rub.de iur. dot.& per Borgogni.in tract. prædicto de vsufr. mulier.relicto.in prin.num.17. & Decis.in consi.418. num.1.in 3.par.& in consil.454. in nume.1. volum.eod.

His veris, difficultas est respondere ad cōtraria. Et primo quoad primam rationem. Quia omnia iura illa loquūtur filiis non institutis, sed extraneis, & consuetudo Bulgari, ita interpretata, cōmunior est, verbis ap-

7 positis quibuscūque,† & vltra prædicta ample confirmat Roma.in cōsi.516.Fran.Crem. in sing.8. vbi asserit hanc communem *opi. esse, & communiter sequuntur glo.in l.1.C. si secundo mulier nup.erit, & idem Rom. in prædicto consil.118.Cappella Tholos.in decis.462.Alex.in consil.74 num.5.vol.7.& in consi.214.num.13.vol.6.

Non obstat text.l. vxori meæ,vbi fundatur

8 opin. contraria, quia est correptus † ita illū tex.declarat glo.fin. in auth.nouissima C. de inoffi testa.

Nec obstat ampliatio de loco pio substituto: quia in casu nostro non militat: quia alia

9 est persona filij, alia substituti † ita respōdet Rom.in quæstio. nostra in d.consi. 516.in secundo casu. In casu nostro sumus in filiis, ergo &c.

Ad illud, quod dicebatur per matrem, quod vinea prælegata filio, cum sit in solo dotali debet cedere ipsi mulieri; fuit responsum, quod ipsa renunciauit dicto solo, & loco illius

10 aliud æquiualens fuit datum † §. fuerat insti.de actio.

Considerando, quod Terra Castellanæ est Prouinciæ Bari, & in ipsa Terra viuitur secundum consuetudines Ciuitatis Bari, & vt diximus in quæst.--- Filij sunt domini rerum dotalium vti filij, & non vt hæredes matris per consuet. quæ incipit (mulier licet Domina sit) à nobis sæpius declarata.

Quòd ab ipsa fuit præstitus consensus. & renunciatus ab ea : quæ renunciatio cum sit facta filio cui succedere debebat, & debet post mortem ipsius, quòd tali casu ipsa im-

12 pugnare non potest,†& quod talis renunciatio valeat, declarat Ioannes Vincen. de Ann. in alleg.vbi ad saturitatem

Et quod etiam de iure consuetudinario Barensi consensus mulieris est potens ad ipsam amplius non petendum, & remouendam. Est text. §.incip.in quibuscunque casibus sub rub.qualiter mulier permitt.vbi habetur, quod mulier consentiendo, sibi præ-

13 iudicat, † & notatur in alio §. mulier si viro. eod tit.& in §.cum alienanti viro in rub. si mulier consens.viro.aliena.

Et de iure communi est text.l.etiam, & l. * iubemus C. ad Vellea & not.* communiter Doctores in l. Mæuia §.fundus ff.solu.matr. Roma.in consil.187.

Et licet esset riplicatum, quod consensus præstitus in dictis consuetudinibus habet vim, & locum in bonis mariti sibi pro dotibus, seu lucris hypothecatis, non in rebus dotalibus quia etiam consensus mulieris ni-

14 hil operatur† inst.quib.alien.perm. in prin. & Maxill. sic intelligit dictas consuetudines, vt in dict.§ quibuscunque nume.6.maximè in casu nostro, vbi fuit consensus sine iuramento, vt ibi idem nume 11. & clarius declarat in dict.§ mulier licet Domina, nume.36. sub rubr. prædicta de iur. dot. & sic procedit dispositio l.etiam, & l. iubemus. Vt doctè declarat de Sanct.Blas.in tract.

Vltimo contra matrem allegabatur Bart. in consil.127. incipien. quidam fratres, volum.1.

His igitur sic existentibus anno 1579. sententiam tuli contra matrem, declarando, quòd tantum ei alimenta, iuxta sui qualitatem, & vt habebat tempore mariti cum omni præheminentia per dicta verba prægnantia debeantur ; & quod prælegatum sit sui filij. stante consensu matris præstito tempore conditi testamenti. Qua sententia visa, Magnifici Aduocati vtriusque partis voluerunt, vt ita exequeretur,prout executum fuit.

Quam determinationem, amplia, habere locum etiam non solū in matre, sed etiam in quacunque alia muliere vsufructuaria relicta

Digitized by Google

15 licta † ita Bal. in l. prædicta Titia §. fin. ff. de leg. 2. & Ioannes de Imola ibidem per aliam rationem, quam non assignat Bal. vbi etiam Raphael Cumanus, & Ang. in consil. 103. incip. quidam patronus, & hoc idē affirmat Bal. in l. fi. in 3. colum. C. de indut. vidui. tollen. & Iaf. in consi. prædicto 44. nu. 14. vol. 1. vbi dicit, ꝙ ab hac sententia non est dissentiendum Boer. in decis. 294. nu. 4. Ruyn. cōsil. 174. num. 6. vol. 1. par consil. 21. in 2. volum. Vberius Borgogn. Caual. in tract. de vsufr. mulier. relicto in prin. num. 24. quem vidi post scripta. Et in nu. 25. & 26. vbi hanc conclusionem valdè ampliat. Decian. resp. 65. num. 14. & 15. vol. 2.

Hanc conclusionem, limita, non procedere, quando vxori, vel alteri mulieri esset relictus vsusfructus aliquarum rerum particularium, quia tali casu dictarum rerū vsufructum integrum consequetur legataria, è-
16 tiam filijs hęredibus institutis † ita dixit Beltrand. in consi. 85. vol. 3.

Secundo limita quando expresè constaret de volūtate testatoris, quia integer vsusfructus debetur. Hanc limitationem sequitur Dominus meus Franciscus Viui. in decis. 30. Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Libellus quando dicitur mutari, vel emendari, & iuditium ꝙ incipit in Regno ab articulis quomodo intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quando dicitur mutari.*
2 *Error scribentis parti nocere non debet.*
3 *In relato est omne referens.*
4 *In Regno sola facti veritate proceditur.*
5 *In Regno iuditium incipit ab articulis.*
6 *Sententia potest ferri vltra petita in Regno.*
7 *Mutatio, seu emendatio libelli post termini dationem non admittitur.*
8 *Sententia si feratur in aditis esset nulla.*
9 *Mutatio potest considerari propria, & impropria.*
10 *Error non præsumitur, nisi probetur.*
11 *Non probat hoc esse, quod contigit abesse.*
12 *Relatū est in referente; in claris, nō in dubio.*
13 *Sententia tunc fertur vltra petita; quando post probationes pars peteret.*
14 *Sententia potest ferri vltra petita, quando in iuditio de eo esset cognitum inter partes.*
15 *Iuditium, quod incipiat ab articulis quomodo intelligitur.*

DETERMINATIO LXVI.

IN Terra Sancti Nicandri per quemdā nomine Stephanum (licet re vera Dominicus appellabatur, cōtra Donnum Scielsum fuit lis mota: qui reus in vltimo peremptorio habita copia libelli velle contendere deliberauit, & in casu fuit datus terminus: qui actor videns se nominari Stephanum, cum Dominicus vocaretur, mutauit nomen, & fecit articulos, Dōnus Scielsus dixit, ꝙ ideo ipse deliberabat contendere, quia cum dicto Stephano nil contractum habebat: & propterea petebat, non admitti, nisi prius refectis expensis. Iudex primarum causarum nulla habita ratione de expositis, declarauit procedendum esse ad vlteriora. Ab hoc decreto Donnus Scielsus reus ad me Auditorem Illustrissimi Domini Don Antonij appellauit, & auditis Capitaneo partibus, & eorum Magnificis Aduocatis determinaui, vt infra.

Contra Donnum Scielsum dicebat actor, ꝙ ipse non mutauit libellum, quia mutatio tunc est quando nunc petit vnū ex vna cau-
1 sa, & postea aliud, vel idem ex alia causa † ita Docto. in l. edita, vbi Alber. de Rosat. C. de eden.

In casu isto nō est alia causæ mutatio: sed tantum nominis, quod fuit errore scribentis factum: quod ipsi Dominico obesse non po-
2 test, vel debet † per text. l. errore. vbi Bald. Bar. Ang. Salyc. & alij C. de testa. Deci. & Cagnol. post alios in l. si librarius ff. de regu. iur.

Ad verificandum, ꝙ errore nomen fuit positum, apparet; quia petiit actor assistentiam vigore hypothecæ, & producit instrumentum in quo est positum nomen verum ipsius Dominici, & sic in relato est omne
3 referens † l. asse toto ff. de hær. institu. Ergo apparet scribentem errasse.

Secundo dicebat actor in Regno procedi-
4 tur sola facti veritate inspecta, † & ad hoc est text. cap. detestantes, & Regia Pragmatica posita, prima in ord. Iudiciario incip. dispendia litium. Super qua, Deo fauēte, multa in nostra repetitione dicemus.

Et vigore prædictorum iuditium incipit
5 ab articulis † per not. in dict. Pragmatica, & per Doct. in clemen. sæpè de verbor. significatio. Imo etiam sententia potest ferri
6 vltra petita † contra §. curare inst. de actio. & l. vt fundus C. communi diuid. ergo bene prouisum erat.

Pro parte appellantis dicebatur, ꝙ mutatio, seu emendatio in libello post termini dationé, non est facienda ✝ ita concludunt omnes Doct. in d. l. ędita, & præsertim Iacob. de Sant. Georg. super glo. fin. num. 23. per tex. l. nó potest ff. de iud. illa pulchra ratione; quia sententia ferretur super his additis sine litis contestatione, & sic esset nulla ✝ per tex. l. prolatam C. de sent. & interloc. om. iud. egregiè Bal. in auth. hoc sacramentum num. 4. C. de iura. calum. in fi. vbi tenet, ꝙ etiam de cósensu partium fieri non possit, quem sequitur Iacob. in allega. loco nu. 25. & add. Celsus ad Bal. in d. auth. hoc sacramentum in litera B. vbi declarat, ꝙ est hæc conclusio vera. Et donat. à fina. in rub. de eden. in 1. tom. com. opi. in num. 105. in cip. libellus Canon. no. in c. fi. vbi gl. de libell. oblatio. extra Ang. Faber. & Ias. in §. minus inst. de actio.

7 8

Cum igitur in præsenti casu sumus in iuditio singulari, & post termini dationem; talis emendatio in preiuditium actoris fieri nó potuit, hæc opin. * vt dixi, est communis. Ergo &c.

His veris, non obstant motiua actoris, & formaliter sic respondetur, quando Alber. exemplificádo dicit, ꝙ mutatio est illa quando modo peto vnũ ex vna causa, modo aliud ex alia causa: loquitur in mutatione propriè, & strictè sumpta, non tamen largè, potest dici mutatio, postquam aliquid libello additur, ✝ sed aut sit mutatio, aut emendatio, sat est, ꝙ post litem contestatam fieri non potest per iura superius adducta, ergo &c.

9 tur, ✝

Ad illud quod dicitur de errore, dum fuit positum vnum nomen pro alio, respódetur,
10 ꝙ error non præsumitur nisi probetur ✝ per not. in l. verius ff. de probatio.

Nec instrumentum hoc probat, nam licet in instrumento Dominicus nominetur, non tollit quo minus Stephanus in libello nominatus poterit esse debitor mediante alio instrumento, & sic non probat hoc esse, quòd
11 ab hoc contigit ab esse ✝ l. neque natales C. de probatio.

Et sic ex diuersitate instrumentorum non procedit regu. alleg. quòd relatum est in re-
12 ferente, ✝ quia illa regula procedit, quoties constat de relato, non autem, quando est dubium, vt in casu isto, præsertim cum in libello non fuerit registratum instrumétum cum die mense, & Anno. Ita quæ poterat adesse aliud nomen Stephani, & aliud instrumentum in libello nominatum, ergo &c.

Ad vltimum, quòd in Regno proceditur sola facti veritate, & ideo si fuerit in libello vna causa deducta, alia probata, quòd pro actore sententia ferri potest. Respódetur hoc procedere, quando post probationes factas peteret actor iustitiam sibi ministrari super
13 probatis ✝ quia tunc virtute nouę petitionis obtinebit, & imputetur reo, si non fecit suas defensiones super illa petitione, secũdo procedit, quando de causa in libello non deducta fuisset plenè cognitum, & desceptatum
14 ✝ ita declarat Aquens. in l. 1. ff. de off. assesso.

At in casu isto omnia hæc deficiunt, quia sumus in emendatione facta post litem contestatam, ergo &c.

Nec obstat illud, quod dicitur, ꝙ causa potest ab articulis inchoare, quia quando iuditium prius cępit à libello, si post modũ vult inchoare ab articulis tunc diceretur nouum iuditiũ, & sic fit expressa mutatio primi iuditij. Ratio est, quia si duraret prędictũ, non diceretur incipi ab articulis, mutatio iuditij fieri non potest post litem contestatam, vt supra est dictum, sequitur necessario ꝙ renuncietur primo libello, & primo iuditio refectis tamen expensis, & tunc sequatur iuditiũ ab articulis, & ita procedit hæc conclusio
15 ✝ His omnibus veris.

Sententiaui male iudicatum, & ꝙ causa remaneat, & audiatur refectis expensis vsq; ad mutationem factis. Et sic executum fuit.

Et sic etiam fuit executum, cum essem iudex in Ciuitate Andriæ Anno 1592. Nam idem casus occurrit inter Portiam Malex, & Iohannem Spoletinũ, & in ea determinaui, vt supra. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Bona dotalia immobilia collectatur in loco originis secus mobilia.

SVMMARIVM.

1 *Mulier subit onera, vbi est maritus, & nõ vbi orta est.*

2 *Mulier debet cogi, vt fungatur muneribus in terra, vbi orta est.*

3 *Duplex tributum de eadem re, solui nõ debet.*

4 *Tributum solui debet in illo territorio vbi res sita est.*

5 *In iure nil contrarium.*

7 *In bonis imobilibus i loco mariti collectatur.*

8 *Declaratur consi. Roma. 161.*

9 *Vniuersitas potest statuere, vt collectetur psona pro rebus.*

10 *Vniuersitas extra suum territorium statuere non potest.*

DE-

Digitized by Google

DETERMINATIO LXVII.

AN Magnificus Ioannes Donatus de Prudentia artiũ Medicinę Doctor Terræ Capursij ꝑ rebus suis dotalibus in Ciuitate Monop.existentibus;in Terra Capursij collectari possit. Fui interrogatus. Sic respondi.

Prima fronte dico, ꝙ quandiu mulier reperitur nupta, non potest cogi fungi muneribus in ea Ciuitate de qua est oriũda, sed in
1 ea Ciuitate,vnde maritus est: † ita est tex.l.fi. §.idem rescripserunt el 2 ff ad municip.

Istud comprobatur per Rom. in cõsi.161. visis quæstionibus, vbi ĩ terminis hoc firmat.

Et facit, ꝙ Vniuersitas Capursij hoc facere debet, vt per Alex in consi.101. 1.volum. Pau de Castr.in consi.319. 1.vol.Marsi. in l. fi.ff.de iur.om.iud. Io.de Amic. in consil.75. Iul.Ferr.in tract Gabell.num.581. per tex.l. fi.ff ad municipales.

His nõ obstantibus in contrarium est veritas, vt est tex.in l.de iure §.fin.ff.eod.tit. ad municip. vbi habetur,mulieres nuptas muneribus functuras nõ in ea Ciuitate vnde ma
2 riti sunt, † sed vnde ortæ sunt.

Præterea dato, ꝙ ista bona non essent dotalia, ex quo in dicta Ciuitate Monopolis de eis soluitur tributum: non possunt collecta-
3 ri in Terra Capursij,† vt videtur velle glo.in l.1.C.de mul.& in quo lo lib. 10.& ibi Ang.
* & communiter* scribẽtes,& in propriis terminis est text.in l.forma §. si vero quis agrũ ff.de censi.ibi (agri enim tributum in ea Ciuitate leuari debet, in cuius territorio est alias possidetur)& clarè glo.in d.versi.leuari, & Io.de Amic.in consil.22.firmat hac procedere in num.8.vbi dicit, ꝙ quando nõ soluitur in loco situs, debet collectari, & solui gabella in loco originis, vel domicilij. Allegat Gugliel.de Cun.Bart.& Ang.in d.l.1. C.de muli.& in quo loco. At in casu nostro soluitur in loco situs, ergo &c.
5 Sed quia nil contrarium in iure † §. quibus prima cõst.eod.ideo glo dixit in d.§.idẽ
6 rescripserunt,† ꝙ attenditur locus originis: ergo datur intelligi,ꝙ procedit §.idẽ rescripserunt in bonis mobilibus,& §.fi. l.de iure. procedit in immobilibus, & est casus noster, in quo concluditur, ꝙ prima opin. procedit in mobilibus. Secũda in stabilibus, & est de-
7 cisus casus noster, & ita Cagno. in l. cũ quædam puella nu.20. ff.de iur.om.iud.

Non obstat,ꝙ dicitur,ꝙ Vniuersitas possit statuere, vt collectetur persona pro rebus ali
8 bi sitis,† vt videtur sentire Guid.Pap.in decis.5.& in decis.87. in quæstio. 6. & Io.de Amic.in d. consil.22.

Non obstat consil.Rom. quia ibi loquitur
9 in † statuto Florentiæ,quod ligat ciues Aretij pro bonis ibi sitis, quia est vniformis iurisdictio.

Quia in hoc casu in contrariũ est veritas: Nam Vniuersitas extra Territorium suũ sta-
10 tuere non potest † arg.l.fi. ff. de iur.om.iud. per tex.in c.2.§.statuto de constit.in 6.l.3.ff. de off.præsid.Cum in cõsi.139.Pau.de Cast. in consil 69. Imo hæc conclusio ampliatur, etiam si statutũ expressè dicat, ꝙ habeat locum extra territorium. Ita Io.Andr. & Io.de Ligna.in d.c.2.vt animarum in eodem §.statuto. & Anto.de Butr. in c. à nobis el 1. in vltima col.de sent. excommu.& ibi Abb.& in c.fi.de for.comp. & Marc. Ant.Marescot. in d.§.statuto,refert omnes Hippo.de Marsi. in rep prædicta l.fi.de iur.om.iud.nu.135.& pulchrè per Dom.Cyn.in d.l.fi quem omninò videatur licet ipse teneat, ꝙ in foro ciuili ligat, & valeat, secus in foro Ecclesiastico, vide eundem Alex. in consil. 111. 1.vol. qui hoc tenet, licet sub dubio, vide Ang. in disputatione Bononiẽsi. Rocc. de Curt. in rep. c.fi.in tract.simo.par.3.artic.2.nu.25.vbi tenent,ꝙ Vniuersitas non potest imponere pęnam ipso iure, sed bene per sententiam, vt per Bart. in l.cunctos populos in 8. quæstio. nu.44.C. de Sum Trin. & fid.Cathol.sequitur Imo.& refert in consi.128.col.2. Alex.in consi.3.col.2.lib.1.facit tex. in c.à nobis al 1. de sent.excommu.& sic concludo in hoc casu, pro d.Magnifico Ioanne Donato: possint intelligi contraria, forsan quando nõ soluetetur in loco situs, vel vt dixi supra quæ non sunt in casu hoc. Adde Bar.in l.Lutius §.idẽ respondit, ff. ad muni. & Isern. & Afflict. in cap.1. in §.plaustrorum num.6. & 7. in rubr.quæ sint regalia, vbi plenè, & proximè reperi Anto.Thesau.in Decis.Pedemont. quæ est 123. incipien. extat in loco: in qua appare t determinationem nostram tanto antè factam approbari. Et Domino sit laus. Capursij die 25. Octobris 1568. tempore, quo non eram Doctor, & sic Vniuersitas cum eo conuenit.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Denunciatio venditori fieri debet, non obstante, ꝙ sciat litem motam esse.

SVMMARIVM.

1 *Certus de lite certiorari non debet.*
2 *Scientia sufficit sine denunciatione, vbi adest iuramentum.*
3 *Denunciatio non requiritur, quando est renunciatum necessitati denunciandi.*
4 *Emptor agit de euictione, denunciatione non obstante.*
5 *Euictione, vt quis teneatur, necesse est denunciari, scientia non obstante.*
6 *Auctori laudato debet mitti copia omnium actorum, & simplex citatio non sufficit.*
7 *Emptor, qui fuit contumax, nõ habet regressum de euictione contra venditorem.*
8 *Sententia lata contra contumacem, præsumitur propter absentiam, & non propter malam causam.*
9 *Contumacia emptoris præponderat cõtumaciam venditoris.*
10 *Contumacia emptoris sibi nocere debet.*
11 *Venditor non excusaretur, quando non haberet causam defendendi. Nam tunc denunciatione non opus est.*
12 *Certus non debet certiorari in casibus, quibus sola scientia sufficit.*
13 *Iuramentum regulatur secundum naturam contractus.*
14 *Denunciatio expressè requiritur.*

DETERMINATIO LXVIII.

IN hac causa mota per Stephanũ Collanera, & eius filium contra magnificã Vniuersitatem Terræ Sancti Nicandri super petitione ducatorum centũ pro domibus euictis, sic in omnibus de iure respondendum esse dixi.

Pro actoribus facit. Nam Vniuersitas ipsa de lite mota per Pontellusium contra eos habentes à prędicta Magnifica Vniuersitate notitiam habuit, & vti certa, aliter certiorari
1 non debebat † per Reg. eum, qui de reg. iur. & per tex. l. primæ in fi. ff. de act. emptio.

Pręterea, & secundo in instrumento venditionis celebrato cum ipsis agentibus, & cũ prædicta Magnifica Vniuersitate, adest iuramentum, cuius virtus est, ꝙ sola scientia sine denunciatione facit venditorem teneri,
2 ita Cano in cap. breui de iur. iur. & Alex. in l. 2. §. fi. ff. sol. matrim. & Barba. in cap. fi. de empt. & vend.

Insuper, & tertio dicunt, agẽtes in instrumento fuit renunciatum necessitati denun-
3 ciandi quæ põt ex pacto remitti † tex. est in l. Herennius in prin. ff. de euictio. & refert Salyc. in l. si rem quam §. quolibet tempore nume. 1. ff. eod. & istud pactum non releuat venditorem à restitutione pretij, Corn. in consil. 226. vol. 2.

Quarto pro istorum adducitur Alexan. in consil. 67. fortificatur prædicta vol. 3. in quo loco dicit, ꝙ agit de euictione, non obstante
4 denunciatione, † & Capic. in decis. 106.

Pro magnifica Vniuersitate dicitur, ꝙ licet emptor scit litem motam, ꝙ adhuc est ei denunciandum ad hoc, vt teneatur de ipsa
5 euictione † ita tex. in l. si rem §. fi. ff. de euictio. & l. si parẽtes eo. tit. glo. & Bar. in l. emptor C. de euict. Idem Bar. in l. denũciasse §. quid ergo ff. de Adult. Alex. in cõsil. 138. nume. 2. in 7. vol. Corn. in consi. 255. per totum in 3. vol. & hæc sit * communis opinio, dicit Gaspar Gaball. in tracta. de euictio. in §. 3. in rubr. & emptor agere possit &c. in princ. & nu. 4. in 6. tom. tract. in 1. par. & debet mitti ipsi auctori copia libelli, & omnium actita-
6 torum, & nõ sufficit simplex citatio, † vt Bar. dicit in l. empt. C. de euictio. & in l. non solũ §. morte, & ibi Alex. col. 10. versi. (circa tertiam) ff. de oper. nou. nuntia. & ibi Ias. in 18. col. approbat hanc Bar. pract. esse * communem, & necessariam, per text. c. causam, & ibi Card. de electio. & Deci. in cõsi. 74 col. 2. dicit communiter seruari. Et Alex. in l. quid te ff. si cert. pet. & ita Gasp. Gaball. in d. tract. in d. §. num. 43. disputato articulo, & communis opi. * est, ꝙ venditor non tenetur emptori de euictione, si non denunciauit, etiã si sciret. Ita Alex. in l. 2. §. voluntatem ff. solu. matrim. & * communis opin. est etiam ꝙ tenetur offerre libellum, & citationem. Ita Io. de Ripa in c. de const. nume. 163. & ita refert in vtroq; cap. Batt. Villalo. in tract. comm. opin. in litera E. in versi. emptori num 38. & 39. & Anto. Thesau. in decis. Pedemon. 208. incip. emptor cui, vbi declarat, ꝙ sumptibus venditoris omnia hæc fieri debent, & nõ emptoris, contra Cagno. qui videtur sensisse cõtrarium in l. venditor num. 4. ff. de iud. verum emptor ipse dictas expensas nõ statim à venditore recuperabit; sed in fine causæ & ratio est secundũ eum, quia actor posset succumbere, & ab eo recuperari, & Dec. in consi. 74. num. 1. cum seq. & per totum in 1. par. & Bursat. in consil. 106. num. 19. vol. 1. & ita Mocheria. in rub. de euictio. num. 42. in tom. comm. opin. 2.

Secundo, dicit Vniuersitas ꝙ ex quo lis eis mota per Pontellusium in Mag. Cur. Vicariæ fuit finita in eorum contumacia, ꝙ non debent

bent

Digitized by Google

7 bent nunc contra Vniuersitatem audiri, † vt in l. 1. in glo. & ibi post Bal. Salyc. in fin. C. de peri. & cõm. re. vend. & in l. si ideo ff. de euictio. & Dec. in consil. 34. nu. 3. & vide Corn. in consil. 325. vol. 1. & per Felyn. in c. Bertoldus de re iud. extra Crem. in sing. 87. Ang. in §. actionum num. 10. iust. de actio. Bellac. in rub. de euictio. in tom. tract. 2. num. 60.

Et tali casu sententia præsumitur lata potius propter absentiam, quàm propter malã

8 causam, † vt in glo. in prin. & ideo Bald. in d. l. 1. dixit hoc procedere in vero contumace, isti fuerunt personaliter citati, & non cõparuerunt, ergo sumus in puris terminis d. l. si ideo, & l. primæ, post Corn. firmat Dec. in cõsil. 74 per totum, vbi pulchrè, & nouiter inueni Gaspar. Gaball. ita tenentem in tracta. euictio. in §. 5. nu. 5. in 6. tom. tract. in 1. par. vbi declarat procedere in contumace in tota causa, & non in sententia tantum, quia tunc habet euictio. locum. iste in tota causa fuit contumax, ergo &c.

Hinc Fran. de Crema in sing. prędicto 87. incip. si emptor citatus, sequendo Bald. in d. l. 1. in versic. vlt. oppo. dixit, ꝙ licet ipse emptor citatus denunciauerit litẽ prius ipsi venditori, ꝙ quamuis sit ipse venditor cõtumax in defendendo, ꝙ præponderat culpa ipsius emptoris, & ex consequenti non habebit regressum, postea de euictione, & etiam ipsum

9 sequitur † Io. de Arnon. in soll. 93. & Dec. in d. consi. 74. reiecta opi. Io. de Anna. & Lodo. Bolog. in consi. 38. vbi dixerunt, ꝙ sat fuit, si denunciauit, licet nõ simus in casu isto, & si ponderant, faciunt pro Vniuersitate, dum dicunt, si emptor fecit quod debebat, & non fuit in culpa, & in casu nostro est secus, ergo ita præsertim, cum nulla fuit facta denunciatio.

Accedat, ex quo si actores laudassent ipsam Vniuersitatem, vniuersitas recuperasset apocas prætensi debiti del Pontellusio, per quas apparet debitum prætensum, esse solutum, & sic Vniuersitas eas præsentasset per quas Iudex non condemnasset, & domus ex causa dicti debiti antea soluti, nõ fuisset euicta: adeò vt contumacia ipsorum actorũ om-

10 ninò eis debet nocere † ita dicunt Fulgos. & Salyc. in d. l. si ideo, & ita loquitur Alexan. in d. consil. 67. in 3. vol. & tunc venditor nõ potest allegare, quare non denunciasti, quando notoriè constaret nullam defensionem habe-

11 re † ita Hippol. in rub. de probat. num. 207. vbi pulchrè, & Aym. Grau. in consi. 169. nume 6. 1. vol & Imo. in c. fi. de empt. & vend. & plenè per Alex. in cõsil. 63. maximè in fin. verb. vol. 6. & plenè Gaspar. de Gaball. in d. tract. in d. §. 3. nu. 33. & 34. cum seq. & Bellacom. in rub. de euictio. in versi. re euicta nu. 67. versi. limita, nisi notoriè cõstaret in tom. comm. opin. 2.

Quibus sic stantibus, patet vera resolutio nihilominus particulariter sic respondeo.

Prima ratio nõ obstat, quia procedit in illis, quæ denunciationem nudam requirunt. Non autem in casu nostro, in quo requiritur vltra scientiam, vt veniat ad aliquid faciendum. Vt puta, ꝙ veniat ad defendendum, ꝙ

12 liti assistat, & expeñ. subministret, † vt per Bar. in d. l. denunciasse, & plenè per Bald. in d. l. 1. in versi. sol. quidam concedunt Deci. in d. consi. 74. Sumus ergo in denũciatione necessaria, contraria in nuda. Et est communis

* opin. * vt refert Caccher. in rubr. de euictio. in num. 25. versic. venditor sciens in tho. opi. comm. 2. & in versic. venditor licet certo. num. 40. ead. rub.

Non obstat iuramentum, quia regulariter secundum naturam contractus, & non alte-

13 rat † l. fi. C. de non num. pecu. Sed de natura contractus requiritur denunciatio l. non dubitat C. de euict. Osach. ĩ decis. Pedemon. 92 num. 5.

Vel respondeo, ꝙ ista opi. non seruatur in

14 practica, & ꝙ debet fieri denunciatio † tenet Alex. in l quod te nume. 8. ff. si cert. pet. Gomes. in §. Item si quis postulante ñu. 10. instit. de actio. plenè per Gaspar. de Gaball. in d. tract de euict. in d. §. 3. in tom. 6. in 1. par. in num. 54. 55. cum seq.

Non obstat tertia ratio, quia procederet, quando emptor non fuisset contumax, quia parificatur denunciare, vel denũciationi renunciare, vt per Bald. in d. l. 1.

Non obstat quarta ratio, quia Alex. est pro nobis, & Capi. pręsupponit qualiter venditor fuit denunciatus, & comparet in iuditio, & deinde desistit. Ex quibus extat clara responsio, & sic dixi pro magnifica Vniuersitate Gubernator in Ciuitate Bitetti. Anno 1575. Et sic partes sunt executæ. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Tertius habens notitiam litis motæ auditur, sed quando.

SVMMARIVM.

1 *Tertius, qui habuit notitiam litis motæ, si non appellauit à sentẽtia, sibi præiudicat.*

2 Ter-

2 *Tertius regulariter aduersus executionẽ audit ur.*

3 *Executio si fit in re vacante tertius auditur.*

4 *Tertius non impedit executionem rei petitæ, præstita cautione per Victorem. Et nu. 10.*

5 *Sententia condemnatoria in centum, si exequitur in fundo tunc tertius auditur.*

6 *Tertius de iuribus suis summaria debet constare, vt impediat.*

7 *Tertius si patitur dari sententiam, sciens sibi præiudicauit.*

8 *Virtus citationis est, vt exequatur cõtra tertium a primo in iuditio citatum.*

9 *Tertius clericus non potest declinare forum, sed prosequi in iuditio laicorum.*

11 *Res litigiosa transit contra possessoré, & exequitur contra eum.*

12 *Donator remanens in possessione rei donatæ præsumitur simulata.*

13 *Clausula constituti non facit cessare simulationem.*

14 *Tertius allegans pro suo interesse simulationem, quando auditur.*

DETERMINATIO LXIX.

CVM Anno 1575. essem in Ciuitate Bitetti Gubernator inter Donnum Nicolaum Franciscum, & Ioannem Ferrum fratres, & Berardinum Ferrum orta fuit cõtrouersia aliquorum bonorum, & facta quadã reconuentione Ioannes donauit postea dicto Donno Nicolao Francisco quartam partem quorundã certorum bonorum, super qua petiit Berardinus assistentiam, & sequuta sentẽtia in fauorem Berardini, Donnus Nicolaus Franciscus donatarius vti tertius, & possessor opposuit aduersus executionem, & petiit audiri, & causam remitti coram suo Iudice, & factis discussionibus sententiaui contra Donnum Nicolaum Franciscum ex infradictis. Et primo.

Innoc. in c. cum super controuersia de re iud. dixit, quòd tertius, qui habuit scientiam litis motæ sibi præiudicat, quo ad hoc, ne possit impedire executioné, maximè si à sen-
1 tentia nõ appellauit: † quamuis regulariter tertius possessor, qui se executioni opponit,
2 debet audiri † per tex. d. c. cum super, & pulchrè Anchar. in consil. 164. nu. 5. Regulariter, hinc Lanfran. in rep. c. quoniam cõtra in verb. (inter locutiones & appellationes) nume. 70. de probat extra dixit. ꝙ si executio fit
3 in re vacante, tũc tertius auditur † per Doct. Bar. in l. à diuo Pio §. super rebus ff. de re iu. per tex. c. veniés de test. extra, & Pet. Pau. Paris. in c. fraternitatis nume. 37. d. test. in tom. rep. 4. & ibidem nu. 36. & 37. & Gugliel. de monte laud. in clem. vt calumniis beneficiali de sent. & re iud. in tom. rep. 6. & Grau. in cõsil. 220. num. 2. vol. 2.

Aut fit executio in re petita, & tunc præ-
4 stita † cautione per Victorem, non auditur tertius.

Aut est facta condemnatio in centum, & petit, vt exequatur fundus, & tunc si tertius
5 comparet, impedit executionem, † & statim cognoscitur summariæ de iuribus istius ter-
6 tij † ita Lanfranc. in d. lo. vbi Celsus additionator. Et Boer. in decis. 79. 1. par.

Immo est notandum, ꝙ iste tertius opponés de iure suo debet ante omnia de illo docere, & ob illi⁹ causam actiones suas præponere. Ita no. in l. si proluiorio, & d. à sententia ff. de appellatio. & Bal. in àuth. Nunc si hęres col. 1. versi. (iuxta prædicta quæro) C. de litigio. Aym. Crau. in consi. 14. num. 2. & consil. 58. num. 1. & consi. 220. Alex. in cõsi. 101. nume. 2. in 5. vol. Abb. in d. c. veniens nu. 1. versi. tertio. Nota Fely. in d. c. cum super Bal. in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. Bar. in l. si quæramus num. 4. C. de testa.

In casu isto, iste Donnus Fráciscus habuit notitiã litis motæ, opposuit dicendo illa bona possidere titulo donationis, deinde passus fuit, vt Ioannes frater prosequeretur iuditiũ,
7 & per hoc sibi præiudicauit † l sæpè ff. de re iu. l. & c. quãuis eod. tit. extra, & ita tenet in terminis Anchar. in consi. 333. & Bal. in l. ob maritorum C. ne vxor pro mari.

Præterea iste Donnus Franciscus post suã oppositionem fuit citatus in iuditio, & comparuit allegando aliquas suas exceptiones: & demum abstinuit; & hac de causa sententia lata contra Ioannem debet exequi contra ipsum possessorem, quia talis est virtus citatio-
8 nis, † vt no. per tex. glo. Bar. & alios in l. cum miles §. si is qui ff. ex quibus cau. in poss. maiores. Cyn. in l. 1. C. de aduoc. diuers. iud. Deci. in consil. 187. Pau. de Castr. in l. cum filius, num. 1. in princ. ff. de verb. oblig. vbi dicit, ꝙ ipse ita obtinuit p tres sententias conformes, & ꝙ fecit remanere confusum quendã Magnificum Aduocatum, qui non considerauit virtutem citationis.

Nec huic motiuo obstat eius clericatus, & fori declinatio: ex quo in casu nostro tenebatur prosequi iuditium in iuditio nostro lai-
9 corum † ita per multa iura cõcludit in propriis terminis Dom. Petr. de Anchar. in d. cõsil. 333. in 1. dubio glo. in c. clericus nullum 11. q.

11.q.1.Hippol.de Marsi. in rep.c.at si clerici num.210.in 3.tom.rep. & voluit Bal.in l.testamenta C.de testa.& Stepha.Aufrer.in tra-cta. de potest.secul.super ecclesi. in 2.Reg. nu.10.in versic.10.fallit in tom.tract.11.

Insuper adducebatur, ꝙ dicit Bar.in d.§. si super rebus in num.3.ꝙ quando fit executio in re petita, & res possidetur, tertius veniens non impedit executionem,sed ei caue-
20 bitur, vt dixi supra † per l.15. à quo ff. de rei vend.

Rursus donatio istorum bonorum fuit facta huic Donno Francisco post litem motam in d.repetita. Adeò, vt in fraudem creditoris minimè fieri potuerit. Iura sunt vulgaria, & in Regno nostro Siciliæ habemus plures leges primo l. eorum fraudibus, quæ prouidet tam circa edictũ de alienatione iud.mut. cau.fact. quàm vitium litigiosi. Item adest quodam Capitulum, quod incipit conuẽtus possessione. Vbi est decisum,ꝙ si res litigiosa alienetur, siue scienti,siue ignoranti,ꝙ iuditium finitur in personam cõuenti, & executio fit contra possidentem, etiam ꝑ quascunque manus ambulasset,non citato ipso tertio
21 possessore,† & ita concludit in d.l eorũ Affli. in 4.not.num 8.& nume.14. Ad materiã vide Socy.in consi.24.vol.4.

Vltra prædicta ad demonstrandum, ꝙ ista donatio fuit in fraudem, & simulata in processu, constat, ꝙ post donationem Ioãnes ip-
22 se donator remãsit in eadem possessione † ita Bart.in l.post contractum ff. de donat.& per tex.l.sicut §. super vacuam ff. quib.mo.pig. maximè, quia fuit facta post litem, & fratri clerico: ita Anchar in d.consi.333.num.7.

Nec obstat clausula constituti, quæ facit
23 cessare similitudinem † vt dixit Bar.in cõsil. quod incipit Petrus Nicolæ.

Nam Tiraq.in tract.consti.in 9.limitatione dixit contrarium per iura per eum citata; & rationes in num.4.vbi limitat dictũ Consilium Bar.dum dixit. (Nisi subsit alia causa præsumendæ fraudis) Ergo quãdo sunt plures præsumptiones, tunc clausula non operatur. In casu isto concurrunt,ꝙ fuit lis mota, & postea secuta donatio fuit facta fratri, & clerico, remansit donator in possessione.

Vel dici potest, ꝙ clausula constituti procederet, quando donator Ioannes allegasset simulationem pro infringẽda donatione: sed secus est, quando allegatur per tertiũ respectu sui interesse, quia tũc præsumitur simu-
24 latio † ita Bal.in l.emptione C.plus valere, quod agitur, quem sequitur Imo. in c. cum contingat de iur.iur.in rep.nu.76.& Bald.in l.illud in 7.quæst. C.de Sacr. Sanct.Eccles.& Barth.Cępoll. in tract.simula.in 24.pręsumptione in 3.par.principali, & iura procedũt, quando inter eos est quæstio. Secus in casu nostro.

Et ex prędictis omnibus Anno 1575.sententiam tuli contra D.Franciscum, & partes sic postea executæ fuit mense Septembris.

Et anno 1592.in causa Palmæ dello fundone sic determinaui Andriæ. Ad Dei laudẽ.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Testamentum factum ad interrogationem alterius, quando testator articulate loquitur, non valet, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio,quod dependet ab aliena voluntate non valet.*
2 *Testator, qui non potest loqui, vel articulate, mortuo similis est.*
3 *Semimortuus potest testamentum condere, & quando.*
4 *Propinquus morti pro mortuo reputatur,& præsumitur mentis non compos.*
5 *Testamentum factum ad interrogationẽ Notarij non valet, & quomodo.*
6 *De voluntate testatoris ante interrogationẽ constare oportet.*
7 *Testator, qui loquitur articulate, & non intelligitur, non potest testari.*
8 *Interrogatio quæ fit à Notario, & responsio confirmatur cum voluntate antecedenti testatoris, tunc militat, & testamentũ tenet.*
9 *Testamentum valet, si testator respondit per verbum sic, ita vt audiatur.*
10 *Sollemnitas licet inter liberos non vitiat testamentum, secus si ex voluntate.*

DETERMINATIO LXX.

IACOBVS Ressa Terræ Capursij anno 1585. morbo squinantię correptus vltimum voluit condere testamentũ, & cũ Notarius accessisset ad stipulandum, in principio testamenti sic fatetur.

Accersiti domum Iacobi Ressa inuenimus eum sanæ mentis, sed ob morbum in faucibus quod habet, vix loqui possit, imo, nec audiri quid loquitur.Ideo interrogatus si reliquit hæredem suum filium dixit,ꝙ sic) deinde reperitur aliud legatum vxori factũ his verbis [Item lascio mia moglie donna, &

pa-

patroni, & vsufructuaria, & morendo mio figlio in pupillari ætate che la robba vada à Gioseppe mio fratello.]

Facto casu, Ioseph frater, tutor testamentarius ab eius cognata, seu sororia conuentus fuit, vt sibi vxori tradatur vsusfructus iuxta voluntatem testatoris.

Replicabatur nō teneri, quia notarius fatetur, ꝙ testator vix loqui poterat, imo non audiebatur quid loquebatur ob morbū squinantiæ. Ergo quod scriptum reperitur in fauorem mulieris, aut non est verum, aut ad interrogationem alterius, & sic cum dispositio dependat ab aliena voluntate, ꝙ non va-
1 let † ita dicit text. l. illa institutio C. de hær. instituen.

Secundo, & fortius dicebatur, ꝙ ista quæstio sopita est à tex. l. iubemus C. de testam. ex illis verbis (sin talis est testator, ꝙ neq; scribere, neq; articulate loqui potest, mortuo si-
2 milis est, & falsitas in eulogiis committitur) ergo &c.

Et quamuis sit cōclusio Doctorum, ꝙ semimortuus potest condere testamenta, procedit eorum conclusio, si verba clara, & intelligibiliter afferit, & ꝙ audiatur, quod di-
3 cit † ita est tex. l. quoniam indignum C. eod. l. Pamphilo § præpositum ff. de leg. 3. Sed si articulate loquitur, non valet. Ita dicit hanc
* esse communem opin. Franc. Bursat. in consi. 47. 1. vol. num. 5. Iul. Clar. in §. testamentū in quæst. 37. Carol. Ruyn. in consil. 12. nu. 1. volum. 2. & Alex in consi. 12. nu. 4. vol. 1. & quis dicatur articulatè loqui: Alex. in consil. 33 num. 8. vol. 3. & Philipp. Franc. in rep. rub. de testa. in 6. num. 34. versi. (sed quæritur primo) in tom. repeten. 5.

Tertio arguebatur hoc medio: Nam probatum fuit, quod vix testamentum condidit, & testator fuit mortuus: modo sic: qui propinquus est morti, & cogitatione ipsius turbatus; præsumitur non fuisse compos mentis
4 suæ † ita est text. ad literam in l. hac consultissima §. At cū humana fragilitas C. de testa. secundum Pau de Castr. in consi. 366. viso puncto in vol. 2. & Ruyn. in consil. 12. super isto puncto num. 1. vol. 2. & in eod. consil. num. 4. vbi dicit, ꝙ mortuo est similis, & in consi. 8. num 7. vol. 3.

Sic iste pro mortuo reputabatur. Arg. etiā l. pen ff. de testa. mili. ergo &c.

Quarto dicebatur licet ad interrogationē factam à Notario adhibito ab vxore pro cōdendo testamento sit secuta responsio: hoc
6 etiam non valet † ita Ruyn. in consi. 9. num. 15. in 2 vol. ratio est, quia ante testamēti interrogationem non constabat de voluntate testatoris, vt requiritur in simili casu, & hac de causa interrogatio nō valuit neq; eius responsio: Ita declarat Spec. quem refert Pau. de Castr. in consi. 155. viso puncto num. 5. & num. 6. in 1. par. & docte Roma. in cōsi. 306. præposita consultatione 1. quæst. principali in versic. tertio præsupponitur vbi expressè declarat, ꝙ quando testator loquitur articulate, & non intelligibiliter, ꝙ testamentum
7 non valet, † & ita dicunt Bar. Bald. Salyc. Ang. & alij in d. l. iubemus.

Et sic concluditur, ꝙ quando interrogatio fit à Notario quæ interrogatio confirmatur cum voluntate antecedenti testatoris, tūc testamentum valet, ex eo quia apparebat ha-
8 bere animum testandi † ita Rui consi. 8. nume. 15. in 3. vol. & sic loquitur § At cum humana fragilitas, & tenet Ruyn. consi. 12. nume. 2. vol. 2. & idem Ruyn. consil. 8. nume. 9. vol. 3. & l. Pamphilo §. præpositum: Aut non constabat de antecedenti voluntate, & tunc interrogatio Notarij non valet. Ita Ang. etiā declarat in tract. de testam. in glo. 13. num. 3. in tom. tract. 8. in 1. par. & in num. 37. & nume. 47 & sequitur Iul. Clar. in tract. de testa.
* in quæst. 37. vbi doctè, & hæc est * cōmunis, & illud testamētum factum ad interrogationem Notarij rogati à testatore, & nō ab alio modo quo supra valet. Ita Ruyn. in consi. 8. nume. 9. volum. 3. & ita Afflict. in decis. 143. nume. 2. & Michael Grass. in rubr. de testa. in tract. com. opi. lib. 2. num. 310.

Alex. vero in consil. 33. ponderatis verbis in 3. vol. declarat hanc materiam dicens, ꝙ licet quis sit graui infirmitate correptus, dūmodo sit sanè mentis: licet articulatæ loquatur, si tamen respōdit, ꝙ sic, vel per alia verba similia, ꝙ testamentum valet, † ita dicit
9 glo. in d. l. iubemus † in verbo (quemadmodum) per tex. l. si pater § fi. ff. de fideicomm. liber. & l. milites C. de testam. mil. Ang. in l. quoniam indignum C. de testa. Ruy. in consil. 12. num. 8. in 2. vol. & idem Ruy. in consil. 8. num. 2. vol 2. & idem Ruyn in cōsi. 10. num. 2. in 3. volum. & Ruy. in consi. 2. vol. 2. maximè si à Notario fuit interrogatus, & nō ab alio, & Io. de Imo. in c. cum tibi in 2. col. versic (quid autem si testator fuit interrogatus) de test. extra cōcludit, ꝙ valet testamentum, si infirmus habebat bonum sensum, & bonam memoriam: & articulate poterat loqui, dummodo intelligatur, quid dicat. Et
* ꝙ hæc opin. * est communis, sic ipse dicit. & hæc opin. fuit Cyn. Azon. Odofr. & Bar. in d. l. iubemus, & ita declarat Boer. in decis. 1. nu. 22.

Digitized by Google

nu.22.& 23.& doctè Pau.de Castr.in l.quoniam in dignum nu.3.C.de testa.& declarat Corn.in consi:73.1.vol in littera G.& ꝙ hęc
* sit communis * Alex. refert in ead.l.nu.9. in fi.& Aret.in d.tract.de testa.& clarus, vbi supra citati, & Ang.in l. in fraudem §.1. ff. de testa.& in l.in aduerso C.eod.tit.ita Ruyn.in d.consil.nu.5.& idem Ruy in consil. 8. nu. 2.
* vol.3.vbi dicit, ꝙ hæc est com nunis: * quæ opin. est vera, etiam si interrogetur ab alio, quàm à Notario.Ita intelligitur à glo.in d.l. Iubemus,dum dixit(maximè à Notario)quã
* glo. approbant communiter * Docto. reprobata opin. tenentium contrarium, & ꝙ hæc sit communis opin. Idem Ruyn in eod.consil.12 nume.12.asserit, & vult Aret.in l.hæredes palam in fin. principij ff.de testam maximè quando interrogatio fit à Notario cui tota substantia actus cōmittitur.Ideo ei standum est, tanquam fido,& carenti suspitione. Hoc ipsum vult Bal.in d.l iubemus,& sequitur Rom.in l 1.§.si quis,ita ff.de verb.oblig. & doctè Ruyn.in consi.8.nu.2.vol.3.

Intelligas prædicta procedere in testaméto nuncupatiuo,non autem in testamento in scriptis. Ita Affl.in d.decis.143. per Io.And. in add.ad Spec.in tit.de testamento §.in primis, & Michael Graff. in præallegato citato loco, & num.310.

In casu igitur isto Notarius dixit, ꝙ loqui etiam articulatè nō valebat, obsquinantiam in faucibus. ergo testamentum fuit nullum. Ita Bart.Bald.Ang & alij in d.l.iubemus, & declarat casum nostrum Io.de Amic.in consil.137 num.16. vbi expresè determinat dictum glo.& Doct. intelligi, quādo potuisset loqui licet articulatè intelligibiliter: quod non est in casu isto.

Nec obstat, ꝙ dicebatur valuisse testamētum quia in stituit filium l.hac consultidima §.ex imperfecto C.eod.

Quia Ang.in d.l iubemus nu.4.in fi.dicit ꝙ procedit inter liberos etiam: quia licet sit remissa sollemnitas testiū: non tamen est sollemnitas voluntatis,quæ debet exprimi per
10 scripturas, vel per loquelam claram † per tex.l. in fraudem §.1.cum ibi not.ff.de testa.mili.& Rom.in consi.306.in versic.tertio, & Pau.in d l. iubemus nu.2. sequitur, quia testamentum est nullum ratione voluntatis, ꝙ non valet. Ita Cur in d.§. ex imperfecto nume.1.& 2. & dixi supra in Determinat---- & Tiber.Decian.in resp.86.incip.præpositis veris in num.15.tenet, ꝙ ratione voluntatis etiam inter liberos, & piæ causæ non valet. per Bar.Ang.Alber.& Corn.i d.§.ex imperfecto Bald. in consil.296.in 10.vol.& in l.1. C.de Sacr.Sanct.Eccle.idem. Vbi etiam affir-
* mat hanc esse communiorem * opi. & Ruyn. consil.7.num.7.& plenè Abb. in consil.105. incip.viden primo dicta legata.in 1.articulo num.1.& 2.in 2.vol.& idem Ruyn.in consil.9.num 14.vol.3.& in consil.15.num.2. volum.2.& in consil.1.num.2.& num.22. volum.2.

Et sic conclusi testamētum non valere, & vxor me audito statim consolauit ad secunda vota, & sic fuit impositus finis huic quæstioni. Capursij Anno 1585. & ita executū. Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

In crimine adulterij non notorij, ex offitio procedi non debet.

SVMMARIVM.

1 *ADulterium est crimen publicum.*
2 *In adulterio ex offitio procedi nō potest.*
3 *Adulterium notorium, & manifestū, quando dicitur.*
4 *Maritus de adulterio quærelare debet.*
5 *Præparatoria adulterij quæ sunt.*
6 *Verisimilitudo attenditur.*
7 *Testis de nocte vidisse deponens,non creditur*
8 *Bona fama omnia inditia denigrat, & amicitia.*

DETERMINATIO LXXI.

ANno 1570. Florinus de Mariotto Terrę Valenzani fuit ab eadē Curia de adulterio Inquisit⁹ in personā Cannellæ de Cannone, quo processu mihi transmisso per Illustrissimum Dominum Marchionem ipso bene trutinato determinaui, vt infra.

Crimen adulterij licet inter publica con-
1 numeretur delicta † vt est tex. in §. item lex Iulia inst.de publ.iud.& toto tit.ad l.Iuliā de adult.nihilominus accusatore nō existen-
2 te procedi non potest † ita Affl. in const. legum asperitate nume.12. nec refert,si opponeretur, ꝙ Iudex habens litteras arbitrarias potest ex offitio procedere,vt declarat Gramma in decis.31. & Rober.Maran in 6.par. in verb.(secundo casu principali)in nu.139. quia procedit, quando essemus in adulterio Notorio, vt in prædictis locis Doctores asserunt, & Foller. in eius Pract.Crim. in tit. de for-

Digitized by Google

forma Capit. in casu adulterij, & adulterium manifestum. & notorium tunc dicitur, quãdo vxor pa li n admitteret viros venire ad se, adulterandi causa, vel quando mulier recesserit à marito, & adhæserit concubinario, vel si habet filium ex alieno viro, vel quãdo mulier cõfessa est in iudicio se cognitam ab alio, vel quando reperitur solus cum sola in domo, vel si masculus, & fæmina in balneo simul intrauerint, vel per testes fuerint simul visi iacere, vel quando inter eos transmitterentur litteræ Amatoriæ, vel quando esset facta denunciatio à marito, & fuerit repertus cum eo alloqui, vel si inueniantur soli in loco secreto noctis tẽpore,

3 † & hæc omnia nouiter declarat Viui. in deci. 241. incip. adulter. & ideo Clar. in §. adulterium versic. est autem hodie, dicit ꝙ adulterium est crimen priuatum, & eius accusatio non est permissa,

* nisi certis personis, & hæc opin. est* communis, & sequitur Bonacoss. in rub. ad l. Iul. nu-

* me 79. in 2 tom. tract. communium * opin.

Secundo debet præcedere querela mari-

4 ti alias non proceditur in adulterio † primũ probatur in l. 2. §. fi. & ibi glo. Bar & scrib. ff. de adult. necnon requiritur, vt probetur matrimonium esse cõtractum per verba de præsenti, ita Bar in l. si vxor §. si quis vxorem ff. eod. tit. & Roman. in consil. 167. Hippol. de Marsi. consil. 1. nume. 47. in 1. par. Anchar. in consil. 409. Afsl. in d. const. legum asperitate sub rubr. de adult & vltimo per Mascard. in tract. de probatio. in conclus. 58. incip. adulterij vol. 1.

Cum prædicta duo in præsenti processu desint, ergo sequitur, vt informatio nulla sit.

Nec constat de præparatorijs adulterij, vt sunt amplexus, tactus mammillarum, oscu-

5 lum, vel similia, † vt per glo. in l. quæ ait lex. in verb. (in ipsis rebus) & consuluit Petr. de Baro... in cons. 27 in lib. diuers. cõsi. crim. 1.

Non obstat dicti Camerarij. qui tantum modo deponit, quod tractu de ordinatione Curiæ iuisse ad domum d. Cannellæ, & inuenit florinum, in quadam cascia, seu arca cælatum. Nam, & alij consotij cum eo fuere, & hominem prædictum non viderunt maxime existente in domo parua. Nam eius dictum à verisimili multum distat, & ideo falsitatis

6 imago esse cognoscitur † secundum Bald. in l. 1. C. de seru. fugiti. & hęc verisimilitudo in probationibus multum attenditur, vt dicit Iureconsul. in l. cum de ętate ff. de probatio. tanto magis, quia fuit probatum cammerarium istum esse inimicum ipsius Florini, & vti inimico credi non debet per tex. in auth. si testis §. si vero C. de testi. Tãto magis, quia deposuit de nocte illum vidisse in cascia, & non apparuit de luminibus in domo existen-

7 tibus † iux. not. per Hippol. in l. 1. nume 63. de quæstionibus, & deci. in cõsi. 29. vbi apertè dixii, testes prædictos esse falsos, & voluit Bald. in l. Aretusa ff. de statu. homi. & dixi in Determ. mea.

Fuit probatum de bona fama Florini, quæ

8 denigrat omnia inditia, † vt dicunt Bald. & Imo. in l. fin. ff. de hær. insti. Bar in l. desertorẽ §. sed si extra prouiso ff. de re mili. Alex. consil. 90. in 3. vol. Cepoll. in consil. 40. Gramm. consil. 65. Fuit probata maxima amicitia inter florinum, & maritum d. Cannellæ, & de amico malum non præsumitur glo. in l. 1. C. de Sicar. Socyn. in l. cum auus num. 14. ff. de condit. & demonstr. Io de Amic. in consi 85. num. 19. c. 3. in Determ. mea 140. num. 18. & Deter. 141. num. 5. Deter. 2... nume. 7. & sic determinaui ipsum esse absoluendum, prout absolutus fuit Anno prædicto. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

In compromisso generali veniunt etiam res de sui natura compromißibiles, & alteri donata si petitur de eis laudari.

SVMMARIVM.

1 *COmpromissum non se extendit ad res incompromißibiles, & contentas in instrumento liquido.*

2 *Odia litium non se extendit ad res liquidas, & vbi sunt instrumenta, & obligationes, & sententiæ.*

3 *Quicquid ago, vel taceo, videor agere in mei vtilitatem.*

4 *Inducta in fauorem non retorquẽtur in odiũ.*

5 *Compromissum non se extendit ad res donatas, nisi expreßè sit de eis compromissum.*

6 *Laudum dicitur emologatum super re, in qua profertur.*

7 *Arbitramentum per quæcunque verba conceptum non se extendit ad incogitata.*

8 *Actor potest iterum agere, quando in compromisso est aliquid per errorem deductum.*

9 *Sententia transacta in rem iud. potest retractari, quando allegatur iusta, & rationabilis causa.*

10 *Sententia, seu laudum non debet etiam nutritiua peccati.*

11 *Licet in compromißo generali non includuntur*

Digitized by Google

tur bona donata, tamen procedit, quando de eis coram arbitris nõ esset tractatum, alias secus.

12 *Compromissum non fit in re incompromissibili procedit in re de sui natura non compromissibili, & causa, quæ sunt declarantur.*

13 *Compromissum potest fieri etiam vbi sunt sententiæ obligationes, & instrumenta liquida de communi consensu.*

14 *Tali casu si non valet, vt laudum, valebit in vim pacti.*

15 *In facto proprio non toleratur error.*

16 *In iuditio error potest reuocari vsque, & non post sententiam.*

17 *Error non præsumitur, nisi probetur.*

18 *Fauori suo quilibet renunciare potest.*

19 *Sententia nõ dicitur nutritiua peccati, quando adest consensus partium.*

20 *Tacens actui, & non se protestans sibi in illo actu praiudicat.*

DETERMINATIO LXXII.

FVIT mortua quædam mulier Francisca de Piepulo Terrę Castellanę ab intestato, & sic inter Stephanum, & Rosinam fratrem, & sororem vtrinque coniunctos mortuæ de modo succedendi orta fuit controuersia, & cõpromissa causa fuit laudatum in fauorẽ sororis: & introducto laudo coram me, vti bono viro. Dicebatur pro Stephano, ꝙ in compromisso non venerunt quædam bona sibi antea per matrẽ donata. Mulier dicebat, ꝙ compromissum fuit generale; & sic, ꝙ in eo bona donata includebantur, & ipsis auditis determinaui, vt infra.

Dicebat Stephanus, ꝙ licet compromissum fuit factum generalissimum, tamen non debet extendi ad res non compromissibiles, & ad res, quæ continentur in instrumento liquido: quando in compromisso de eis non
1 est facta expressa mentio † ita dixerunt Bald. Ang. Pau. de Cast. & Ias. in l. 1. ff. de transact. voluit etiam Bar. in l. prætor ff. de tut. & curat. dat. ab his, & diffusè Lanfran. in tract. de arbi. in 3. par. in tom. tract. licet compromissum generale compræhẽdit generaliter omnia. Franc. Bursat. in consil. 114. nume. 13. volum. 1. & idem in consil. 115. nume. 14. l. à procuratore C. mand. & l. Iulianus ff. de lega. 3.

Cum Regia Pragmatica odia litium Regni nostri sub rubr. de arbit. declarat compromissum non habere locum, vbi sunt sententiæ obligationes liquidæ, & instrumenta. In causa ista adest instrumentum donationis, ergo compromissum ad prædicta bona non extenditur, & sic laudum non tenet.

Et propterea nunc Stephanus audiri debet, quia se cõfirmauit cum Regia Pragmatica etiam si silentio pertransiit. Ratio est illa, nam quicquid ago, vel taceo, illud videor agere in mei vtilitatem, & fauorem iure per-
3 mittente † l. Graccus C. de adulter. & not. in reg. iuris, qui tacet cum simil.

Præsertim, quia inducta in eius fauorem,
4 non debent in eius odium retorqueri † l. qđ fauore C. de leg.

Secundo allegabat Stephanus, ꝙ compromissum non fuit factum de modo succedendi Franceschæ licet generale fuit, sed solum si Franceschæ competebat, legitima seu supradictum legitimæ in bonis parentum, & dato, ꝙ de modo succedendi Franceschæ esset cõpromissum, sibi in rebus donatis præ-
5 iudicari non debet † ita voluit Pau. de Cast. in l. fin. §. idem quæsiuit num.---- ff. de condit. indebit. & Ias. in consil. 171. per totum volum. 2.

Et propterea, quia laudum non fuit principaliter probatum super prędicta diuisio-
6 ne, ergo nec super ea fuit emologatum † per tex. l. cum putarem in fin. in versi. (p. anè) ff. famil. ercisc. Nam arbitramentum quantumcunque per verba generalia conceptum non debet extendi ad ea de quibus non fuit cogitatum inter partes, & de quibus nõ erat
7 lis † ita Ias. in consil. prædicto 171. num. 15. 2. volum.
8 Tertio adducebat Stephanus † tex. l. de rebus ff. de recept. arbitr. vbi habetur, quòd licet compromissum sit largissimè factum, & in eo aliquid per errorem sit deductum, non obstante sententia, & laudo poterit actor iterum agere.

Præterea, & quarto asserebat sic, quòd licet sententia sit transacta in rem iudicatam, poterit retractari, quando allegatur contra
9 eam iusta, & rationabilis causa † ita Dom. Cyn. dixit in l. 1. C. de condit. indeb. Io. And. in addit. ad Specul. de executio. senten. in §. fin. versic. (illud autem) Dom. Alexan. in consil. 293. in causa, & lite in secunda columna, volumine secundo, Hippol. in singul. 229. In casu isto error istius Stephani est, quia rusticus, & ignorans, & hæc

ratione huic subueniédum est per reg. si qua mihi iusta causa.

Insuper dicebat, ꝙ in casu isto facit, ꝙ di-
10 cunt, † Io. de Anan. in consil. 16. vbi etiam Bolog. ꝙ sententia, neq; laudum debent esse nutritiua peccati. In casu isto adesset, qui lucraretur cõtra voluntatem Dñi. Ergo &c.

Pro sorore allegabatur, ꝙ de prędictis bonis donatis, coram arbitris fuit tractatum, ergo exequi debet, ꝙ secus esset, si de eis tracta-
11 tum nõ esset † ita est tex. l. si cum dies §. plenum ff. de arbi. & ibi Bar. Bald, Roma. & alij, & Bald in l. de rebus ff. eod. tit. & Ang. in consi. 218.

Cum igitur, vt supra dictum est, fuerit de eis tractatum. Ergo &c.

Hac ratione vera, nõ obstant modo rationes fratris, Nam prima ratio est vera, sed procedit, quando essemus in re, quæ de sui natura nõ est compromissibilis, vt est tutela, vt sunt causæ criminales; causæ liberales, & similes, & res Ecclesiæ, & quæ sui natura alie-
12 nari non possunt † ita loquitur Bart. in d. l. prætor. vbi addictiona. & Alex. in consi. 61. in 2. volum. per totum, & diffusè Marc. Ant. Blan. in tracta. de cõpromiss. in 4. quæst. cau. 26. cum seq. in tom. tract. 3. par. 1.

Sed in casu isto sumus secus, & quamuis vbi sunt sententiæ. Instrumenta, & obligationes non fit compromissum, procedit (parte contradicente). Nam de communi cõsensu partium ad compromissum perueniri po-
13 test, † & quamuis laudum fuisset nullũ: adhuc partium consensu, ratificari, & emologari potest, & si non valebit, vt laudum, va-
14 lebit in vim pacti † ita decisum esse testatur Afflict. in decis. 117. vbi etiam Vrsill. hoc dixerunt Cyn. Odofr. & alij in l. 2. C. com. vtri. iud.

Ad secundam rationem, & tertiã respondetur huiusmodi. Quia ĩ casu isto fuit sciés, sibi præiudicauit compromittendo in rebus sibi donatis.

Nec ei prodest allegando errorẽ; Nam ipse, vt dixi; fuit donatarius sciens rem sibi donatam. Imo tẽpore donationis fuit præsens, & acceptauit, & sic resultat regula, quòd in facto proprio nõ toleratur error, sicut in ex-
15 traneo † tex. est in l. plurimum ff. de iur. & fact. ignora. l. si ff. pro suo.

Secundo dicitur, quòd quando sumus in iuditio, & aliquid omittitur ex errore: tunc ommittens ille, errorem reuocare nõ potest, nisi vsq; ad sententiam. Post sententiam re-
16 uocare non licet † ita Bar. Bal. & communiter * scribentes dixerunt in l. error facti C. de de iur. & facti ignorant.

In casu isto iste allegat hunc errorem post sententiam, ergo audiri non debet. Imo allegauit post decretum de exequendo laudum, iam emologatum, licet error præsumi non
17 debet, nisi probetur per allegãtem † ita Bar. in l. non fatetur ff. de confess. & l. an inutilis ff. de except.

Stephanus ipse nõ potest iuuari illa ratione, quia potuit renunciare fauori suo, etiam
18 tacite † l. fi. C. de pact. & l. pactum ff. eod. & sic in diuisione prædicta, potuit præiudicari sibi, & permittere, quòd bona cum aliis fratribus conferantur.

Non obstat quarta ratio, dum dicitur, ꝙ sententia esset nutritiua peccati, quia ibi di-
19 citur, quando contra voluntatẽ domini † in casu nostro sumus, domino à principio consentiente, & sic passus fuit conferri. Imo iste consensus, licet non fuisset expressus, adhuc consensus dicitur. ratio est illa; quia, quãdo quis tacet, & non protestatur actui, sibi præ-
21 iudicat † l. 1. C. de filio famil. & quemadmodum pat. lib. 10, lib 4. §. in venditionem ff. quib. mo. pig. vel hipp. sol. Bald. in l. si sine C. ad Senat. Consf. Velleia.

Ex quibus iura sororis remanent firma, & ꝓ sorore determinaui, licet vltimo inter eos conuenit. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Osculanti mulierem in Regno, est pœna mortis, & quomodo probari debet.

SVMMARIVM.

1 *Osculanti mulierem est in Regno pœna vltimi supplicij.*
2 *Inditium remotum debet probari ꝑ duos testes contestes.*
4 *Probatio colloquij non inditiat, nisi sit solus cum sola, & in loco secreto.*
4 *Praparatoria actus venerei, quæ sunt.*
5 *Qui male agit, odit lucem.*
6 *Testes de auditu non probant.*
7 *Testibus contrariantibus, non creditur.*
8 *In dubio in fauorem inquisiti pronunciandum est.*
9 *Fuga ante delictum inditiat.*
10 *Fuga post delictum non inditiat.*
11 *Minæ de accusando, induunt timorem fugiendi.*
12 *Fama habens originẽ à maleuolis non probat.*

D E-

DETERMINATIO LXXIII.

DONATVS de Pascuccio Terræ Rutiliani in Curia criminali anno 1572. de osculolato in personam Floræ, inquisitus fuit ad quod probandũ fuit inductum testimonium mulieris Todeschæ, quæ dixit vidisse dictũ Donatum cum Flora alloqui, & ipsa malũ suspicata extitit. Qua de re d. Floram increpauit, ne alloqueretur hominibus. Iuncta cum depositione alterius mulieris Bonadiæ dum dicit audiuisse non solum osculasse, sed etiã piccicasse, iuncto etiam dicto Francisci Comitis dicentis, ꝙ dixerat eid. Donato, vt caperet in vxorem alias quærelasset criminaliter, quæ simul iuncta videntur inditiasse do-
1 natum ad torturam † cum in Regno pœna osculi sit pęna vltimi supplicij, vt in pragmatica de osculantibus &c.

Pro inquisito dicebatur, ꝙ inditium remotum debet probari per duos testes conte-
2 stes † ita gl. in l. fi. C. fam. ercisc. Bar. & omnes in l. fin. ff. de quæstionib. Innoc. in c. sicut de Simo. extra, & Bal. in l. fi. dixit, ꝙ testis deponens de aliquo significatiuo nihil ꝓbat. Nec colloquium sufficit, nisi esset solus cum sola, & in Camera; secus in strata publica, vt est
3 casus noster, in qua fuit visus alloqui, † vt videtur tex. in l. si amicis in fi. ibi (præbui domum, vt alloquitur) ff. de adult. Bar. in l. c. 5. eodem tit. & videtur probari per glo. in l. ꝙ ait lex eod. tit. vbi declarat, visus, alloquium, tacta, post oscula facta, adeò vt inter tactum, osculum, & colloquium sit magna remotio,
4 † tanto magis in strata publica si malã mentem habuisset, vtiq; intus domum hoc age-
5 ret, ex quo qui male agit, odit lucem, † vt in l. fi. ff. de rit. nupt. Nec obstant alij deponen-
6 tes de auditu † vulgata l. testium C. de testi. Secundo sunt inuicem contrarij, nam dicit audiuisse à Sapia, Sapia verò dicit, nunquàm
7 dixisse, & sibi contradicunt † secundum nota. in l. 2. §. creditum ff. si cer. petat. Bart. in l. insulam §. fructus, vbi Imo. & Alex. ff. solu. matrim. Bart. in l. si finita §. si ante ff. de dam. infect. & Ang. in l. qui sententiam C. de pœnis, & Ioannes Andr. ad Specul. in titul. de test. §. Iam de interroga. & in dubio inter-
8 pretandum est in fauorem inquisiti † l. interpretatio ff. de pœn. Nec sufficit dictum Francisci Comitis, quia solus, vulgatis iuribus, & quatenus illa verba dixisset, fuit pro timore, argumentando hoc modo fuga post
9 delictum facit inditium † Bart. in l. ꝙ si fugitiuus §. scienti ff. de edil. edict. & tamen si post processum, timore iuditij non inditiat
10 † Bart. in l. 1. ff. de bonis eorum. Sufficit enim fieri minas de accusando, licet non sit
11 facta accusatio † l. miles §. sicubi ff. de adult. ergo in casu nostro &c. fuit probata bona fama inquisiti, & fama orta habuisse originem à dicta Flora, & Todescha quæ nulla fuit
12 † secundum Hyppol. in consil. 20. num. 43. Alexan. consi. 25. 4. volum. Abb. in cap. consuluit de appo. lo primo Franc. de Aret. in cap. causam de testi. per Ang. in tracta. malefi. in verb. fama publica, & per criminalist. vbiq; quare ex prædictis omnibus, & aliis mentem meam mouentibus absolui dictum Donatum, & in eius fauorem determinaui. Anno prædicto ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Operarij mercede conducti dummodo non sit eis protestatum, vel de nocte iuerint ad possessionem alterius ad laborandum, & dolo careant, aliqua pœna non puniuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ex damno dato Domino rei competit duplex actio.*
2 *Dare damnum, est delictum.*
3 *Obligatio, quæ resultat ex delicto, ex malefitio oritur.*
4 *Damnum passus, petens dantem damnum puniri, & sibi damnum emendari, criminaliter agit.*
5 *Iudex criminalis incidenter potest cognoscere de re ciuili.*
6 *Operarij scienter laborantes in re aliena, pœna tenentur.*
7 *Scientia non præsumitur.*
8 *Operarij dicuntur nescire, nisi sit eis protestatum.*
9 *Operarij non possunt accusari de turbata possessione ante protestationem.*
10 *Statutum ordinans, vt nemo intret in possessionem sub pœna non includit mercenarios.*
11 *Operarij de nocte operantes, dolo non carent.*
12 *Operarij etiam si eis sit protestatum, non tenentur pœna, quia non tenentur credere, nisi ostendat ei instrumentum suæ possessionis.*
13 *Operarij per protestationemnon constituuntur in mala fide.*

Digitized by Google

DETERMINATIO LXXIV.

MAGNIFICVS Ioannes Cerullus Terræ Rutiliani in Curia Criminali egit cõtra Io.Ferdinandum Sciuittarum eiusdẽ Terræ, ex quo arauit in eius possessione eum turbando, ac damnum dando, qui inquisitus carceratus allegabat se vti operarium clerici de Riccardis ibi arasse, ac ligna incidisse, & ideo ipsum non teneri, & viso processu determinaui, vt infra.

Primo consideraui negari non posse, ꝙ ex damno dato Domino competit duplex via:
1 ciuilis, & criminalis † de ciuili loquitur tex. l.item Mela §. legis Aquiliæ actio cum seq. ff ad l.Falcid. & inst.eo l.tit. §.cap.tertio not. Bar in l.agraria ff de termi.mot. & no.in l.3. ff. de sepul.violat.

De criminali dicitur sic. Dare damnũ est
2 delictum, † & obligatio quæ resultat ex de-
3 licto; ex malefitio oritur † ita est tex. l.ex malefitiis in princ. ff. de actio.oblig. & §.1. de oblig.quæ ex delict.nascunt.inst. & propterea competit via criminalis, vt per Bar.in l.fi. de priu. delict. ff. & in propriis terminis, ita consuluit Philipp.Corn in consil.119.incip. in causa accusæ vol.3.in princ. & ita videtur concludere Bar.in l.interdum §. qui furẽ ff. de furt.nu 4.vbi dicit, ꝙ si damnũ passus petit dantem damnum puniri, & sibi damnum emendari; ꝙ tali casu videtur intẽtatum iuditium criminale, & emendatio damni vide-
4 tur incidenter intentata, † & sic videtur cõcludendum rectè accusasse, & Curiæ ciuilis Terræ prædictæ Rutiliani indebitè conqueritur, & ꝙ iudex criminalis potest inciden-
5 ter cognoscere de causa ciuili † facit text. l. quoties C. de iud.quod no. in l.nullum C.de test. vbi Bart.Innoc.in c.cum oporteat de accusatio.extra, & idem Bart.in l. 1. C.quand. actio.ci. idicat. Quid velit Bal.in l.si de possessione C. vnde vi.

Secundo dicebat Ioãnes, ꝙ isti operarij tenentur quia ipsi sciebant possessionẽ esse ip-
6 sius, & non clerici: † ita notat.per Imo. &
* communiter * scribentes in l. de pupillo ff. de oper. nou. nuncia.

Operarij autem licebãt licet criminaliter agi posset, tamen ipsos non teneri aliqua pęna: primo quia ipsis nõ fuit aliquid pro parte Ioannis protestatum, ꝙ non accedãt, quia possessio erat sua: neq; ipsi sciebant, quia nõ sunt vicini: nec in processu est probatum de
7 scientia, quæ non presumitur † l verius ff.de probatio.ita no.glo. Bart. & Doctores in l.item §.tignum ff.de rei vend. Cum igitur de mandato Clerici accessisse, & ex depositione ipsius apertè liquet hoc, dum fatetur ipsum misisse ad arandum, & ligna incidendum, se-
8 quitur per prędicta ipsos absolui debere † ita in terminis proprijs cõsuluit Corn. in alleg. consi.119.in 2.col.in litera B.in 3.vol. & vltra eum, hoc declarat Franc.Cason.in quæst. crim.q.2 incip.accusari possunt nu.4. in to. tract.11.in 1.par. & ita tenet etiam Lau.Calca.in consi.99.incip.eiusq; gloriosissimę nu. 3. per gl.in d. §.tignũ in mag.in ver.(respondeo) & ibi Bar.Roffred.in l.si quis id quod ff. de iurisd.om.iud. & Iacob.de Aret.in l.itẽ Labeonẽ §.si quis Astrologus ff. de iniur.Ang. in d.§ tignũ nu.2. declarando glo. ꝙ in isto casu est singularis, vbi tenet, ꝙ operarij non possunt accusari de turbata possessione, nisi
9 sit eis protestatum, † & Alex. in l.de pupillo in §.nunciationẽ ff. de oper.nou.nuntia.facit gl.2.in l.suo prætextu la 1. C.de transact ibi (per alium) Lau.Calca.in consi.98.num.4.

Accedat ad prædicta corroborãda, quę dixit Io. Baptista de Sancto Seuerino in rep. l. oẽs populi in 6.q.4.q principali ff. de iust. & iur.ꝙ si statutũ dicit, ꝙ nullus audeat ingredi possessionẽ sub pęna tanta &c. ꝙ si qs mercede conductus intrauerit, vt operarius, & ibi operatus est, iste non tenetur pęna sta-
10 tuti. ratio est, quia caret dolo † per glo.in d. §.tignum Aret.in §.cũ in suo nu. - - inst.de rer.diuis.Alex.in consil.36 nu 3.vol.1. & in add. ad Bar in d §.tignum Carau.in pragmatica de Senat.Cõsul.Macedon.in §.6 audeat nũ 6.reperi Bal. tenentem hanc opi.per multa iura in consil.314.incip. quidam Ciccholinus vol.1.num.71. & idem in consi.436. vol.5.incip.statuto communis.

Ex quibus apparet responsum esse ad cõtraria, quæ procedunt in operariis scientibus, & eis protestatis, vel si noctu iuerint ad laborandũ: his duobus casibus tenẽtur videlicet, si fuerit eis protestatum.vel si noctu iuerint,
11 & hæc est * cõis opin. † vt per Clar. in Pract.
* Crim.9.eũ refert Ioseph Lodo.in rub.de turbata poss.in 4.causa in tract.com.opi.tom.3.

Sed Tho.Docci.Senẽsis in cõs.138.ĩ alleg. 3. p totã dicit, ꝙ laborantes nõ tenenť etiã si eis protestať. ratio est.qa nõ tenenť laborãtes
12 ei credere † p Bar.in d.l. & §.morte in 2.spetie ꝓtestationis f mi 147. Nisi cũ ꝓtestatione ꝓhibitiua ostẽdat istrumentũ; sic loquiť cõclusio nostra. Et nota etiã, ꝙ operarij p ꝓtestationẽ nõ cõstituunť in mala fide; dummodo nõ sit operis noui nũciatio, qa mãdatũ tribuit illis iustã causã nõ credendi, & illos ex-
13 cusat. † Tenet strepidè Caro.Ruy.ĩ cõs.122. incip

incip.circa dubia.nume 12. vol.5. & sic prædictos absolui à qualiter anno 91. à Curia Criminali Rutiliani. Et dictus Cerullus acquieuit. Idem in ead.Cur.determinaui contra Natalitiam de Salamandra, quæ quærelauerat magistrum Simonem, & sotium, q incideránt ligna in eius parcoribus, quia fuerunt conducti à fusco, ordine cuius ligna inciderunt, vt in parcoribus Fusci, & etiá conquieuit. Reperi postea plot.in rep. l.si quando in §.39.num.17. in sexta limitatione, vbi hanc materiam plenè pertractat C. vnde vi. ad ipsum recurre, quia pulchrè: & q non possint labores molestari voluit Deci. I l. Velle num.8.ff.de reg iur.vbi dicit hanc esse cómunem opi. * communé esse approbat Rerchoui.in rubr.de locat.& cond. in tom.com. opin.1 nu.53.& 54.& Bonac.ibidem in nume.55 & 56. vbi affatim p eum &c. & Natta in consil.71.num 2.vol.1.allegat Bal. in l.nó ideo minus C. de accus. vbi dixit, q laborator accusari nó potest, quia illud facit ratione suæ artis: & quod quis facit, ratione suæ artis, videtur bona fide facere.nisi ars sit prohibita l. ita apud Labeonem §. si quis Astrologus ff.de iniur.& Natta in d.loco, & consi. num.3. vide omninò in hac materia dictum Plotum lo o quo supra à nume.17.vsque ad numerú 19. & ibi ponit sex limitationes ad prædicta ad eum recurre &c. Et Dño sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Socer non tenetur, nisi inquantum facere potest si tempore promissionis dotium erat soluendo, & renunciatio sibi non nocet.

SVMMARIVM.

1 *Socer non cōdemnatur regulariter nisi in id, quod facere potest.*
2 *Regula prædicta procedit constāte matrimonio, non post.*
3 *Socer à principio diues, si efficitur non soluendo, gaudet hoc beneficio, tam cōstante matrimonio, quàm soluto.*
4 *Nemo ex dolo commodum habere debet.*
5 *Promissa non seruans, dicitur in dolo.*
6 *Dolus ex fide non impleta, arguitur.*
7 *Ex dolo quis puniri pōt crimine stellionatus.*
8 *Dolus est delictum.*
9 *Quis potest renunciare fauori suo.*
10 *Per iuramentum, vel conuentionem, quis potest cōstringi ad carceres.*
11 *Beneficio cessionis bonorum renunciatur cum iuramento.*
12 *Socer cum iuramento dicto beneficio ne conueniatur, renunciare non potest.*
13 *Priuilegio q competit personæ ex reuerentia renuntiari non potest.*
14 *Decis. Affl. 222. est localis.*

DETERMINATIO LXXV.

NOBILIS Iulius Cæsar de Midcolis Terræ Putiniani Prouinciæ Bari tempore, quo diues erat magnificam Philomenam eius filiam magnifico Ludouico Zambellæ nuptui tradidit, dotes promisit; tempore solutionis casu, dictus Iulius Cæsar effectus est non soluendo; Gener ipsum carcerare fecit: Socer replicabat, ipsum non teneri, nisi inquantum facere potest, fuit à me quæsitum quid iuris. Sic respondi.

Duo consideranda esse: primum, vtrú soluto matrimonio socero tale priuilegiú competat: secundum, quia in capitulis cum iuramento huic benefit.o renúciatum fuit. An eo nunc iuuari socer potest.

Quoad primum dico regulá iuris esse clarissimam, socerum in id quod facere potest,
1 condemnari, & non aliter † tex.in l. rei iudicatæ §. socero iuncta l.ex diuerso ff.sol.matr.

Quæ regula procedit, quando socer conueniretur constante matrimonio: secus solu. matrim. per mortem eius filiæ, vt est casus iste: quia in tali casu socer indistinctè exigi-
2 tur † ita iureconsultus Horatius in l.sicut, & l.seq.ff.de re iud.

Iurisconsultus vero in l.fi. de dote promissa ff de iur.dot. distinguens hunc casum sic asserit.

Aut socer à principio sine dolo, Genero dotem promisit, vtputa quia tépore promissionis erat diues; vt est casus noster.

Aut dolosè promisit; quia tépore promissionis non possidebat, & voluit circumuenire generum.

Primo vero casu quãdo erat soluendo: & postea tempore solutionis reperitur non soluendo; tunc socer gaudet tali benefitio, tam constante, quàm soluto matrimonio.

Secundo vero casu, quãdo à principio dolose promisit: tali casu, tali priuilegio non gaudet: ita gl. distinguit in d.l. ex aduerso in verb. (subdistinguitur) ff.solu.matrim.

Quam distinctionem comprobat Bar. & eam sequuntur * omnes, vt refert Alex.in d.l. rei iudicatæ in 3.col. versic. iustum esse nu. ... ff.eod.& pulchrè in l. prædicta sicut Ias. in nu.3. vbi testatur hanc esse * communem opin.

Digitized by Google

opin. & ita Io. Fabr. in §. item si de dote nu. 6. in fi. in t. de actio. & Ang. de Aret. in d. §. ite si de dote num. 3. in 4. fallentia in ver. quarto fallit, ii sciens, vbi etiam Ias. in prim remissiuè tamen Et hanc distinctioné in socero verá esse affirmat Dom. Afret. in add. ad Capell. Tholos. in decis. 258. in prin.

Ratio huius esse potest, quia nemo ex dolo debet habere commodum: & actio quæ
4 oritur ex dolo, est ex crimine † ita Dom. Ias. in §. item si quis in fraudem nume. 168. inst. de actio. Alex. in l. si quis ne causam nu. 5. ff. si cer. peta. & ideo si socer promittit aliquid, illud non obseruando, dicitur dolosè agere,
5 † ita Deci. in l. pactum quod dotale nu. C. de pact. & tali casu contra socerum de dolo agetur dolum, ex fide non impleta, argui-
6 tur † tex. iuncta glo. in l. dolus, & in l. si procuratorem §. de dolo ff. mandati, & l. 1. §. est autem ff. deposi.

Imo tali casu puniri potest, crimine stel-
7 lionatus † l. 3. in prin. ff. de crim. stellio. l. Titio in prin. ff. ad municip. Ias. in l. post dotem num. 77. ff. solu. matrim. Tib. Decian. in resp. 32 num. 31. & 32. & nume. 70. & 71. in 3. volum. vbi etiam declarat, quod dolus est deli-
8 ctum † l. 1. §. nunc tractemus, in ver. planè ff. de tut. & rat. distrah.

Corroboro, quia per iuramentum, vel conuentionem, quis potest se astringere ad carceres: cum carcer pro debito sit est. Quædam
10 detentio † l. nemo C. de exact. trib. lib. 10. vbi glo. in verb. (pænalium) l. aut damnú §. solent ff. de pen.

Quoad secundum principale. An socer cum iuraméto tali benefitio renuntiare possit, & videtur dicendum, quod sic per reg. l. fi. C. de pact. ex quo in inuitum nó confertur benefitium.

Præterea nos videmus, quod cum iuramento potest renuntiari beneficio cessioni bonorú,
11 † vt in Decis. Rot. in nou. in decis. 2. sub rub. de iur. iur. & per Socy. in consi. 200. in 2. vol. & per Crauett. in consi. 20.

His tamen non obstantibus, in casu nostro aliter veritas se habet. quia talis renunciatio
12 cum iuramento non valet, neq; obligat, † ita tenet glo. in l. alia §. eleganter in ver. (negat) in vers. (an si iuret) ff. solu. matrim. & eam sequuntur Bar. Alex. & omnes. & Ias. in §. si de dote nume. 6. licet remissiuè, & plenè Iacob. de San Georg. in l. si quis crediderit ff. de pact. in princ. nu. 2. vbi glo. distinguendo assignat rationem dicens in verb. (quatenus).

Aut sumus in benefitio, & priuilegio quod competit personæ propter reuerentiam, et est casus noster, & tali benefitio, seu priui-
13 legio etiam cum iuramento † renunciari nó potest.

Aut sumus in benefitio, quod competit alicui personæ ex natura contractus; & tali casu potest renunciari. Quam distinctionem in d. §. eleganter omnes comprobant, & ita etiam loquitur allegata Decis. Rot. la 2. & ita etiam decisum esse testatur Cappell. Tholos. in d. decis. 258. & in regno, ita decisum esse affirmat Dom. Vincen. de Fran. in decis. 264. 2. par. & vltimo reperi hanc opin. tenere Io. Vincen. de Ann. in suis alleg. Alleg. 102. in 2. vol. l. igitur finalis loquitur in benefitio quod prouenit ex contractu.

Nec obstat Decis. Afflic. nu. 222. quia loquitur secundum consuetudinem prædictã quæ tantum Neap. obseruatur, & est localis,
14 † vbi etiam Sebast. in glo. insolidú sub rub. de iur. dot.

Nec obstat, quod dicitur de cessione, quod potest iuraméto renunciari, quia procedit de rigore iuris, secus de æquitate, & hæc opi. est ma-
* gis † communis. ita dixit Bellacomba in rub. qui bonis cedere poss. in tom. com. opi 2. per Bar. in l. alia §. eleganter ff. solu. matrim. nec iuramento vtiliter renunciare secúdum Alciat. in c. cum contingat num. 69. de iur. iur. & sequitur em. Suarez in d. rubr. & loco nu. 11. & num. 13. vbi limitatur conclusio prædicta, & Cortet. in reper. in littera C. in verb. cessio, versi. An debitor: vbi respondet ad argumentum, quia verior opin. est quod nemo potest se obligare ad carceres, vt ibi per eum ad quem recurre.

Ex quibus omnibus in fauorem dicti Iulij Cæsaris sententiatum fuit anno 1585. me Gubernatore in dicta Terra Putiniani.

Limitatur ista conclusio, quod etiam cum iuramento renunciari non potest vtiliter cessioni bonorum, quando debitor tempore cótractus sciebat se non esse soluédo: & quando debitor in fraudem creditorú dissipasset bona l. fi. in fi. ff. de his, quæ in frau. credit, & etiam quando debitum descédit ex delicto, vel dol. secundum Canon. in c. Odoardus de sol. extra, & in c. olim el 2. de rest. spoliator. extra Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Actio iniuriarum lite non contestata non transit ad heredes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum lite non contestata non transit ad hæredes.*
2 *Limitatur de iure canonico.*
3 *Litis contestatio facit transire actionem in hæredem.*
4 *Actio vt sit transitoria ad heredes requiritur, ꝙ sit vera contumacia Rei.*
5 *Lis habetur pro contestata, quando statur per Reum non contestare.*
6 *Dilatio Rei facit litem habere pro contestata.*
7 *Mora litis contestandæ habetur pro contestata.*
8 *Contumacia vera habetur pro præsentia.*
9 *Vt cum per alium fiat, quo minus quid fiat, habetur pro facto.*
10 *Citatio sola quando non sufficit ad actionem transitoriam, declaratur.*

DETERMINATIO LXXVI.

FVIT dubitatum coram me Anno 1572. dum pro Illustrissimo Marchione Capurtij in Terra Rutiliani Gubernator essem: vtrum actio iniuriarum transit in hęredes actoris lite nō contestata: vt fuit inter hæredes Domini Pantoscię cum Iacomo Passaro.

Pro parte Ioānis Iacobi dicebatur, ꝙ actio iniuriarum non transit ad hęredes actoris li-
1 te non contestata cum reo † ita est text. in l. vni. §. seruis C. ex delict. defunct. & est tex. in l. inde Neratius §. hanc actionem ff. ad l. Aquil. Carol. Ruyn. in consil. 20. nu. 1. vol. 4. vbi limitat hanc conclusionem, ꝙ de iure canon. tenetur quatenus vltima iures hæredi-
2 tatis patiantur † Nam litis contestatio facit
3 transire actionem in hæredem † ita Marian. Socy. in tract. de iud. num. 53. in tom. 3. Rep. in par. 1.

Cum ipso non reperitur lis contestata, ergo &c.

Secundo dicebatur, ꝙ ad hoc, vt actio efficiatur trāsitoria ad hæredes, requiritur sal-
4 tem vera contumacia † ita declarat Iacob de San Georg. in l. fi. num. 15. 16. 17. & 18. ff. de eo, per quem factum erit: Hic adest ficta cōtumacia, ergo &c.

Hæredes allegabant, ꝙ ante mortem eorum patris fuit expedita citatio, & stetit per dictum Ioannem Iacobum, quin lis cōtesta-
5 retur, & tali casu lis habetur pro contestata † l. constitutionibus.

Corroboratur euidenti ratione. Nā quando tempus est elapsum propter subterfugia vel propter moram, vel dilationem rei, & verisimiliter lis fuisset contestata ante mortem actoris. Tunc habetur pro contestata; & ta-
6 lis actio transit ad hæredes † ita est tex. l. si eū §. qui iniuriarum ff. si quis cautio. vbi Bart. Alexan. & Iaso. & Iacob. ibidem, & Bald. in d. l. vni.

* Et hæc opin. est communis.

Et Bald. in l. mora C. de rei vend. dicit, ꝙ
7 mora litis contestandæ habebit effectum litis contestatæ.

Secundo dicebant, ꝙ citatio fuit expedita eorum patre viuente, fuit effectus cōtumax, & in isto casu vera contumacia habetur pro
8 præsentia, † vt est tex. in autem, qua in Prouincia C. ibi de crim. agi opor. Idem affirmauit Innoc. in c. statuimus in verb. (absentia) extra de elect. Bald. in l. scire oportet §. sufficit de excus. tut. Rip. in l. insulam ff. de verb. oblig.

Ratio est illa, vt cum per alium fiat, quo minus quid fiat, id pro facto habetur in eius
9 præiu litium † l. si ideo §. præsenti ff. de euictio. cum infinitis.

His veris non obstant adducta per Ioannē Iacobum, quia procedunt, quando vere, & non culpa sui lis non esset contestata, vt puta quia habebat causam legitimam non veniendi.

Vel secundo, quia adhuc non erat elapsus terminus citationis, & dictus actor mortuus esset, quia tali casu sola citatio non sufficeret ad faciendam actionem transitoriam ad hæ-
10 redes † ita est tex. l. ait Prætor §. fi. ff. ex quib. cau. maior. Ita Ioānes Faber prædicta declarat in §. pęnales inst. de actio. & sic respōdeo ad secundam rationem.

In casu nostro stetit per reū, ergo ex prædictis omnibus sententiam tuli pro hæredibus contra prædictum Ioannem Iacobum, vt procedatur in causa, anno prædicto 72. & inter partes sic processum fuit. Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Clericus succedens laico debet prosequi litem cum laico cœptam in terminis in quibus reperitur coram Iudice laico.

SVMMARIVM.

1 *Mutatione personæ mutatur conditio rei.*
2 *Clericus etiam volens non conuenitur in-*

Digitized by Google

in foro laicorum.

3 Prima instantia non transit in fiscum, nec in monasterium, nec transit in Clericum licet in hæredem secus regulariter.

4 Iuditium vbi captum est, ibi finiri debet.

5 Hæres sequitur forum defuncti à quo non potest excusari etiam ratione sui priuilegij.

6 Clericus succedens laico tenetur se defendere coram Iudice laico.

7 Ius instantiæ quando est in esse deductum, & reus est obligatus instantiæ, sic eius successor non obstante quolibet suo priuilegio.

8 Instantia transibit contra Clericum.

9 Actor non debet vexari duplicatis expensis, & fieri deterior ex persona successoris rei.

10 Venditor defendere tenetur in foro sæculari, licet sit Clericus.

DETERMINATIO LXXVII.

IN Terra Turi dum Gubernator essem, inter duos laicos orta fuit quæstio ciuilis super restitutione quarundam vinearum, examinatis testibus, & dum causa publicari debuerat, vnus ipsorum, vt Domino placuit, vitam cum morte commutauit, relicto hærede vniuersali suo filio clerico, & adita hæreditate, fuit pro parte alterius laici instatū pro publicatione. Clericus hæres dicebat, quod non potest in causa procedi, quia ipse est Clericus, & si pars prætendit aliquid, dirigat gressus suos, coram iudice competenti: fuit dubitatum quid iuris?

Pro parte Clerici dicebatur, quod per mutatio-

1 tionem personę mutatur cōditio rei † Paullus, & Bald. in l. scire in fi. C. vt in poss. legat. dixit, nouus hæres noui mores, & noua anima licet fallentiam assignat in feudo Franc. Burs. in consil. 150. nu. 2. in 2. volum.

Sed sic est, quod hodie lis est cum clerico, clericus etiam si vellet non potest conueniri in foro laicorum, etiam si in contrarium aliqua

2 consuetudo esset † per text. c. si diligenti, & c. 2. & cap. significasti de foro competenti est text. in c. inclita, & c. placuit, & c. Episcopus 11. q. 1. Ergo &c.

Secundo dicebatur, quod considerandum est. An illa prima instantia capta cum laico trāsit in hæredem, & licet regulariter dicitur, quod sic; Nihilominus non habet locum in fisco, ex priuilegio speciali. Nec in monasterio † ita

3 dixit Bal. in l. 1. C. si appell. pend. Mors inter in finalibus verbis, & idē sequutus est Ang. in l. tam ex contractibus nu. 1. & 2. ff. de iud. & idem dixit idem Bal. in c. in præsentia nume. 9. versic. (quæro vtrum) de probatio. extra. & Maria. Socy. in c. Venerabilis nu. 71. de iud. in tom Rep. 3.

Et sic, nec transit in clericum, ita Abb. in c. quia in 2. conclusio de iud. extra per glo. in c. nullus 16. q. 1. voluit Bar. in l. hæres absens num. 1. ff. de iud. facit dictum per Oldrad. in consi. 4. Alex. in l. cum quędam puella nu. ff. de iurisd. om. iud. Fely. in d. c. quia, vbi disputat articulum; & concludit cum Bart. & Abb. & in d. c. quia Dec. Idem affirmauit, & Salyc. in l. 1. in fin. C. si pend. app. mors interuen. & Alex. in l. si constante §. fi. nume. 5. ff. solu. matrim. gloss. in c. Clericum nullus 11. quæst. 1. Iacob. de S. Georg. in d. l. hæres absens num. 4 & 7. Deci. in consi. 700 Cagnol. Vber. in l. 2. C. de pact. int emp. & vend. nu. 219. in q. 92. vsque ad numerum 153. & quæst. 93.

Pro contraria parte, quod nō possit in isto casu declinare forum, probatur sic. Prima ratio est de text. l. vbi cęptum ff. de iud. cū igitur istud iuditium sit cæptum in foro laico-

4 rum, ergo ibi, & finiri debet, † & §. quoniā in authen. de testā.

Secunda ratio est de tex. l. hæres absens ff. eod. tit. vbi habetur, quod hæres sequitur forum defuncti, à quo non potest se excusare etiam

5 ratione proprij priuilegij, † & ibi Pau. de Castr. num. 2. in verb. (si tamen lis cępta erat cum defuncto, quia ibi debet se defendere) vt l. si quis Romæ ff. de iud. & in num. 4. loquendo de priuilegijs dixit hæc verba (etiam si Clericus succedat laico. tenebitur se defen-

6 dere coram Iudice laico) † per dictum tex. l. si quis Romæ. Vbi etiam Cyn. sic consuluisse, quod si clericus succedit laico, & lis est cepta, quod coram laico finiri debet, & hanc opin. sequitur Deci. in d. c. quia vero de iud. in 2. cōclus. quamuis ipse dicat, quod opin. contraria sit tenenda, & Aret. in d. c. quia verò tenet hanc partem, tandem ipse postea dicit. Articulus iste non est omnino clarus, licet contra opi. istam obtineretur in Practica ob auctoritatē tantorum virorum. Moderni additio. ad Deci. dicunt, quod opin. Pau. est seruāda in practica, & reperi Stephanum Aufrer. in tracta. de potest. secul. super eccles. in regula 2. in nume. 6. in tom. tract. 11. qui relatis opinio. tenet, quod licet opin. Bart. Ant. & Abb. sit verior in iure, tamē ista Pau. de Cast. maxima æquitate fulcitur, & vti æquitati magis cōsonam sequi debemus, vt ipse etiam sequitur, & af-

* firmat, & hanc Pau. opin. veriorem, * & communem esse attestatur Domin. meus Viui. in Silu. comm. opin. in opi. 108. incip. Clericus. &c.

Digitized by Google

& Ecclesia lib. 1. quam post hæc scripta reperi, & secundum hanc opi. fuit terminatum, & decisum testatur Cagnol. in d. l. 2. nu. 251. C. de pact. int. emp. & vend. vbi dicit hęc verba. sed quia eorũ ecclesiasticis iudicibus immortales sunt lites: vt suo liti à laboribus, & expensis releuentur iustitia celerius per Eccelentem Ducalem Senatum partibus administrata, vt retuli, inclinarunt partes iurisdictioni etiam Domini fauẽtes. Hæc ipse, licet aliam opin. approbat, & declarat, ꝙ debet sequi eum coram iudice ecclesiastico cum eisdem actis absque nouo iuditio sic ipse. Et Io. Vincent. de Ann. in alleg. 14. per totũ par. 1.

Tertio pro hac parte adducitur tex. l. 3. C. de hæred. actio. & ratio est, quia ius instantiæ erat inesse deductum, & reus erat obligatus instãtiæ, sequitur ꝙ persona quamuis priui-
7 legiata non vtitur suo priuilegio † l. fiscus ff. de iur. fisci. Ex quibus dicitur, ꝙ instãtia tran
8 sibit contra clericum, † ita arguunt tenentes hanc partem, & hanc partem tenet Imo. in l. si cum hominem ff. de fideiussor. ratione reconuentionis, vt ibi per eum: Hanc partẽ per multa argumenta tenet Barbat. quem refert Felyn. in d. c. quia licet ipse teneat cum Bart. & Abb.

Ratio assignatur huiusmodi, quia si aliter esset, ꝙ instantia non transiret in clericũ hęredem, sequeretur ꝙ iste laicus læderetur, qui inchoauit litem cũ laico defuncto. Nunc necessitaretur dimittere primum iuditium, & omnes expensas amittere; & incipere aliud iuditium coram ecclesiastico, & sic vexaretur dupliciter, & expẽsas dupliciter erogaret: & sic ex persona successoris actor effi-
9 ceretur deterior † contra l. 2. §. de his ff. de verb. oblig. Erat enim obligatus laicus corã Iudice seculari, per quasi cõtractum: ex quo in iuditio quasi contrahitur l. 3. § idẽ scribit ff. de pænis, ergo &c. & Felyn. in citato loco recitando arg. Barbat. & hanc partem tenet Corset. in litera I. in suo repertor. Abb. in verbo instantia. in versi. instantia inchoata cum defuncto.

Quarta ratio est de tex. l. vẽditor ff. de iud. vbi clericus venditor tenetur defendere in foro seculari secundum vnam opi. de qua dixi in pract. mea in verb. (auctore laudato) num. - sic, & in casu isto, & secundũ hanc
10 partem reperi † Couarr. tractantẽ hanc quęstionem in tract. Pract. quæst. in cap 8. incip. vidi non semel. qui respondit ad adducta in contrarium. Et ita determinaui. Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Pars, quæ passa est aliquem pro suo procuratore in Iuditio comparere, non potest dicere de nullitate.

SVMMARIVM.

1 *Procurator præsumitur, qui diu in Iuditio compareat.*
2 *Si de mandato non fuit oppositum, acta omnia valent.*
3 *Mandatum ex diuturnitate temporis legitimum dicitur.*

DETERMINATIO LXXVIII.

ANNO 1589. per homines cognomento de l'aquila contra socrum Fabij Asciæ fuit mota quædã lis, & pro familia de l'Aquila comparuit quidam procuratorio nomine ipsorũ, seruatis seruandis, fuit lata sententia contra eos, qui coram secundo Iudice de nullitate, dixere ꝙ eorum assertus procurator nunquã mandatum habuisset, & propterea sententia esset nulla. Hi cum ad me confugissent, super hac quæstione determinaui, vt infra.

Dicebam, ꝙ procurator præsumitur, qui diu stetit in Iuditio, & pars patitur, vt pro eo
1 compareat † ita dicit Neuiz. in consi. 19. nume. 8. & 10. quem refert Hippol. Bonacossa in tracta. de præsumpt. in litera P. in verbo (procurator) & Innoc. in c. quoniam contra de probat. extra, & in c. 2. de eo, qui fuit ordo sufficiens, & per Io. And. in d. c. quoniam contra in vltra glo. vbi Calder. Inno. in c. bonæ de elect. il 1. Imo. in l. sciendum ff. de verbo. oblig. versi. sed certè col. 7. Ang. Aret. in §. fin. in t. de fideiuss. nu. 11. Socy. in reg. 212. Tiber. Decian. in resp. 18. num. 11. vbi dicit, ꝙ si in processu nihil vnquam fuerit oppositum, neque petitum à Iudice, vt exhiberet
2 mandatum, valent omnia acta, † ita tenet Bald. in l. 1. num. 3. ff. de procur. in 2. lectura Alexan. in consil. 146. nume. 34. in 5. volum. & sic pro prædicta determinaui acta valere. Mandatum enim ex diuturnitate temporis legitimum dicitur, data scientia, & patien-
3 tia Domini, vt in casu nostro, † ita Bald. in consil. ---- volum. 3. Curt. Seni. in consil. 77. Bursat. in consi. 150. num. 34. vol. 1.

Ad Dei laudem.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Debitor rei stabilis, offerens verbo. Contra eum, instrumentum liquidari non potest, immo accusans tenetur soluere pænam.

SVMMARIVM.

1 *Creditor vigore publici instrumenti potest accusare, & liquidare.*
2 *Oblatio debet esse pura, & non conditionalis.*
3 *Instrumentum dotis non dicitur liquidum, & quare.*
4 *Confessioni rei contra se, standum est.*
5 *Confessio facta in instrumento dotali dicitur cum eadem conditione fieri.*
6 *Oblatio verbalis rei immobilis, valet.*
7 *Lex non arctat aliquem ad impossibile.*
8 *Intellectus ad Rit. Magnæ Cur. Vicariæ.*
9 *Difficultas excusat a pæna.*

DETERMINATIO LXXIX.

ANNO 1581. Me Gubernatore in Terra Molæ euenit, ꝙ magister Benignus contra Palombam eius socrum instrumentum dotis iuxta formam ritus Magnæ Curiæ (obtẽta prius venia) præsentauit, in quo instrumento dotali inter alia bona erant promissa quædã bona stabilia; quæ Palomba socrus comparens in iuditio verbaliter obtulit; dict⁹ Benignus oblatione non obstãte, instrumentum liquidauit, & quia pro liquidatione prædicta soluitur pæna vnius caroleni pro quolibet ducato: fuit dubitatum, an dicta pæna fuit bene, an male accusata, & à quo exigi debet.

Pro parte Benigni generis dicebat, ex quo socrus Palomba vigore instrumenti dotalis, & iuramenti est vera debitrix, ꝙ iure potuit
1 liquidare † iuxta formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. incip. Item quod si qui debitores in num. 166.

Secundo illa oblatio verbalis Palõbæ fuit conditionalis, & non pura, & ideo sibi non
2 obstat, † ita Bart. in l. acceptam in 4. quæst. C. de vsur.

Palomba socrus asserebat pænam indebitè accusatam fuisse his medijs, &c.

Primò ꝙ instrumentum dotis non dicitur liquidum, nisi probetur matrimonium per verba de præsenti, esse secutum, cum in dicto instrumento tacita insit conditio, si matri-
3 monium sequitur, † ita Alex. in consil. 119. lib. 1. col. 1. num. 6. Rom. consil. 211. Allegationes in vlt. col. Socy. consi. 51. præstantissimè Doctor. col. 3. versic. (tertio confirmo), & col. 4. versic. (7. confirmo) lib. 1. Franc. de Aret. consil. 132. diligenter consideratis in 1. dubio. Carau. in rit. 67. Nota ꝙ iste ritus nume. 5. licet Mar. Frec. in tract. de liquid. instr. in 12. par. in quæst. 2. tenet, ꝙ possit præsentari, & liquidari. Et teneas prædictam opinionem, quam sequitur Vincent. de Franch: in decis. 366. incip. conuento lib. 2.

Cum igitur Magister Benignus non probauerit matrimonium fuisse secutum, merito non potuit liquidare; cum instrumentum tali casu non dicatur liquidum

Contra prædicta dicebat magister Benignus, ꝙ eius socrus tempore oblationis prædictę confessa fuit matrimonium prędictum esse executum; & sic tali confessioni contra
4 se standum est † l. cum precum C. de lib. cau. & probat matrimonium esse secutum Vincent. in d. decis. 366.

Responsum fuit, ꝙ talis cõfessio intelligitur, facta esse sub eadem tacita conditione, qua fuit factum instrumentum promissionis dotium, scilicet si matrimonium secutũ esset, & probatum fuisset rebus sic stantibus
5 † l. si. C. de non num. pecu.

Secundo pro dicta Palomba dicebatur, ꝙ oblatio verbalis rei immobilis sufficit, & va-
6 let † l. 2. ibi Bart. C. quan. & quib. quar. par. debi. lib. 10. vbi Io. de Plat. num. 3. versi. (sex noto) vbi declarat, ꝙ leges loquentes de oblatione, & consignatione debiti facienda propter moram, & pænam euitandam, non habebunt locum in re immobili in certo termino psoluenda, & tradenda. ratio est, quia res immobiles per se patent, vt in d. l. 2. & Ang. in d. l. & rubr. num. 1. in fin. verb. & ꝙ sit hæc * communis opin. in rub. de sol. nume. 1. versic. (quartus casus erit) in 2. tom. comm. opin. * declarat.

Et sic concluditur, ꝙ quando est offerenda domus, vel quodlibet aliud prædiũ, sufficit verbalis oblatio: offerens in iuditio se paratum tradere, & cõsignare in loco vbi sunt. ratio est, quia lex non arctat aliquem ad im-
7 possibile, vel iniquum † ita Bal. in l. acceptã in 1. oppo. nu. 4. C. de vsur.

His veris non obstant rationes Benigni, quia procedunt in instrumento liquido: non autem in illiquido, vt omnes Moder. asserũt in dicto rit.

Secundo procedit, quando tractaretur de pecunia, vel de re mobili: quia tunc debet fieri realis oblatio: secus in casu nostro in quo verbalis sufficit licet in oblatione iudiciali dici potest, ꝙ habet vim solutionis quo ad effe-

ad effectum, vt offerens non dicatur in mora soluendi † l.si rem §.fi. ff. de pigno.actio. tradit Bar.in l.si insulam ff. de verb.oblig.est verum, quod non habet vim solutionis quo ad effectũ, vt debitor liberetur, quia in isto casu debet accedere consignatio, & depositio per tex.l.si à re C.de pact.int.empt.& vend. & Natt.declarat in consi.631.num.2.vol.3.

8

Non obstat, quod oblatio fuit condictionalis: Nam magister Benignus obtulit fructus socrui, & non adimpleuit, quare licuit sic offerre, Alexan. in consi.79.num.90.lib.5.

Et in summa ad euitandam pœnam difficultas excusat, † vt no. in l.2. ff. si quis cautio.per Bart.& omnes in l.quod te ff. si cer.pet.

9

Et quia dictus magister Benignus indebitè accusauit per ea, quæ notãtur in dicto rit. male accusans teneri ad pœnam prædictã, ac ad interesse. Carauit. in rit.166. incip. Item quod si qui.nume.35. etiam si esset clericus. Sic ipse ibi &c.

Et sic iudicaui pro Palomba, quam absolui à pœna, & dictum benignum tanquã male accusantem condemnaui.

Anno vero 1585. me Auditore Generali, & Gubernatore Illustrissimi Don Antonij Aquauiua de Aragonia in eadem Terra Mole. idem casus occurrit inter Virgiliũ Theotonicum, & eius sororium, Determinaui pro dicto Virgilio, qui se obtulit tradere domũ in dotem per eum suæ sorori promissam. Et sic in vtraq; causa executum fuit, & pœna fuit soluta per Generum, & Cognatum, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulier nuptui se tradens, bona sua in dotem etiam tradere præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *Omne referens debet esse in suo relato.*
2 *Actore non probante reus absoluitur.*
3 *Re dotali permutata; quod datur, efficitur dotale.*
4 *Res dotalis, constante matrimonio permutari potest.*
5 *Emptum ex pecunia dotali de voluntate mulieris, efficitur dotale.*
6 *Alienatio rei dotalis causa famis valet, & tenet.*
7 *Mulier pro re necessaria obligatur.*
8 *Alere filios est causa vrgens, & necessaria.*
9 *Consuetudine Barensi dos sine scriptura peti non potest.*
10 *Bona data à muliere marito absq; titulo ipso iure dicuntur data in dotem.*
11 *Propter subiectam materiam causa tacitè intelligitur.*
12 *Bona præsumuntur in dotẽ data, quando maritus est dignus tanta dote.*
13 *Mulier si dixerit (omnia bona mea do) nomina debitorum includuntur.*

DETERMINATIO LXXX.

PALMA de Sabellis Terræ Turi mortuo viro parcũ dotale, ac multa alia bona à quondam suo marito alienata, vti dotalia rei vendicare intendit: bona esse dotalia negabant possessores. Compilato processu sic in eadem Terra Turi determinaui.

Possessores dicebant, quod ista Palma in processu non probauit bona esse dotalia quando quidem Testes dicũt illa bona fuisse Palmæ, sed si sunt, vel non dotalia se remittunt instrumento dotali; instrumentum dotis non est productum, ergo probatio incerta, postquam omne referens debet esse in suo relato

1 † l.asse toto de hæred.instit. no. per Doct. in auth.si quis in aliquo documẽto C. de eden.

Cum igitur non probauerit, resultat, quod

2 actore non probante, reus absoluitur, † qui accusare C.de eden.cum simil.

Secundo dicebatur, probari in processu, quod Parcus fuit permutatus cum alio fundo:

3 & ille fundus est effectus dotalis § fuerat inst de actio.& clara est regula. quod constante matrimonio res dotalis potest permutari, si

4 est vtilius mulieri † ita est text. ad literam in l.ita constante ff.de iur.dot.& l.si mulier dotis ff.de pact.dotal.vbi Salyc.

Et videmus etiam, quod emptũ ex pecunia dotali de voluntate mulieris dicitur, &

5 efficitur dotale † l.res empta ff. de iur.dot.& Philipp.Corn.in consil.172.in litera S.vol 1. & in consil.15.vol.2.per tex. l.ex pecuniam cum glo.& ibi doct. C.eod.tit.de iur.dot.

At in casu isto permutatio fuit effecta de voluntate mulieris, ergo &c.

Tertio dicebãt, quod multa bona stabilia mulier hæc alienauit famis causa: & tali casu

6 valet, & tenet † per not.in l.illud C.de Sacr. Eccl.Bald.voluit in l.fi.& in l.si dotare C. ad Vellean. glo. in Pragmatica Regni de Senatus Consult.Vell.num.43. Nam bona prohibita alienari, in causam necessitatis alienari possunt. Gramm.in consi.100.num.19.

7 Nam

Nam videmus, ꝙ mulier pro re necessaria
7 obligatur † l. vir vxori §. mulier ff. ad Vellea. Et quę maior necessitas, quam alere filios?
8 quia negare alimenta, necare est † l. velle negare de testa. & Bar. in tract. alim. num. 8.

Quarto, & fortius dicebãt hi. Non ne sumus in Prouintia Bari, vbi secundum Consuetudines Baren. viuitur. Modo sic, Consuetudo Barensis dictat, ꝙ sine scriptura dos pe-
9 ti non possit † vt est text. §. licet viue vocis, sub rub. de test.

Pro parte Palmæ dicebatur, ꝙ bona mulieris, quæ dantur marito licet in stipulatione nõ dicatur pro dote, ipso iure intelligun-
10 tur data titulo dotis † ita est tex. communi-
* ter * ad hoc receptus l. quod autem ff. de iur. dot. ita etiã Par. de Put. in tract. de reassump. instru. rub. 13. num. 9. tom. tracta. 4. Bar. & alij in l. 1. ff. solu. matrim. Rip. in ead. l. num. 100. Ratio est, quia tacitè intelligitur causa,
11 secundum subiectã materiam † l. si vero non remunerandi §. idem Papinianus ff. manda. & pulchrè Lau. Calcan. in consi. 3 & Bal. nouell. in tracta. de dot. in 6. par. q. 14. & in 1. quæst. vbi dixit, nullus dixerit dotem non esse constitutam, si bona traduntur, tam ante quàm post matrimonium, & sic con tra Bart. in quæst. incip. Mulier habens amplũ Patrimonium, & opin. est Aristotelis, vt per Alex. in consi. 142. num. 1. vol. 7 Maximè quando maritus est dignus tanta dote: & Guid. Pap. hoc dixit in decis. 449. incip. testator quidã num. 2. vbi dicit, ꝙ si interuenit traditio, ip-
12 so iure bona dicuntur in dotem data, & ita intelligitur l. mulier bona ff. de iur. do. & ibidem declarat, si nomina debitorum dicũtur data, re. uire ad eum. Quia dicit, ꝙ si mulier dixerit se omnia bona sua in dotem cõstituere, nomina debitorum tunc spectant, alias se-
13 cus † vide eund. ibidem. Et declarat apertè etiã hoc Io. Boscus in tract. de nupt. in lib. 5. post numerum secundum in tom. tract. 9. & Bar. in l. quod autẽ ff. de iur. dot. & Campeggia in tract. dot. 9. in quæst. 39. An mulier diues, & constant. de Rugerio in eod. tract. dot. in rub. constituendæ dotes. Graui. in c. 3. per ordin. nume. 2. Cagnol. in l. 2. C. de rescind. vend. num. 62. Bal. hoc declarauit in rub. An maritus succedit vxori nu. 4. versic. sed nunquid vxor. in vsib. feu. vbi eum declarat, quid de nominibus debitorum, & dicit, ꝙ non, quia non traduntur, sed ceduntur l fin. C. de pact. conuen. Nisi sint simpliciter tradita instrumenta; quia tali casu in dotem, etiã nomina tradita dicuntur, vt in l. 1. C. de donatio. & in l. cum constet C. quæ res pig. & Cagno. in l. fi. num. 252. C. de pact. Alex. in cõsil. 122. nume. 6. lib. 7. & vide Deci. in consil. 521. nume. 11. & Ang. de Gambellio. in consil. 25. attento diligenter, licet ipse contrariũ ibi tenet, & malè quamuis in consil. 122. idẽ
* Doctor hanc opin. * affirmat à num. 13. vsq; ad finem.

Corroboratur hæc ratio ex dictis Arist. in 2. topico. in loco ab effectis, verba cuius sunt hæc (cum mulier viro in manu cõuenit, omnia quę mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine) & sic apertè ostenditur prædicta bona esse penes virum titulo dotis: sequitur Ioannes Bernardinus Pan lus Grauin. in tract. de dot. in 2. par. in 6. quæst. in tom. tract. 9. & amplissimè hoc tenet Laur. Calcan. in consi. 11. à num. 1. vsq; ad num. 7. licet aliud dixit in consi 10. & Cur. Iun. in consil. 168. nu. 4.
* quam opin. * dicit esse communem Vezinus in rub. de secund. nupt. in nume. 28. in tom. comm. opin. 1. sed primam opin. veriorẽ esse affirmatur per prædicta allegata secundum quam determinaui, vt dixi.

Et sic pro Palma iudicatum, & ita executum fuit. Turi anno 1590. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Pactum inter socerum, & generum instituendi filiam hæredem valet.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de succedendo est à l. improbatum.*
2 *Pactum de succedendo inter Nobiles, iuramento firmatur.*
3 *Quomodo procedit pactum de non succedendo, declaratur.*

DETERMINATIO LXXXI.

NOBILIS Gaspar Carusius. Cum magnifica Angela omnes. De Terra Putiniani mattimonium cõtraxit, & cum socero pactus est. Se dictam Angelam vna cum masculis hæredem instituturum requisitus me in eadẽ Terra Gubernatore. Vtrum istud pactum tenet. Determinaui, vt infra.

Prima facie videbatur dicendum, ꝙ non. Quia istud pactum de succedendo est à lege
1 improbatum † l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. & l. ex eo C. de inutil. sti pu. Sicq; voluit Bal. in l. pactum, quod dotale C. de collat. & in l. Archimedoram c. vt in pos-

possessionem lega. Bart. in l.si quis pro eo in 1.membro ff. de fideiuss. & Franc.Bursat. in consil. 264. nu. 31. vol. 3. glo. in l. pactum, & ibi Bald. in 9. oppos. C. de collat. & Vasq. in tracta. de successio. §. 18. numero 191. & 273.

Pro parte contraria dicebatur, quod tale pactum inter nobiles si iuraméto fuerit firmatum valet, & tenet. Quia iuramentum potest seruari absque interitu salutis æternæ
2 sicut pactum de non succedendo † per text. c. quamuis de pactis lib. 6. & hanc partem veriorẽ affirmat Bald. in c. moribus si de feu. fuerit controuersia in vsib. feud. & Aufret. in decis. Capp. Tholosa. 452. & secũdum hanc opin. inter prædictos determinaui. 1. opini. procederet, quando non adesset iuramentũ;
3 vel inter populares. Sed tu teneas prædictã opinionem vti veram, quicquid dicat Bald. ita l ib. Decian. in respons. 32. nu. 31. vol. 3. & Osach. i decis. Pedem. 100. in decis. Capp. Tholos. 452. & ibi addi. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Cessio sine pecunia non valet, & quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Cessio sine actuali pretio non valet.*
2 *Cessio pro rata pretij quo soluitur valet, & non aliter.*
3 *Cessio pretio non soluto præsumitur, simulata contra quem ceditur non contra ceden.*
4 *Executio, & alienatio sequuta ex cessione simulata, sunt nullæ.*
5 *Cessio valet, si est habita fides de pretio.*
6 *Cessionarius ex pretio confesso, non potest agere, & quomodo.*
7 *Cessionarius exercitium actionum nõ habet, nisi soluerit.*
8 *Declaratur doctrina Hyppoliti de Marsilijs in sing. 45.*
9 *Cessio regulatur secundum naturam l. per diuersas C. mand.*

DETERMINATIO LXXXII.

PAVLVS de Orofino, & Ioannes de Cosmis Terræ Casamaximæ pro emptione quarundam ouium Magnificæ Beatrici Sandalaræ Ciuitatis Cupersani; mediante iuramento ducat. 300. soluere infra certum tempus se insolidum obligarunt. Videns Paulus, quod suus correus non soluebat, fingendo soluere, cessionem à prædicta Beatrice habuit, vigore cuius in Terra Casamaximæ Bona Correi debitoris exequi, & vendere fecit, & cum ad me appellatum fuit, & dictum de nullitate exequutionis viso processu, & auditis ambabus partibus, determinaui executionem, & alienationem nullas ex infrascriptis. Et primo.

In iure vera est cõclusio, quod cessio sine reali, & actuali pretio non valet † ita est tex. ad
1 literam in l. per diuersas C. mandat. ibi (tantum modo solutarum) ex quibus verbis innuitur, quod pro pretio, quod soluitur, valet
2 cessio, & non aliter, † & etiam colligitur ex tex. subsequenti in l. ab Anastasio eod. tit. ibi quàm ipse vero contractu re ipsa soluit) & ideo add. in primo tex. in final. verb. dixit, quod pretio non soluto, cessio præsumitur simulata quantum ad eum, contra quem ceditur,
3 non contra cedentem; quia sibi nocet. † At in casu isto Paulus habuit cessionẽ à magnifica Beatrice cõtra Ioannem de Cosmis pretio non soluto, ergo contra Ioannem, cessio dicitur simulata, & ex consequenti executio vigore cessionis prædictæ facta, ac alienatio
4 subsecuta, sunt nulla † ita etiam not. per Docto. in l. secunda C. ne liceat potentio. vbi enim requiritur pretij numeratio, & traditio, & non sufficit confessio, & not. in l. fin. in verb. (date) vbi gloss. C. qui pot. in pignor. habeant, & Roman. in consilio octuagesimo sexto, Ancharan. consilio 338. Aretin. 137. Alexand. consilio 178. Viso themate in primo volumine Cardin. Alban. in dicta l. per diuersas numero 2. versic. postea Bart.

Dicebat Paulus, quod in tali casu fuit à magnifica Beatrice habita fides de pretio, & sic
5 quod tali casu cessio valet † ita dicit Guid. Pap. in decis. 567.

Sed tu intelligas Guid. modo quo supra scilicet, quòd quando habetur fides de pretio, & cedens confitetur pretium recepisse quod in veritate non recepit, cessio in sui substantia valet, & tenet.

Sed non potest cessionarius interim ex illa cessione agere, & nõ facta effectuali solu-
6 tione † ita Bar. in d. l. per diuersas, & post eũ clarius Salyc. ibidem nu. 7. ratio est, vt dixi, quia non habet exercitium actionum, nisi
7 soluat cedenti † ita clarius Bal. in d. l. per diuersas in 13. quæst. & idem Salyc. in 4 quæ-

ftio,& Iaf.in confil. 111.nu.7.in 4.vol. & in eod confil.nu.14.

Nec in cafu noftro obftabat doctrina Hyppol.de Marfil.in fing.45.incip.tu fcis & c. quia non meruit allegari: cũ procedit,quando Ioannes ifte,contra quẽ fieret ceffio, fuiffet præfens & non contradiceret. Quod fecus eft in cafu noftro, quia nunquam inter-
8 uenit, & fic diuerfa eft ratio † l. Papinianus exuli ff. de minor.

Nec valet, quod opponebatur, ꝙ ceffio etiam modico pretio valet, quia regulariter
9 fecundum naturam † l. per diuerfas. Valet quo ad concurrentem quantitatem, plenè per Socy. in confi.18.col.4.in 1.volum.& in confil.135.per Card. Alba. in d.l. per diuerfas nu.1.C. etiam Iacob.Philip.Port in conclus 44.per totum lib.3.

Ex quibus determinaui malè iudicatum, & bene appellatum, & ppterea exequutionem,& alienationem effe nullas, & fic inter ipfas partes fuit etiam exequutum. Et Domino fit laus. In anno.

Sempronius Afcia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Pactum, per quod prohibetur alienatio, non habet locum, fi alienatur in filium.

SVMMARIVM.

1 *In ftipulatione quidquid eft omiſſum habetur pro omiſſo.*
2 *Filius eft pars corporis patris.*
3 *Pater, & filius funt vnum corpus, & vna perfona.*
4 *Pater quod habet, & filius habere cenfetur.*
5 *Poſſeſſio patris & filij eft promifcua.*
6 *Prohibitus alienare, non prohibetur alienare in filium etiam potentiorem.*
7 *Alienans in filiũ non dicitur alienare in extraneum, & non dicitur contrauenire.*
8 *Prohibitus alienare non incidit in pœnam, alienando in filium.*
9 *Amplicatur hæc conclufio, etiam fi alienaretur in filio naturali tantum.*
10 *In filium dicitur potius continuatio, quàm alienatio.*

DETERMINATIO LXXXIII.

IN Ciuitate Bari fuit facta quædam diuifio domorum inter Ferdinandum de Rugerio, & magiftrum Cæfarem Palaganum. Fuit factum pactum, vt quædã feneftra, quæ eft fupra pauimentum nõ poſſit claudi, nifi dictus Ferdinandus partem fuæ domus alienauerit. Euenit, ꝙ Ferdinandus domum ipfam alienauit, & feruatis feruandis in Curia d.Ciuitatis fententiam obtinuit in contrarium claudendi, & dum effet appellatum ad R.P.A. & remiſſa caufa eidem Gubernatori Ciuitatis per quem fui electus Iudex, determinaui, male iudicatum ex infradictis.

Primo confideraui, quòd iftud pactũ (non claudendi) non eft neq; reale, neq; perfonale, licet feruitus fit realis, quæ à re rei debetur toto titulo de feruitutibus, & fic agendo contra poſſeſſorem, vt claudat fub prætextu alienationis cum in prima ftipulatione hoc
1 non fuerit expreſſum † per text. l. quicquid aftringendæ ff.de verb.oblig.

Secundò dicebatur, dato, ꝙ dictum pactum fuiffet verum; ifta alienatio nõ fuit facta in perfonam extraneam, fed in filium D. Ferdinandi, & in ead. domo D. Pater Ferdinandus remanfit habitando, & fic pactũ non deberet habere locum. Ratio eft, quia filius
2 eft portio corporis patris † l. cum fcimus §. fi. C. de agr.& cenfi.lib.11. quem aureũ dicit Bal.in confi.234.lib.1.& non modo filius eft pars corporis patris, fed pater, & filius funt tanquam vnum corpus, & vna perfona
3 † l.fi.C.de impub.& alij fubftit. & ibi Bald. dicit, quod habet filius, & pater habere cen-
4 fetur, † & Ang.notat, quòd habitatio patris cenfetur habitatio filij, & Bal. in l.2. in fi.C. de leg.hær.dixit, quòd promifcua eft poſſeſſio patris,& filij, cũ quod vnus poſſidet, alter
5 poſſidere cenfetur † per tex.in l fi.C.de vfufru.& Alex.in confi.4.& quòd filius fit pars corporis patris, voluit Tib.Decia.in refpon. 40.num.15 vol.1.& Bald.in confil.141. num.3 vol.5.

Præterea pro hac parte adducitur glo in l fi ita quis §.ea l.ff.de verb.oblig.quę dicit, ꝙ ille, qui eft prohibitus alienare in potentiorem, poteft nihilominus alienare in filiũ
6 etiam potentiorem † ratio eft illa, quia qui
7 alienat in filiũ, non dicitur in extraneũ † eam fequuntur Bart & Iaf.ibidem Marf. in fing. 160.fecundũ Bal.in l.ea C. de cond.ob caufam,& dicit, ꝙ Bal. nõ difcrepat ab hoc in l. cũ pater §.cũ inter ff.de leg.2.Nã prohibitus alienare, poteft alienare in filiũ,& nõ incidit
8 in pœnam, † & hanc conclufionem Bal ampliat in confi.461.lib.5.vbi etiã dicit ꝙ prędicta procedunt etiã in filio naturali tantũ † ra-
9
10 tio eft illa, quia dr in filiũ potius continuatio ꝙ̃ alienatio, vt not.Dec.in d.l. in fuis ff. de lib.

&c.

& posthu. & Iason idem determinat in consil.---nu.6.vol.----Et propterea ex prædictis determinaui male iudicatum,& bene appellatum, & sic executum fuit. Regio Gubernatore in d.Ciuitate Illust.Don Philippo de Marsiliis.Anno 1590.Et hanc opi.confirmat Salyc.in d.l.ea lege nume.16. C.de cond.ob cau. Et Domino sit laus. S. A. V. I. D.

ARGVMENTVM.

Tractatus permutandi, si non sequitur permutatio, nullam inducit actionem.

SVMMARIVM.

1 *Cartula in Regno non probat.*
2 *Permutatio quando fit.*
3 *Primus possidens cum titulo dicitur verus dominus.*
4 *Parem vim habent testes,& instrumenta.*
5 *Testis dictum valet,vbi de substantia non requiritur scriptura.*
6 *Præfertur in re vendita duobus, qui primo possessionem habuit.*
7 *Vendens rem duobus. tenetur pœna falsi.*
8 *Habens causam à non Domino,dicitur habere causam ab Auctore vitioso.*
9 *Remedium spolij non competit habenti causam ab Auctore vitioso.*
10 *Tractatus quando non habet effectum, quia non ad adimpletur, actionem non inducit.*

DETERMINATIO LXXXIV.

ANTONIVS Ioannis de Antiquo querelauit in Curia Terræ Molæ Donatum Antonium de Amato, eo quod arauit vineale dictũ de corriando, cum sit ipsius quærelantis, & præsentauit quodam instrumẽtum emptionis anno 1578. & sic asserebat se spoliatum.

Compilato processu reperi, quod quærelans fundauit intentionem suam tantum presentando quandam cartulam emptionis prædictæ, & ideo consideraui, quod causam habuit à venditore Antonio de Raphaele.

Ista cartula cum nõ habeat requisita à iu-
1 re, non probat † habemus legem Regni instrumentorum robur.

Secundo querelans asserebat se dictũ vineale habuisse titulo permutationis ab eodẽ Antonio de Raphaele permutare volente,& ipse promisit dare pecudes,& sic videtur esse
2 Dominus † l.1. de permut.

Pro querelato dicebatur, quod ipse est verus dominus,& possessor dicti vinealis, quia illud habuit titulo permutationis ab Antonio de Raphaele Anno 1577.& sic ipse Antonius emit anno 1578. & sic ex pdicto titulo Dominiũ fuit ipsius, & possessio in qua reperit,
3 & ab eo acquisitũ † l. in traditionib' cũ simil.

Et licet esse oppositum quod de prędicta permutatione non apparet scriptura reperi, quod dictam permutationem per testes probauit, & parem vim habent testes, & instrumen-
4 ta.† l.in exercendis C.de fid.instrum.

Præsertim in illis contractibus, in quibus de sui substantia non requiratur scriptura,
5 † vt dicit Bal.in l.fi.i 1.oppos.nu.2.C.si cer. pet.& l.cum res col.1.nu--- C.de probatio.

Consideraui ergo, quod iste quærelatus idem vineale habuit ab eodẽ Antonio de Raphaele,qui per annum antea permutauit cum eo, & iam inde semper possedit, adeò vt vendẽs rem duobus ille præfertur,qui possessionem
6 habuit, vt fuit iste † ita est text. in l.quoties C.de rei vend.

Et venditor hac de causa cõmittit falsum
7 † ita est tex.ad literam in l.qui duobus ff. de fals.& glo.in d.l.quoties in versi. (iure) & ibi Ias.nu.48.versi. (cupio g'o.)

Quęrelans igitur non probauit de aliqua traditione, seu possessionę ergo &c.

Consideraui etiã quod licet probasset de aliqua possessione ex quo apparet habuisse causam ab Antonio de Raphaele, qui non erat dominus,quia per annum ante tradidit possessionem prædicti vinealis ipsi quęrelato. quod tali casu dicitur habuisse causam ab Aucto-
8 re vitioso, † & quando sumus huiusmodi, hoc remedium spolij nõ competit ipsi quæ-
9 relanti † ita Glo.Hostien.& alij in c.cum ad sedem col.4. versi (secundum Canones) de
* rest.spol.vbi dicit,quod hæc opi. est vera,* & communis, & ab ea non est recedendum, & sic Bald.in consil.---- videatur licet videatur contrarius, quod non est.

Consideraui,quod secunda ratio quærelantis non valet: nam dato quod tractassent, quod ipse tot pecudes dare volebat, & ipse promisit restituere: ista promissio,seu permutatio fuit cõditionalis,& cum tractatus non habuerit effectum, ideo dicitur nihil actum fuisse,cum
10 aliquid remanet agendum† l.cum Sillenianum C.de his quib.vt indig.l.1.in fi.ff.quod quisque iur. Marc Mantua. in consil.52.nume.13.versi. (quia actum) nihil dicitur.

Et sic determinaui in fauorem quærelati, & inter eos sic exequutum idẽ. Deinde Molæ Anno prædicto, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Legatum cum debito compensatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum cum illo quod debetur compensatur.*
2 *Legatum factum creditori, compensatur cum debito.*
3 *Legatarius potest vnam rem legatam acceptare, & aliam renunciare, & qualiter procedat.*

DETERMINATIO LXXXV.

TEMPORE contractus matrimonij fuit factũ pactum, ꝙ moriente muliere si … liberis natus de dote lucraretur cen um. Moriente muliere condito testamento centum simpliciter marito legauit, fuit dubitatum an ista centum debent compensari cum centum lucrandis vigore pacti, decisiuè determinaui compensandum esse his rationi-
1 bus † per no. in tex. in auth. preterea C. vnd. vir. & vxor, & per d. per Bar. Pau. Alex. & Ang. in l. si cum dotem §. si pater ff. solu. ma-
* trim. & hanc partem dicit esse* communem Tib. Decian. in resp. 3. nu. 123. 1. vol. Rolan. à Vall. in tract. de dote in q. 96. incip. quotidiana præponitur quæstio, vbi disputat pro, & contra, & reprobatis aliquorum opinio-
* nibus, concludit ꝙ hæc opi.* est communis. Hanc partem firmat Io. de Amic. in consi. 12. num. 19. & intrepidè tenet Couarr. in c. offitij nu. 2. de testa. in 1. par. secus si à debitore esset factum legatum ex causa expressè, & diuersa à debito. Ita dicit Alex. in consil. 7. num. 18 vol 6. licet in consil. 11. nu. 6. in 2. vol aliter sentiat, & contra communem, & Emanuel consta. in c. si pater num. 19. de testa. extra tom. 5. & Natt. in consil. 363. nume. 2. volum. 2.
2 Et in creditore hoc habere locum † ita tenet Boui. in tract. de statu. prescrip. in glo. 21. nu. 44. Hyppol. de Bonacoss. in tract. de præsumpt. in verb. legans creditori.

Est notandum, ꝙ si sunt plures res legatę, legatarius vnam repudiare, alterã acceptare
3 potest † per text. l. de duob. lega. ff. de leg. 2. Secus si esset vna, quia non potest medietatem acceptare, & aliam renũciare. Ita est tex. l. legatarius vbi communiter recepta est op. ff. de leg. 1. est text. in l. neminem cum l. seq. & sequenti ff. de lega. 2. Ita Ioseph in tracta. com. opi. 3. in versi. 8. in rub. de legatis. Hoc dixit Petr. de Bella Pert. in l. si seruus nu. 31. ff. si quis cautio.

ARGVMENTVM.

Donatio facta metu non valet.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ob seruitia facta inter psonas non phibitas p assertionẽ donatoris pbãtur.*
2 *In donatione traditio non requiritur.*
3 *Præfertur in possessor o qui primo possessionẽ obtinuit à venditore.*
4 *Donatio simulata non valet*
5 *Donatio facta per vim non valet.*
6 *Contractus verberũ causa factus rescinditur.*
7 *Claudens hostium pro hẽdo aliquid ab incluso dicitur carcerasse.*
8 *Donatio fit ex mera liberalitate, & nõ p vim.*
9 *Intellectus ad l. traditionibus.*

DETERMINATIO LXXXVI.

NARDVS de Iustino Terræ Molę petiit quandam donationẽ secundo loco ab eius matre factã cuiusdam domus magnifico V. I. D. Girardo de Girardo, quæ ab eo tem donata fuit Mattheo de Iustino, rescindi debere: & cõpilato processu tempore quo ibi Gubernator erat magnificus Antonius Bonhomo, & ego assessor, sic determinaui, quia domus fuit sibi donata, & tradita, vt infra.

Dicebat donatarius, ꝙ donatio fuit facta
1 ob benemerita, & seruitia habita † quæ donatio cũ sit inter personas non prohibitas valet, & creditur asserenti se seruitia recepisse.

Secundo dicebat, ꝙ domus donata fuit sibi tradita, & licet in donatione hodie nõ requiritur in casu isto, tanto magis: quia fuit
2 donatario ius quæsitũ † l. traditionibus C. de pact. & l. quoties de rei vend. & l. 1. vbi etiã gl. C. de rei vend. per reg. illam generalem. ꝙ quãdo res venditur, vel donatur duobus insolidũ, ille præfert in dominio, cui prius res fuit tradita, nõ attẽto cui prius vẽdita, vel do
3 nata † & p tex. l. siue aũt §. si dr ob* ff. de publ.

Pro parte Nardi dicebatur, ꝙ ista donatio non fuit vera, sed ficta, & simulata, & in processu probauit hanc simulationem, & ex cõ
4 sequenti donatio non valuit † tot. tit. C. plus val. quod agit. Et c. illo vos de pig. extra. & in c. cũ dilecti de empt. & vẽd. extra. & facta fuit in fraudẽ ipsi* Iustini primi donatarij, & hac

Digitized by Google

hac de causa tex. l.quoties nō habet locum. Ita in terminis Ang. Aret. in §. item si quis in fraudem num. 11.versi.(& pro cōplimento)inst.de actio.vbi dicit ꝙ est valdè notabilis, & est videre Ias.in cōsi.27. ad eruendam vol.1. qui loquitur in donatione Principis, sed non facit ad casum nostrum.

Secundo, quia ista donatio fuit facta per vim, probauit per testes, ꝙ Matthæus armatus clausit ianuam, vt non exiret mater, nisi fecisset donationem magnifico Girardo, & deinde Girardus eidem Matthæo, & sic donatio vi per matrē facta primo loco magnifi-
5 co Girardo est nulla † per tex. l.mutuum §. sed licet ff.quodmet cau. & ibi Doct.& Bar. in l. 1. §.quæ onerandę ff.quar.rer.actiō non det. vbi habetur, ꝙ contractus factus causa
6 verberum,vel per minas rescinditur,† & idē not.in c.causam de off. deleg. extra Bar.& Alex. in l.interpositas C. de transact. Afflict. in decis. 29. nu.4. vbi etiam Doct. Dom. Vrsill.Guid.Pap.in consi.125.num 3.

Probatum etiam fuit, ꝙ detinuit matrem clauso hostio domus, quæ clausura habetur loco carceris, & ideo actus facti in fauorem
7 dicti Matthęi sunt nulli † vt in d. §.sed licet Doct.no.& in l qui in carcerem ff.quot met. cau.Afflict.in decis.149.num.1.& 2.

Apparet igitur, ꝙ mater per vim coacta facit donare: secundo, & regula est clara: ꝙ donatio fit ex mera liberalitate,& non p vim
8 † l. 1.in 2.respon.ff.de donatio.sed in necessitatibus nemo liberalis existit l. rem legatā ff.adim.lega Nam illud dicit̄ donari qd nullo iure cogēte fit l.donari videt̄ ff.de reg.iu.

His veris non obstant contraria, quia mater donauit magnifico Gerardo per vim coacta, & non ex pura animi liberalitate: Contraria procederent, quando essemus in vera, & pura donatione ergo &c.

Ad secundum rationem dicitur,ꝙ regula l.traditionibus procedit quādo donatio non fuisset simulata, sed in casu isto est secus, er-
9 go diuersa est ratio † l. Papinianus exuli ff. de minor.

Imo eidē Nardo primo donata, & possessio tradita fuit: Ideo præferendus per allegata pro parte contraria in secundo argumento,& pro not.in l.1.C.de rei vend.& p Hyppol.in sing.82.

His ponderatis, declaraui donationē nullam, sed reuocari debere, prout iā inter partes fuit executū licet à principio fuit appellatum ad R.P.A. & ibi confirmata fuit Litis: & deinde appellatū iterum in Mag.Cur. fuit cōfirmata,& sic executum. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Vxor habet ius retinendi pro dotibus mortuo viro in bonis ipsius ante hæreditatem aditam,& possessionem captam ab hęrede,& quando pro lucris.

SVMMARIVM.

1 *Vxor mortuo viro habet ius retinēdi bona ipsius.*
2 *Retentio datur vxori quando hæreditas mariti non est adita, & possessio capta.*
3 *Lucra maritalia nō habent eandem prerogatiuam, & anterioritatem.*
4 *Fiscus licet sit priuilegiatus quando præfertur declaratur.*
5 *In lucris vxor habet tacitam hypothecam.*
6 *Vxor quando ius retinendi habet declaratur.*
7 *Mortuo viro vxor præsumitur possidere iure familiaritatis.*

DETERMINATIO LXXXVII.

INTER eandem Ioannam, & filios,& creditores in Terra Castellanæ,de qua fecimus mentionem in determinatione - orta fuit controuersia, asserebat enim retinere velle bona mariti ratione dotium, & lucrorum maritalium. Dicebant filij, & creditores ꝙ pro lucris non competit hypotheca; & compilato processu, quia res est sine difficultate,determinaui,vt infra &c.

Consideraui, ꝙ quamuis mortuo marito vxor potest propria auctoritate retinere domum, in qua cum marito habitabat, donec
1 dos ei actualiter non fuerit soluta † iux.tex. l.si filio la 1.& ibi Bar.& alij ff. solu.matr. & Bal.in l. penult C.de pigno.actio.& idem in l.penul. C.de non num.pecu.nu.....& Ias. in l.si non sortem §.si centum num.6.in fi.ff. de cond.indeb.Guid.Pap. in consil.129. num. 3.incip.processus, & Nicosan. in tract. pigno.in 5.par.principali in 4. membro nume. 5.in quarta fallent,& Bal.Nouell.in tracta.dot.in 8.par.in 1. priuil.nu.8.vbi dicit,ꝙ hoc erit speciale fauore dotis, vt etiam anterioris debiti possit ipsa mulier retinere rem ipsam petitam pro dote in tom.tract.... Capit.in decis.119.num.3.Afflict. in decis.44. vbi etiam Vrsill. Ias. in §.Item Seruiana inst. de actio. Maxill. in Consuet.Bar.in §.marito ad inopiā nu.27.sub rub.de iu.do.& idem in §.si Mundualdum abesse cōtigerit: maximè qn̄ ab hęredib⁹ mariti nō est adita hęreditas, & capta possessio, vt inferius dicā,& declarat

Digitized by Google

2 † Maxill. in d. §. marito ad inopiam in ead. rub. nu. 27. & Deci. in l. dotis nu. 2. & 3. C. de collat. dicit hæc verba. Vxor potest apprehẽdere possessionem bonorum mariti (si vacat) pro dote sua. Ita Bal. in d. l. pen. C. de nõ nu. pecu. & in l. 1. C. de com. ser. pig. dat. manu. & in l. cum tibi C. qui pot. in pigno. & vide in fine huius determinationis.

Nihilominus consideraui nõ sic esse in lucris: nam licet bona paraphernalia æquiparentur doti cum pro eis in bonis viri datur
3 etiam hypotheca † l. fi. C. de pact. conuent. glo. in l. si ego §. dotis in verb. (condici) ff. de iur. dot. Ias. in l. maritus C. de procura. in fin.

Et propterea determinaui, quod respectu dotium tantum habeat ius retinendi per tex. l. assiduis C. qui pot. in pig. habea.

Non sic in rebus paraphernalibus per d. l. vlt C. de pact. conuent. vbi scribent. ita etiã declarat Nicosant. in d. tracta. in 2. par. in 4. membro nu. 63 in 10. amplia. & Vrsill. in d. decis. 43. Maxill. in d. § -- sub rub de iu. do.

Argumentando, nam fiscus habet idem
4 priuilegium, sed non præfertur † l. quamuis C. de priuil. & l. vltima qui pot. in pig. hab.

Nec mulier habet hypothecam in donationibus propter nuptias l. vlt. C. qui pot. in pig. habeant.

In his rebus habet tacitam hypothecam, sed præfertur tantum posterioribus creditoribus, & habentibus hypothecas, & sic non
5 præfertur Prioribus † ita Innoc. in c. ex literis de pig. extra, & Nicosant. in d. tract. & doctẽ Deci. in consil. 400. viso eleganti nume. 5 & 6.

Et quod mulier habet ius retinẽdi, intelligas procedere, quando vxor remanet in posses-
6 sione bonorum mariti † per Bal. in l. cum tibi C. qui pot. in pig. habe. Sed si hæres mariti appræhẽderit possessionem bonorum patris, tunc vxor nõ habet ius retinendi, nec potest ingredi possessionem mariti per text. l. dotis actionem C. solu. matrim. ita Deci. in allega. consil. 400 nu. 5. in versi. (quod vxor hoc facere debet, antequam hæredes mariti appræhendant possessionem) & Socy. in consil. 131. in præsenti consultatione nu. 12. & 3. & nu. 8. vbi concludit, quod mortuo viro etiam videtur
7 possedisse iure familiaritatis † l. qui iure familiaritatis ff. de acq. possess. & Io Vincen. de Ann. in vltima allega. in 2. par. sed quando vxor vult retinere bona mariti pro causa prædicta, debet declarare mentem suam. quod vult retinere bona mariti, & possidere, aliter alio non apparente, possessio in dubio præsumitur potius esse apud hæredem mariti, quàm apud eam, quæ non declarauit mentẽ suam. Quia hæc agere debet pro iuribus suis, vt per Socy. in d. consil. 131. & Deci. in d. l. dotis in finalib. verb. C. de collatio. & idem in consil. 449. nu. 230. in 3. par. & Dom. meus Viui. in decis. 317. num. 4. & 5.

Et sic iudicaui mulierem respectu dotiũ præferendam creditoribus, & in fauorẽ creditorum anteriorum, respectu lucrorum maritalium, sed nõ posteriorum, & sic executũ fuit. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Hæres soluit debita, & non vsufructuarius omnium bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius omnium bonorum soluit debita.*
2 *Actio personalis datur contra debitorem, vel eius personam repræsentantem.*
3 *Creditores cum legatariys nihil contrahunt.*
4 *Bona intelliguntur, ære alieno deducto.*

DETERMINATIO LXXXVIII.

IACOBVS Cece, maritus q. Mansuetæ in testamento ab ea tẽpore mortis, condito (Ecclesia Terræ Capursij vniuersali hærede instituta) vsufructuarius omnium suorum bonorum relictus fuit, & quia in hæreditate multa onera reperta fuere, ita quòd inter ipsum omnium bonorum legatarium, & Reuerẽdum Capitulum hæredem, (de quib etiam in aliis Determ. mentionem fecimus) fuit orta controuersia, quis ipsorum onera prædicta soluere debebat? quam quæstionẽ determinaui Capursij de communi consensu. Vt infra Anno 1570.

Pro parte Capituli hæredis dicebatur, quod Bar. in l. fi. ff. de vsu. fr. leg dixit, quod onera prædicta soluendi, spectant ad legatarium, & nõ ad hæredẽ. Ratio est, quia in tali legato omnia includuntur † per tex. l. nam quod §. fi. ff. ad
1 Trebell. continet calendarium in quo continentur credita & debita l. qui filium ff. de leg. 3. ita Bal. consuluit in cons. 23. in 2. vol. in fi. verbis sequitur Deci. in cõsil. 278. nu. 4.

Pro parte cõtraria dicebatur, quod actio personalis datur solum contra debitorem, vel
2 personam eius repræsentantem † vt est text. in l. 1 §. si hæres ff ad Trebell. legatarius nõ repræsentat, sed hæres iux. tex. i auth. de iur. iur. moriente præstito, & Matthesill. notat in

10. no-

Digitized by Google

10. nota. Pro hac parte est tex. in l. vsufructus ff. ad l. Falcid. vbi Paul. de Castr. Alex. & alij, & idem Pau in consi. 388. Præterea creditores cum legatariis nihil contrahunt. Hæres sic, qui adit hæreditatem, & contra hæredes
3 adeuntes agunt creditores † ita est text. in l. ex maleficiis §. hæres ff. de actio. & oblig. & hoc voluit Ærnald. de sol in c. si pater familias nu. 5. de testa. in tom. tract. 5. vbi hoc determinat.

Præterea, & quarto bona intelligūtur de-
4 ducto ære alieno † l. subsignatum §. bona ff. de verb. signifi. Corn. in consil. 217. nu. 9. volum. 1. Viui. in Decis. Regni 367. bona, ergo prius sunt soluenda debita, & postea legata, & hanc partem tenent præfati Doct. & Bal. in l. 1. C. si cer. pet. Bart. in l. is cui postquam ff. vt in possessionem legat. Specul. in rub. de inst. edict. versi, vel circa legat. Bald. in consi. 237. 1. vol. Ang. in §. constituitur de vsufr. inst. Pau. de Castr. in l. fi. C. de bonisq; lib. &
* hæc opin. contra Bar. est * cōmunis, vt refert Rolan. à Vall. in consil 8. in 2. par. vel intellige Bar. vt declarat Bal. in consi. 87. 1. volum. vel secundum Corn. in consil. 195. vol. 4. & Ias. in consil. 79. incip. super vsufructu nu. 6. & 7. vol. 3. & Deci. in consil. 590. nume. 3. in 3. par. Et sic determinaui contra capitulum in fauorem legatarij, ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

In bonis maternis filij, tam primi quàm secundi viri pro virili succedant.

SVMMARIVM.

1 *Dos data filiæ à patre, post eius obitum efficitur patrimonium filiæ.*
2 *Filia de dote consolidata, de ea potest disponere, & quomodo.*
3 *In bonis matris filij ex quocunque patre succedunt pro virili.*
4 *In lucris alio modo succedunt, vt dixi supra in determinatione.*
5 *Mater æqualitatem seruare debet.*

DETERMINATIO LXXXIX.

A FAVSTINA de Comito. Et Petro Angelo Moscatellis Terræ Rutiliani nati sunt septem filij, mortuo primo viro, transiuit ad secūda vota, nata sola filia Maria, & ipsa postea mortua, inter filios in diuidenda bona dotalia cum filia secūdi lis compromissa mihi fuit in Terra prædicta Anno 1585. laudaui, vt infra.

Præsupposito, quòd dos data mulieri, post mortem patris dicitur patrimonium suum,
1 propter consolidationē, † vt est tex. in l. vnica §. videamus C. de rei vxor. actio. & not. in l. 2. ff. solu. matrim. & l. 3. §. sed vtrum ff. de minor. & l. Pomponius Filadelphus ff. famil. ercisc und. l. in rebus C. de iur. dot.

Et sic efficitur Domina dotis. Qua de re potest disponere, tam in vita, quàm in morte, dummodo filios non defraudet legitima,
2 vt probatur † in §. 1. in authen. de trient. & semiss.

Necessario sequitur, quod non testante muliere, filij succedūt in bonis prædictis æqua-
3 liter pro virili inter se. In capita. † ita docet Bar. in l. Lucius ff. de vulg. & pupill. Deci. in consi. 631. nu. 4. Decius Tiberian. in responso 94. num. 13. in 3. vol. & in respon. 35. nume. 25. vol. 1. Ang. de Gambellion. in consil. 40. in final. verb. Maxill. in consue. Baren. in §. mulieri licet Domina nu. 20. sub rubr. de iur. dot. licet Io. de Amic. in consi. 3. faciat aliam distinctionem, quam non scribo per prædicta, & Rayn de Forliu. in consilio vltimo posito inter cōsilia Signorol. de Homod. quod consilium est pro responsione ad ea, Signorolas. Eius discipulus tenebat contrariū in cōs. 37. & 69. & hoc in n. 15. & ibi intrepidè affirmat, quod filij secūdi matrimonij pariter admittuntur cū filijs primi matrimonij mortua matre, per tex. l. fœminæ C. de secun. nupt.

Et sic laudaui, quod de hæreditate prædicta fiāt octo partes, septē dentur filijs primi matrimonij, & vna filiæ secundi matrimonij, & sic inter partes fuit executum.

Et quod bona materna æqualiter ab intestato sunt diuidenda inter filios primi, & secundi matrimonij (exceptis lucris) voluit Bart. in d. l. hac edictali C. de secun. nupt. vbi Card. Alba. in lucubratio. ad Bar. num. 2. & amplè Lodo. Rom. in consi. 447. & consilio sequenti in fin. Abb. in consi. 19. videndum vol. 1. & hæc opin. quod mater seruet æqualitatem inter filios, ex diuerso matrimonio, est æquior, & humanior. Voluit Pau. de Cast. in consi. 150. lib. 2. & plenè Anto. Thesau. in decis. Pedemonta. 170. num. 11. vbi affatim. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Creditores non habent ius offerendi cõtra mulierem petentem assecurari ob mariti vergentiam ad inopiam.

SVMMARIVM.

1 *Assecuratio vxori propter mariti vergentiam ad inopiam competit.*
2 *Creditor regulariter habet ius offerendi.*
3 *Creditores contra mulierem petentem securitatem, non habent ius offerendi.*
4 *Creditores in isto casu offerentes pro quantitate dotium, non habent ius offerendi.*
5 *Creditores offerentes omnes dotes, lucra, & interesse, habent ius offerendi.*
6 *Qualiter opi. prædicta procedat declaratur.*
7 *Opi. Iacob. Cyn. & Bar. in hoc casu verior.*
8 *Opi. Iudicum Mag. Curiæ Vicariæ non fuit in hoc casu approbata.*
9 *Opi. Mag. Cur. procederet in mercaturis, vel in rebus quæ non fructificarent.*
10 *Opi. Magnæ Curiæ procederet, quando ageretur hypothecaria.*

DETERMINATIO LXXXIX.

CONTRA mulierem petentem assecurari ob vergentiam mariti iuxta terminos † l. si constante ff. solu. matrim. & l. vbi adhuc C. de iur. dot. & etiam pro lucris nuptialibus, vt dixi supra, & per Burs. in consi. 120. num. 37.

Videtur, quod creditori ius offerendi competit † ita dixere Bald. Ang. Pau. Castren. & Alex. in d. l. si cõstante. Imo idem Alex. affirmat ibidẽ, quod hæc opi. de iur. videtur verior, & secundum hanc * opin. Affl. in decis. 199. in final. verb. dicit Iudices Magnæ Curiæ sic sæpius iudicasse, & ad plenius Bal. in auth. quod locum C. de colla. versi. quinto quæro in 2. colum. num. 4.

Contra creditores, quod non habent ius offerendi in casu isto, voluerũt † Io. And. in add. Specul. in tit. de donat. int. vir. & vxor. & Dom. Cyn. in l. cum tibi, & ante eum Iacob. de Aret. C. qui pot. in pign. hab. vbi etiã Bar. & Saly. qui dicit rem valdè singularẽ in hæc verba, [te ne menti,] in fauorem mulierum, quæ exegerunt dotem viro vergente ad inopiam, & hanc * opin. vti veriorem, & magis communẽ sequitur, & tenet Franc. de Aret. in l. 2. in princ. ff. solu. matrim. & Socy. in cõsil. 111. visa consignatione dotis vol. 3. Nicusant. in suo tracta. de pigno. in 5. par. principali in 1. membro nu. 31. & 32. & secundum opin. Afflict. in decis. 199. bis attestatur fuisse iudicatũ refert hoc Capit. in decis. 41. nu. 11. versi. limitatur, & quarto, & noster Maxilla in Commentario Consuet. Barensi in §. marito ad inopiam nu. 3. & 4. sub rubr. de iur. dot. & ita Osach. dicit fuisse iudicatũ in Senatu Pedemon. in decis. 135. vbi etiam asserit, quòd si fieret oblatio pro cõcurrenti quantitate dotium, non competit, hoc idem
4 tenet † Io. Vincen. de Ann. in suis sing. 296. Bal. allegat. in consil. 84. vol 3. & nouissimè Vincen. de Franch. in decis. 54. & hæc opi. sit magis * vera, & communis, declarat Viui. in sua Silua in opi. 526. incip. Mulier lib. 2.

Et prædictam cõclusionem intelligas procedere, quando non fieret oblatio omniũ dotium, atq; lucrorum: ita vt si fieret omnium dotium, lucrorum, sed interesse, in tali casu
5 valeret oblatio † per tex. l. tutor §. Lutius ff. de vsur. & per no. in l. acceptam C. eod. Bart. & alii in l. quidam existimauerunt ff. si cert. peta. & per ea, quæ habentur in l. qui Romæ in princ. ff. de verb. oblig. Alex. in consil. 88. visis in panul. col. n. 10. vol. 6. Ita Negusan. in suo tract. de pigno. in d. 5. par. in 3. membro nu. 123. & ita decisum esse testatur Vrsill. in decis. 199

Et hoc procedit, si possessor conueniretur de re minima, & minoris pretii, & valoris,
6 quàm debiti, ita affirmat † Bald. nouell. in tract. dot. in 7. part. in priuil. 47. in fin. & secundũ hanc opi. decisum esse testatur Dom. Vincen. de Franch. in decis. prædicta.

Cum igitur Iulius iste non obtulerit integram dotem; & lucra dotalia; non debet audiri.

Non obstant iura modo in cõtrarium adducta, quia opin. * Iacob. Cyn. Bar. & aliorũ
7 est verior, & magis communis † vt per Viui. in opi. citata 526.

Nec obstat quod dicitur, ita iudicasset iudices Magnæ Curiæ, quia illa opi. tanquam erronea, non fuit approbata in Sac. Consil.
8 Imo contra eos, sæpissimè iudicatũ fuit, † vt per Capit. in prædicta decis. & vltimo per Dom. de Franch. in 1. par. decis. prædicta 54.

Vel defendendo eorum opi. diceremus, quod tunc procederet, quando bona mariti, super quib. peteretur assicuratio, essent bona mobilia, vel mercantiæ, quæ non fructificarent,
9 nisi in pecuniam redigerentur † tunc enim esset locus iuri offerẽdi per prædicta allegata, & sic cessaret illa ratio, quod ad mulieres potius spectat habere bona, vt se familiam, & virum

virum alat, ex quo in hoc casu mulier debet conuertere in onera matrimonij, ita Vital. in tract. de clauf. verf. (sed nunc restat videre) nu. 3. in 18. tom. tract.

Vel procederet eorum opin. quando ageretur hypothecaria, petendo assistentiã, quia
20 in tali casu oblatio admittitur † ita in d. decis. 199.

Et sic cum iste non obtulerit omnia prædicta, & cum simus in casu assecurationis, & non assistentiæ vigore hypothecæ, declaraui pro vxore, excluso Iacobo offerente, & inter partes sic fuit exequutum Castellanæ. Anno 1576. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Remedium l. secundæ præscribitur spatio 30. annorum, & non habet locum contra singularem successorem, & multa ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Petens rescindi contractum vigore l. secundæ, debet probare læsionem in pretio fuisse tempore contractus.*
2 *In alienatione non consideratur pretium superueniens.*
3 *L. 2. habet locum in contractu diuisionis.*
4 *Ecclesia, vt dicatur læsa, debet probari se læsam tempore contractus.*
5 *Vbi est læsio, debet suppleri iustum pretium, vel debet rescindi contractus.*
6 *Dimidia quomodo consideratur.*
7 *Vbi adest læsio, semper dolus inest præsumptus re ipsa.*
8 *Ad rescissionem contractus idem operatur dolus præsumptus quàm ex proposito.*
9 *Dolus vbi adest, semper contractus rescinditur.*
10 *Deceptus vltra dimidiam iusti pretij, dicitur errasse, & non vendidisse.*
11 *Vbi est læsio excessiua etiã iuramento, & maiori succurritur.*
12 *Agens ex excessiua læsione, potest agere absque absolutione iuramenti.*
13 *Iuramentum in contractu appositum recepit omnia, quæ sunt in contractu.*
14 *In enormissima læsione habet locum l. 2. iuramento non obstante.*
15 *Iurans simpliciter nõ contrauenire potest intentare remedium prædictæ l. secundæ.*
16 *Donatio in contractu venditionis nõ valet.*
17 *Remedium l. 2. est actio personalis.*
18 *Remedium l. 2. præscribitur spatio 30. annorum.*
19 *Ex silentio 30. annorum præsumitur renunciatio.*
20 *Remedium l. 2. non habet locum contra singularem possessorem.*
21 *Actio ex empto est personalis, & non sequitur successorem.*
22 *Actio ex empto competit vsq; ad quadriennium.*
23 *Res debet existimari cum qualitatibus suis.*
24 *Minus valet res cum onere, quàm sine.*
25 *Res cum pacto de retrouẽdendo, minus valet.*
26 *Pactum de retrouendendo dicitur pars fundi.*
27 *Bona dicuntur minoris valoris, si adsunt onera.*
28 *Donatio remuneratoria non dicitur donatio.*
29 *Donatio remuneratoria dicitur ob causam.*
30 *Assertio meritorum sola, sufficit inter personas non prohibitas.*

DETERMINATIO XC.

ANTONIVS de Neapoli, alias Rosicapilo in Terra Molæ contra Rosam filiam, & hæredem quondam Catherinæ cui domũ quandam pro pretio duc. 38. vendidit, remedium l. 2. intentauit, asserens se læsum vltra dimidiam iusti pretij, & primo dicebat.

Venditorem domum pro pretio duc. 38. vendidisse, & in instrumento 24. confessum se, recepisse, & iustum pretium domus prædictæ esse ducatorum 88. tempore venditio-
1 nis: quod tempus, & pretium attẽditur † ita est tex. in l. si volũtate in fi. verbis ibi (nisi minus) iuncta glo. in verb. (tempore) C. de rescind. ven. l & glo. in c. cũ causa lo. 2. in verb. (tempore) de testa. extra Bar. in l. si merces §. vis maior num. 4. versic. (vtrum) ff. locat. & idem Bar. in consil. 17. num. 1. in 2. vol. Et ꝙ læsio debet probari esse debere tempore celebrati contractus. Tenet Florian. in l. nõ est necesse ff. de ꝓbatio. Alex. in l. vinum nu. 6. in 5. no. ff si cer. pet. Maria in cap. dilecti filij nu. 6. de for. compet. Card. Alba. in d. l. si voluntate C. de rescin. vẽd. vbi ad saturitatem. Nam in alienatione non consideratur læsio superueniens ex post facto, sed oportet illam
2 probare de tempore contractus † Ant. Thesau. in Decis. Pedemon. 239. incip. Vallis Perusiæ num. 4. vbi etiam dicit, ꝙ hoc remediũ habet locum, etiam in contractu diuisionis
3 † secundum Gozad. in consil. 42. & Vrsill. in decis. 340. nu. 6. versi. (vbi dicit) & pulchrè Floria. in l. si seruum num. 2. versi. (quia illa pro-

Digitized by Google

probatio debet referri ad tempus vẽditionis) ff. ad l. Aquil. & Io. Faber. in d. l. 2. num. 3. vbi dicit, ꝙ verius est, vt existimetur pretium secundum tempus venditionis, ita in d. l. 2. & nu. 3. exorditur Ias. in consil. 54. nu. 2. vbi affirmat, ꝙ ad cognoscẽdum, An Ecclesia sit læsa ex cõtractu, inspici debet extimatio rei, tempore celebrati contractus, & nõ ante, vel
4 post † 1. vol. allegat tex. in c. ad aures, & glo. fi. de reb. Eccl. non alien. Bal. in d. l. 2. in fi. & idem Ias. in consi. 55. nu. 3. eod. vol. Grau. cõsil. 11. nu. 17. Natt. consil. 353. Arius Pinell. in d. l. 2. num. 15. Bursat. consil. 249. nu. 16.
* vbi dicit hanc opi. * cõmuniorem esse, Boer. decis. 62. nu. 14. vbi declarat hanc communem. Marant. disput. 10. num. 22. vbi in casu sorori. Loquuntur l. 2. de rescin. vend. determinat, ꝙ stante læsione vltra dimidiam, rescindatur contractus venditionis, vel iustum
5 pretiũ suppleatur alternatiue: † In casu isto, quomodo consideratur dimidia iusti pretij,
6 & tunc, an læsio adsit † glo. in d. l. 2. in ver. quænam est hæc dimidia, exemplificat dicẽs, ꝙ quando res valet decem, & venditur per quatuor, tunc læsio vltra dimidiam dicitur est similis glo. in c. penul. in ver. (dimidiam) de empt. & vend. extra Specul. in rub. de rescin. vend. nu. 10. in 3. par. Roffred. Beneu. in tract. libell. in 4. par. in rub quanto minoris nu. 8 & Io. Faber in d. l. 2. nu. 7. versic. (sed quid appellatur hic maius pretium) Cyn. in d. l. 2 num. 7. versi. (septimo quæritur) & Odofr. in ead. l. in 1. col. versic. (sed si vultis exemplificare) Ang. in d. l. 2. & ibidem Cagnol. num. 137. in 14. quæst. Fab. in tract. de
* empt. & vend. & est communis* opi. & Vincen. de Frãch. in decis. 243. incip. emptor nu. 1. 2. & 3. & Aret. in §. sed si quis num. 5. versi. vltimo in ista materia inst. de actio.

Sequitur, ꝙ cum in casu isto appareat de vera læsione, est locus rescissioni contractus, vel ꝙ suppleatur iustum pretium. Maximè quia vbi adest lęsio vltra dimidiam iusti pretij, semper inest dolus præsumptus re ipsa
7 † tex. est in l. si quis, cum aliter Iun. glo. ff. de verb. oblig. in verb. (dolum) Deci. in consil. 583. Barthol. Cępol. in consi. 17. in ciuilibus num. 6. dixit, ꝙ ad rescissionem contractus, idem operatur dolus rè ipsa, quod dolus ex
8 præposito † l. 2. ff. de dol. exceptio.

Hac de causa Bar. in d. l 2. nu. 9. dixit hæc verba: ꝙ vbicunque adest dolus, semper rescinditur venditio, & contractus non valet
9 † Aymo Grauet. sequitur in consi. 192. in 1. volum. ad plenum, & Bar. in l. quisquis C. de rescin. vend. dixit, deceptum vltra dimidiam iusti pretij, præsumi errasse, neq; conijcien-
10 dum esse eum sciuisse † ita etiam Alexan. in consi. 17. num. 3. volum. 3. & sequitur Card. Alba. in d. l. quisquis.

Et vbi adest læsio ecceessiua, etiã iuramento non obstante, maiori quoque succurritur
11 † l. omnes §. Lutius ff. de his quæ in fraud. cred. Curtius Iunior consi. 65. nu. 24. Romæ consil. 3 1. Pau. de Castr. in consil. 174. lib. 1. Asin. in tract. de executio. §. 8. cap. 24. nu. 16. & tali casu non requiritur absolutio à iura-
12 mento † & Grauett. in d. consil. num. 3. licet Osach. ƒ Decis. Pedemon. in decis. 41. teneat contrarium, & sic dicit senatum decreuisse,
* & ꝙ hæc est communis * opi. ꝙ maiori, ratione iuramenti non competit, vbi copiosè. Tu dic, ꝙ ibi præsupponit non esse probatã aliquam læsionem, nimirũ si Senatus ita decreuit: Nec iuramentum obstat: quia iuramentum in cõtractu appositum recipit omnes conditiones, & limitationes: sic etiã exceptiones, & subauditiones quas recipit cõ-
13 tractus super quo interponitur † l. si. C de
* non nume. pecu. vbi communiter * Dect. & Tiraquell. in tract. de const. in 3. par. limi. 7. num 25. cum infinitis per eum allegatis. & sic ipse in sua Decis. non præsupponit læsionem probatam esse ergo & c.

Quando igitur lęsio esset enormissima, nõ
14 obstante iuramẽto locum habet remedium
* † d. l 2. Anto. in d. nu. 6. & est * communis opinio. Vt per Osach. in d. Decis. 41. quã ipse citat. & Cyn. in d. l. 2. num. 5 & Nota ꝙ Antonius Thesaur. in Decis. Pedemont. vltima Impress. Tenet cum Osach. in decis. 165. incip. venditor læsus in nu 6. vbi refert omnes tenentes contrarium, & concludit, ꝙ remedium l. 2. in enormissima læsione non obstante iuramẽto etiam competit allegat Cagnol. in d. l. 2 num. 100. Imo in c. penul. de emp. & vend. Antonius de Burgos ibidem num 35. tandem concludit cum communi contra cõclusionem nostram, licet ipse eam limitet, & præsertim si in instrumento esset dictũ, nullo modo contrauenire, quia tunc procedit opin. communis, secus si iuret simpliciter de non contrauueniendo, quia potest contraue-
15 nire † p Pinell. in l. 2. in 3. par. c. 1. vel quando est enormissima, vt est casus noster.

Secundo dicebat, venditorem dixisse, se id quod plus valeret, donare, & hoc, ex causa benefitiorum, & seruitiorum habitorũ à dicta Catherina emptrice: adeò vt ista dicatur donatio remuneratoria, & habita consideratione prædicta, non potest iudicari læsio: nã respondebat Antonius, & dicebat, se talia seruitia

uitia

Digitized by Google

uitia numquam habuisse, & in tali casu do-
16 natio non obest † ita Bar. & Doct. in l. prę-
dicta si quis aliter ff. de verb. oblig. & Abb.
in d.c. penult. de empt. & vend. num. 13. &
Bar. in d.l. 2. nu. 13. Ang. in §. actionum nu-
me. 26. inst. de act.o.

Pro altera parte dicebatur, quod ista ven-
ditio facta est annis ab hinc 36. ab ipso An-
tonio, & vendita fuit domus Catherinæ ma-
tri ipsius Rosæ: & ipsa Rosa cum suo viro eā
possident titulo dotis, modo sic.

Remedium l. 2. cum sit actio personalis,
17 præscribitur spatio triginta annorum † l. 2.
C. de const. pecun. & l. sicut, & l. omnes C. de
præscript. triginta annorum vel 40. & ita di-
cit Cagno. in d.l. 2. nume. 41. voluit Corn. in
consi. 17. lib. 4. in 6. quæsito in litera L. & ple
nè imo, in consi. 30. & in cōsil. 99. in fi. Card.
Alba. in d.l. 2 nu. 6. in final. verb.

Ratio est, quia ex silentio tanti temporis,
intelligitur fieri tacita renunciatio per eum,
18 qui tacuit † l. apud eum ff. de cens. l. si eo tē-
pore C. de remiss. pign. & ideo dicitur in tex.
l. si pupillus §. vltimo ff. de admin. tuto. ꝙ is,
qui tempore est liberatus, non est similis ei,
qui nihil habet; sed ei, qui soluit; habet enim
quid obiiciat debitori.

Secundò, vt dixi, dicebant, ꝙ sunt tertij,
& singulares possessores. Hinc est, ꝙ reme-
dium l. secundæ non datur contra singularē
successorem, seu contra tertium possessorem
19 † ita notant Doct. in d.l. 2. vbi doctè Io. Fa-
ber. ratio est, quia ex isto remedio descen sit
actio ex vendito merè personali: quæ non
afficit rem, sed personam, & propterea non
sequitur fundum: nec datur contra singu-
20 larem possessorem † l. 1. §. si hæres, vbi Ias.
ff. ad Trebell. nu. 7. Cagnol. in d.l. 2. nu. 114.
Card. Alba. in d.l. 2. C. de rescin. vend. nu. 3.

Et in casu quo competit, competeret vs-
21 que ad quadriennium † ita Dom. Cyn. in d.
l. 2. quæst. 11. nu. 3. Grau. consil. 7. nu. 15. vo-
lum. 1. vide Bal. in tract. præscript. in 4. par.
principalis in versi 26. quæro num. 2.

Tertio allegabatur, ꝙ in casu isto, non est
probata læsio. Nam in domo adest onus car-
lenorum octo soluendum anno quolibet in
proprium, & in existimatione non fuit habi-
22 ta ratio, † & res debet æstimari cum quali-
23 tatibus suis, † vt no. in d.l. 1. §. si hæres ff. ad
Trebell. l. mortis eum in fin. ff. de donat. cau.
mortis. Minus enim valet res propter onus
24 annexū, bonus tex. † l. cum qui §. melior ff.
de in diem adiectio. ripa in d. §. si hæres nu-
me. 25. nam res propter pactum de retroue-
dendo, non tantum venditur, quantum si li-
25 berè, † & Doct. in d.l. 2. Floria. in alleg. l.
ff. ad l. Aquil. & Card. Alb. in alleg. l. num. 3.
Carol. Ruyn. in consi. 16. nu. 5. versic. & ces-
santibus etiam præmissis in 4. vol. ratio est,
quia prædictum pactum, dicitur pars fundi
26 † l. fundi partem ff. de contrah. empt.

Hinc dicimus, ꝙ bona dicuntur esse mi-
27 noris valoris, si in eis annexa sunt onera † de-
clarat Bal. in l. sed si hoc §. quidam in fi. ff. de
condit. & demonstr.

Fuerunt probata seruitia, & propterea di-
cebat Rosa ipsa, ꝙ si domus esset valoris ma-
ioris, illud plus fuit pro seruitiis præstitis, &
donatio remuneratoria non dicitur propriè
28 donatio † l. si quis § . 1. ff. de donat. int. vir.
& vxor. l. hoc iure vtimur § Labeo ait ff. de
donat. Alb. in rub. de dona. extra add. ad Bar.
in l. si forte ff. de Castren. pecul. Alex. in l. 1.
ff. de donatio.

Imò talis donatio censetur ob causam fa-
29 cta pro satisfaciendo debito ad antidora † l.
sed si lege §. consuluit ff. de pet. hæred.

Et inter personas non prohibitas, assertio
30 sola sufficit, † vt per Deci. in consi. 20. Ripa
contra Soey. in l. si vnquam nu. 15. de reuo-
cand. donatio. & in respon. 9. col. pen. & fin.
Lib. 3. Tibet. Decian. ita intelligit Bar in d.l.
si forte nu. 5. sequitur Io de Amic. in consi.
31. num. 8. Cremens. in sing. 137. Doct. con-
tra Bar. in l per diuersas C. manda. Bald. ita
concludit in 5 quæst. nu. 3. ibidem Iacob. de
Sant. Giorg. in l. 1. nume 31. Cine liceat po-
tentio. Hanc partem affirmat Pau. de Castr.
in l. affectionis gratia in fi. ff. de donatio. Rot.
in decis. 1. in rub. de alien. iud. mut. cau. fact.
in antiquis, Oldrad. in consi. 5.

Nec obstāt iura venditoris, quia per præ-
dicta patet responsio; & sic, quando vera es-
set læsio, at in casu isto sumus in maiori iu-
rante, cui remedium non competit, vt per
Osach. in d. decis. 41. liquet de seruitiis: adeò
vt illud plus fuit ex causa donatum: ita, vt
quatenus competeret, actio, esset præscrip-
ta, & tandem sumus in tertio, & singulari
possessore, contra quem remedium l. 2. non
habet locum. Ergo &c.

Et sic determinaui pro dicta Rosa, & An-
tonius ipse venditor fuit exclusus, & meę
sententiæ acquieuere partes ipsæ.

Scias, ꝙ quando esset facienda condem-
natio in hac materia debet condemnari, ad
restituendum rem vna cum fructibus iuxta
no. per Cagnol. in d.l. 2. nu. 81. habita tamen
ratione interusurij pecuniæ solutæ, vt per
eundem in num. 123. & seq. & declarat An-
tonius Thesau. in decis. prædicta Pedemont.

165. incip. venditor. nume. 8. & Vrsill. decis. 310. Contrarium circa fructus etiã in enormissima læsione, tenet Vincen. de Franch. decis. 495. & 496. & idem Cagno. in d. l. 2. nume. 39. & 40. & dicit, q fructus debentur in hac materia l. 2. à die more, & non litis contestatę, etiam q læsio fuerit enormissima, sic ipse. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Concubinarius quando dicitur, quando vassallus dicitur committere felloniam, & quando simoniam.

SVMMARIVM.

1 *Nudus cum nuda in domo noctis tempore reperti dicuntur se carnaliter cognouisse.*

2 *Probat in re, quæ frequenter accidit, dicitur sufficiens probatio.*

3 *Delicta clandestina, præsumptione probantur.*

4 *Coniecturę legum dicuntur liquidissimę probationis.*

5 *Clericus concubinus debet suspendi, & deponi ab officio.*

6 *Concubina vnde dicatur.*

7 *Concubina dicitur, quæ in domo tenetur sine dote.*

8 *Sacerdos amplectens mulierem præsumitur benedicere.*

9 *Glo. in cap. absit 11. quæst. 3. reprobata est.*

10 *Saluatur dictam glo. quando amplecteretur in Ecclesia, vel loco publico.*

11 *Actus venereus probatur, si nudi reperiuntur.*

12 *Multa requiruntur, vt quis dicatur concubinarius.*

13 *Clericus, vt concubinus puniri possit, debet ter moneri.*

14 *Monitio debet esse nominatim, & expressa.*

15 *Monitio vna peremptoria non sufficit in materia concubinatus.*

16 *Monitio generalis in domo non sufficit, secus in Synodo.*

17 *Coniectura excludentis delictum, capi debet.*

18 *Nemo præsumitur delinquere.*

19 *Repertus clericus nudus cum nuda dicitur simplex fornicator.*

20 *Pro fornicatione leuis pænitentia dari debet, sed non deponi.*

21 *Continentia persuaderi põt, sed nõ impetrari.*

22 *Pauci sine vitio continentia reputantur.*

23 *Melius est redargui de misericordia quàm seueritate.*

24 *Iudex in absoluendo maiorem honorem consequitur quàm in condemnando.*

25 *Negans dominum suum non cognoscere incidit in felloniam.*

26 *Felloniam committit negans, & perseuerans alias non saltim vsq; ad litem cõtestatam.*

27 *Intellectus ad §. vassallus cap. 1. si de feu. fue. contro.*

28 *Dolus, & culpa probari debent.*

29 *Calore iracundiæ quod fit pœnam non meretur.*

30 *Simoniacus dicitur, qui pecuniam recipit faciendo literas testimoniales.*

31 *Semel absolutus ab vno delicto de eo amplius molestari non debet.*

32 *Semel à banno absolutus non potest iterato iudicari.*

DETERMINATIO XCI.

ILLVSTRISSIMVS Dominus Antonius Bologna, Bailiuus Terrę Putiniani, processum contra Donnũ Paulum de Rubeis ad cõsulendum transmisit: quo viso determinaui, vt infra.

Reperij dictum D. Paulum de tribus delictis inquisitum esse.

Primo de concubinatu, secundo de Fellonia, tertio de simonia.

Quòd Donnus Paulus in lecto iacens noctis tempore, in eius domo Iacobellam meretricem, cum interula tantũ in foculari celatam repertam fuisse constat. Et hæc cũ sit præsumptio violenta, inducit probationem
1 † tex. est in c. præterea de testi. extra Bart. in l. 2. ff. de furt. glo. in l. Cai Grassij ff. de fideicomm. liber. Ias. in l. non hoc num. 6. C. vnd. leg. Alex. in consil. 89. incip. in causa, & lite vol. 6. & ita etiam reperij, quod hoc declarat nouiter D. Franc. Viu. in decis. 34. nu. 23. in 1. par.

Hoc confirmatur ratione: nam quando probatur vnum, quod frequenter contigit, dicitur sufficiés probatio: Ratio est, quia lex
2 præsumit de eo, qd frequenter accidit † glo. in l. neque natales C. de proba. per quam Iacob. de Aret. multa ad hunc propositum dicit, & Fran. Niconi. in rep. rub. nu. 38. & nume seq. C. de edend.

* Et sic resultat conclusio communiter* approbata, q in his quæ à cõiter accidentibus, fiunt sunt difficilis probationis, vt sunt casus clandestini, & occulti, tũc sufficit præsum-

Digitized by Google

sumpta probatio, & verisimilis coniectura
3 † ita hanc regulam tradit Bal. in auth. quas actiones C. de Sacrosf. Ecclesf.

Coniecturę enim legum, dicuntur liqui-
4 dissimæ probationes † l. Imperator ff. de leg. Imò præsumptio l. dicitur ipsa veritas. Tex. est in l. fin. in fi. ff. de probatio. Iun. glo. Iasf. in l. 1. num. — C. de testa. mili.

Cum igitur fuit reperta Iacobella nuda in eius domo, & noctis tempore, præsumitur causa eam carnaliter cognoscendi, & sic quod erat concubina, & tanquam concubinarius debet suspendi, & deponi ab offitio, &
5 benefitio † per ea quæ trad. Doct. in c. cum non liceat, vbi Abb. nume. 4. de præsumpt. extra. Nam considerando vnde dicitur concubina: dico quod dicitur à con quod est simul, &
6 à cubo, as: quasi simul cubans † lex enim concubinat appellat eam, quæ in domo te-
7 netur sine dote loco vxoris † l. Massurius ff. de verb. signif. 34. listin. cap. 15. qui. Calder. in rep. capituli vestra de cohabi. cler. & mul. nu. 2. to. rep 4. & ibidem Ant. de But. nu. 11.

Et in isto casu glo. in c. absit 1 . . q 3. dicit, quod si sacerdos amplectitur mulierem, quod præsumitur quod bono zelo fecerit: quam sequitur
8 † Bar. in l. 2. §. ex his num. 3. versi. ego dicebam ff. de verb. obliga. & in c. cæterum cum ibi no. extra de test. & Iasf. in auth. iubemus nu. 7. lib. 2. C. de iud. & per totum.

9 Quæ glo. reprobatur, vt † per Abb. in cap. 1. de cleri. non resid. sequitur Fely. in c. prętererea de testi. dicens glo. imprudenter locutam esse.

Vel quatenus illa glo. esset vera, procederet, quando sacerdos amplecteretur in Ecclesia, vel in alio loco publico secus quando
10 in domo, & noctis tempore, & nuda. † Nam in isto casu, actus venereus dicit probatus,
11 vltra prædicta † ita dicit Ang. in tract. malefic. in ver. [che mi hai adulterato la mia donna] versic. an patri liceat, allegat glo. in l. 1. ff de var. & extraord. cognitio. per Moder. Bonon. in l. patre, vel marito post prin. ff. de quęstio. clarè Fran. Barbob. in consi. 95. nume. 23. in lib. diuersf. consi. crim. per glosf. & Docto. in l. quod ait lex in princ. ff. de adult.

Contra prędicta consideraui has rationes propter quas apparebit veritas.

Ad hoc igitur, vt quis concubinarius ap-
12 pellari possit multa requiruntur, † vt clarè Gramm in vot. 4. & Diaz. in eius pract. crimi. cano. in verb. cōcubinarij, & docet Ang. in auth. de Trient. & semisf. §. considerenum nume 10

Et Iul. Clar. in Practic. Crimin. in §. fornicatio versic. vnum tamen scias, & præsertim quòd cohabitent insimul, & sint commensales, vt dixi in Determinatione mea supra nume. — At in casu isto nullam prædictarum qualitatum inuenio in processu probatam esse, ergo non potest dici concubinarius.

Secundo consideraui, quòd ad hoc, vt pœna concubinatus clericis dari possit, requiritur, quòd à suo superiore ter monea-
13 tur † iura sunt clara, & vltimo loco sancitum est in Sacr. Concil. Triden. in sessio. 25. in cap. 14. incip. quam turpe, de regul. & monialib. & hæc monitio debet esse nomi-
14 natim, & expressa † ita declarat glo. in clemen. 1. dè vit. & honest. cleri. in ver. (nomi-
15 natim) & vna perhentoria non sufficit † vt ead. glosf. dicit, quam sequitur Gugliel. de Monte Laudano ibi nume. 3. & præpositus in cap. prætererea nume. 2. de sponsalib. extra, vbi apertè dicit, quod vbicunque à l. requiritur quod quis sit ter monitus, non sufficit vna perhentoria, alleg. glo. prædictam in d. clem. & ita etiam tenet Corset. in repert. ad Abb. in ver. monitio el 1. & hoc vult etiam Bald. in l. 2. in versic. ibi (tres) C. quom. & quando Iudex, vbi expressè ita tenet. In casu isto nō reperio Illustrissimum Baiuliuum, tres monitiones fecisse in eum, nec nominatim etiā ergo &c. & ita dicit etiam Abb. in cap. fi. de vit. & honest. cleri. extra bona glo. in Pragmatica santione in titulo de concubinariis in verbo (manere).

Nec sufficit illa generalis facta omnibus in domo, quia non est potens, quia non no-
16 minatim, nec in Synodo saltim, † vt Hosti. declarat in cap. 1 ne cleri. vel mona. & tenet Alexand. de Neuo in consil. 60. numero 4. Ergo &c.

Non obstant modo quæ pro Curia producuntur: nam tunc pateretur priuationē, & suspensionem, quando fuisset ter monitus, & nominatim, & fuisset effectus incorrigibilis: & notoriè esset concubinarius, quia tunc, vt dixi non solum potuisset suspendi, sed priuari benefitio, & offitio.

Non obstant illæ coniecturæ, quia quando adsunt duæ præsumptiones, vna quæ excludit delictum, & altera quæ includit, quòd tali casu debemus capere excluden-
17 tem † glo. in c. clerici continentes 81. dist.

Maximè; quia nemo præsumitur delin-
18 quere † l. merito ff. pro socio.

Vel dicemus quod sumus in sacerdotibus, in quibus vendicat locum, glo. in d. c. absit, vt

Digitized by Google

doctè declarat Franc. de Aret. in c. ex literis in 2. col. de probatio.

Et in summa dato ꝙ esset, non potest dici
29 concubinarius, sed simplex fornicator, † & ex simplici fornicatione, non potest puniri pęna priuationis, & suspẽsionis, sed debet da-
30 ri leuis pænitentia. † Nã Diaz in loco prædicto dicit, ꝙ continentia persuaderi potest,
31 sed non potest imperari † c. integritas q. 1. 32. quæst. Notat Innoc. in rubr. de spons. in princ. Abb. in c. cum olim de cler. coniuga. num.

Et ideo pauci sine vicio incontinentiæ re-
32 periuntur † 50. distin. c. quã tua, & melius est redargui de misericordia quàm seuerita-
33 te † 32. c. vltimo, & Diaz. num. 5. Gram. decis. 94. num. 3. & idem nu. 5. & 6. præpos. in rubr. de sponsa. in prin. eratq; molesta etiam Apostolo, qui fuit vas electionis c. si Paulus 3. q. 5. dum dixit datus est mihi stimulus carnis, qui me colafizat 2. ad Corinth. c. 12. Artissima enim est vita continentiæ Luc. de Pen. in l. mulieres column. 6. C. de incol. lib. 10.

Dignus igit. est Reuerendus Paulus prior misericordia, & non tanta seueritate. Maiorem honorem sequitur iudex in absoluẽdo
34 quàm in condemnando † Deci. in 126. col. fin. Anchar. in consi.

Et in summa clericus etiam in sacris, repertus cũ muliere pro simplici fornicatione est arbitrio iudicis pęna relinquẽda, ita Deci. in c. at si clerici num. 35. de iud. & Abb. in d. c. nu. 36. dicit semper iudex in mitiorem partem inclinare debet.

Quoad secundum caput de fellonia, considerato illud quod huic Reuerẽdo D. Paulo Priori opponebatur est in processu probatum qualiter hæc verba dixit [che lo Bagliuo non gli è superiore, ne lo conosce per superiore] cũ igitur de prioratu prædicto fuit inuestitus à prædicto Illustrissimo Baiuliuo negando nunc in dominum non cognoscere incidit in felloniam, & ex cõsequenti pri-
35 uari debet † per text. c. 1. §. vassallus si feudum si de feud. fuer. controuer. in vsib. feud. per quem tex. ita dicit Ias. in l. quod te nu. 3. ff. si cert. petat. in ver. (eodem modo vassallus) add. ad Abb. in c. Odoardus de solutio. vbi plenè de pæna negantis.

Verum quia in processu reperij, dictum D. Paulum non perseuerasse in tali negatione, immo liquet ante litis cõtestationem cũ iuramẽto bis affirmasse se esse verum vassallum, & a ium dominum nõ cognoscere, nec in superiorem nisi Illustrissimũ Dominum Bailiuum, ex quibus limitatur regula dicti §. vassallus, quia habet locum in vassallo, negante, & perseuerante in negatione, saltim vsque ad litis contestationem inclusiuè, alius ante litem contestatam potest penite-
26 re, & negationem reuocare † text. est nota. in l. electio §. neque & ibi Bald. ff. de noxal. gloss. in l. inde Heratius §. nec actio ff. ad l. Aquil. Dom. Alexan. in l. sicut autem, in §. quod autem, vbi etiam Ias. nume. 7. ff. de re iud.

Vel illa regula procedit quando vassallus ex certa scientia negaret, secus si ex aliqua iusta causa, aut per errorem, & non per dolum, quia tunc non habet locũ pena negan-
27 tis † ita declarat Bal. in d. §. vassallus nu. 2. Iacob. in tracta. feud. in ver. Dictiq; vassalli promiserunt non committere felloniã nume. 10. in tom. tracta. 10. Immo negans potest penitere si habuit iustam causam negãdi, & cessat dolus. Ita Bald. in eod. §. num. 7. Et quia in processu nõ reperij probatum, ꝙ ex certa scientia, & dolo negauit q. in tali casu nostro non habet locum; Nam dolus, & culpa probari debent, & non præsumun-
28 tur † l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni de adult. Alexan. in consil. 35. numero 6. volum. quinto incip. in causa, & lite.

Præterea dicebatur pro parte prioris, ꝙ illa verba calore iracundiæ protulit, & quod sic calore iracundię pænam non meretur ni-
29 si ratum habuerit † l. quicquid calore ff. de reg. iur.

In processu hæc omnia sunt probata, merito etiam ex isto capite stante penitentia, & reuocatione, maximè ante litem cõtestatam molestari non debet declarat Ias. in d. l. nume. 5. ff. de re iur.

Ad tertium dum inquiritur, ꝙ est simoniacus reperio in processu, quod simoniam commisit, ex quo à quolibet clerico, quem approbabat in literis testimonialibus recipiebat tarenum vnum, & sic contra dispo-
30 tionem † text. capituli primi Sacr. Concil. Triden. sub rubr. de reform. in vigesimaprima sessio.

Fuit in eodem processu probatum qualiter Reuerendi Priores Terrę Putiniani sunt soliti concedere licentiam prædictam, & recipere à quolibet tarenum vnum. Ita ꝙ in isto casu propter ignorantiam, & consuetudinem aliorum excusatur, cum omnis causa etiam fatua excusat quem à pena.

Sec.

Secundo reperij, ꝙ alias prior iste fuit de tali crimine inquisitus ab eodémet Illustrissimo Bailiuo,& iniuncta sibi pænitentia fuit absolutus, & restituti fuere tareni recepti cuilibet, & fuit obtenta absolutio à Summo Pontifice. Cum igitur fuit semel absolutus de eodemmet crimine, amplius quæri, &
31 molestari non debet † l.si cui §. his idem ff. de accusatio, facit quod dicit Bal. in l.ancillam C.de cond.ob cau. vbi habetur ꝙ semel absolutus à Banno, nō potest iterato iudica-
32 ri † l.licet ff.naut.caup.& stabul.c.de his de accus.extra Ant.Burgos in rep.capituli, at si clerici nume.96.in tom.rep.3. & Hippol.de Marsi.in rep.dicti capituli num 96.

Ex quibus omnibus maturè ponderatis, determinaui Reuerendum D.Paulum Priorem ab impetitis absoluendum. Verum pro fornicatione esse aliqua pæna cōdemnandū.

Quo voto viso per Illustrissimum Dominum Bailiuum fuit transmissum Reu. Episcopo Butontensi, quo etiam per eum viso, dictum Reuerendum Priorem in sentētiam meam concurrendo absoluit. Et sic executū fuit ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Gubernator nō potest sindicari de adulterio quod commisit in officio non intuitu offitij, & quid in meretrice.

SVMMARIVM.

1 *Officialis de adulterio condemnari debet à sindicatoribus.*
2 *Officialis punitur si matrimonium contrahit in Terra, seu prouintia in qua offitiū gerit.*
3 *Adulterium grauißimum delictum est.*
4 *Officialis contrahens matrimonium in Ciuitate, vel prouintia efficitur suspectus.*
5 *Officialis multo magis efficitur suspectus adulterando.*
6 *Officialis punitur de adulterio commisso in meretrice maritata.*
7 *Adulterium in muliere honesta est capitalis, in meretrice erit extra ordinem puniendus.*
8 *Intellectus ad Decis. cap.44.*
9 *Ad sindicatores de crimine adulterij non spectat cognoscere.*
10 *Maritus leno accusare de adulterio non pōt.*
11 *Accessus ad meretrices respectu viri, est impunibilis.*
12 *Adulterium in meretrice maritata punitur si honeste vixerit.*
13 *Officialis punitur cognoscens mulierem meretricem carceratam.*
14 *Bannitus donec est infortijs Curiæ occidi non potest.*
15 *Pæna extraordinaria punitur cognoscens mulierem meretricem.*

DETERMINATIO XCII.

IN Ciuitate Bitetti dum in sindicatu esset querelatus de adulterio à Leonardo de Bisano commisso in suam vxorem consensu ipsius. Magnificus Leonard⁹ Fullona Ciuitatis Martinæ V.I.D. Et ego Consultor electus in anno 1572. patrocinante pro eo honorādo Vincentio Moxilla. Seruatis seruandis determinaui, vt infra.

Pro parte quærelantis dicebatur, ꝙ iste sindicandus omnino de adulterio condem-
1 nari debet † per text. in l.quod ait lex, & in l. marito in fin. ff. de adult. vbi habetur, ꝙ Magistratus commictēs adulterium per patrem,& maritum occidi potest, & hanc partem firmat Paris.in tract.sind.in verb.Adulterium ibi (ad prædicta facit) dicens offitialem non solum puniri de stupro,raptu,& de adulterio, sed etiam puniri, si matrimonium contraxisset in Ciuitate, vel in Pro-
2 uintia, vbi gerit offitium † per text. in l. si quis offi ium, & in l.qua in Prouintia ff. de rit nupt.Nemo enim negat adulterium gra-
3 uissimum esse delictum † l. 1. de adult. & sic non obstat quòd diceretur, ꝙ ideo prohibetur, ne contrahat matrimonium, quia propter affinitatem efficeretur suspectus,
4 nam ead. ratio est in adulterio. † Imò, vt plurimum adultera solet plus diligi quam vxor, ergo si est maior ratio, maior debet es-
5 se pæna † vel ead.l.illud ff.ad l.Aquil.

Secundo in officiali adulterium est pu-
6 nibile etiam cum meretrice maritata † glo. est singularis in l. quæ adulterium C. de adult. firmat Paris in dict. verb. adulterium vbi firmat, ꝙ licet accessus ad meretrices sit impunibilis ratione suæ vilitatis, non procedit in meretrice maritata. Ita Io.And. in tit.de iniur.& damno dato per glo.in d.l. quæ adulterium, & fuit decisum in Sacro Regio Consilio per Capic. in decisio. 44. quæ decisio licet faceret pro adultero, procedit in pœna ordinaria quæ est vitæ, non autem excludit pœnam extraordinariam
7 corporis afflictiuam † secundum Affict. in Constitutione Regni legum asperitate

nume.6. & Alexan. in consil.99. nume.11. volum.6.

Secundò dicitur, ꝙ decis.est contra adulterantem, quia non fuit remissa ad iudicem meretricium, sed fuit dictum, ꝙ remanet in magna Curia, vt puniret adulterium.

Pro Magnifico Sindicando dicebatur, ꝙ ad Sindicatores non spectat cognoscere de
9 crimine adulterij, quia est extra officiū † ita eleganter dixit Paris.in tracta.sind. in verb. Iudices num.6.

Secundo dicebatur, ꝙ iste Leonardus maritus, tamquam leno suæ vxoris, non debet audiri, quia ex causa lenocinij repellitur ab
10 accusando † ita est tex.in l.mariti §.ꝙ quęstum ff.de adult.voluit Affl.in const. si maritus num.6.versi.item ponderat tex.ibi adulterium,& per tex.Constitutionis Regni, qui coram. Vbi Affl.nu.2.in versi.2. casus.

Tertio dicitur, ꝙ in meretrice maritata, licet committatur adulterium, non est pu-
11 nibile respectu viri,sed ipsius mulieris † ita intelligitur Bart. in l. qui adulterium C. de adult.& ibi Ang.notat, & idem Bart. in l. si vxor num.3.versi.venio ad tertium respon. ff. de adult. & Affl.in citato loco, Asperitatem in num.5.vbi allegat consilia Pauli,& aliorum Doctorum, & in fauorem officialis determinat Boer. in decis.317. nume.19. & Plot.in rep.l.si quando §.2.in 1.not. nu.16. C.vnd.vi.& Bursat.in consil.218.nu.14.vo-
* lum.2. vbi dicit hanc esse communē* opin. & Osach.in decis.77.num.33.

Non obstant in contrarium adducta,quia loquuntur in meretrice maritata, quæ post matrimonium honeste viuere cępit, secus in casu nostro quæ perseuerauit in meretricio: quia vt diximus, coitus, & accessus, ad
12 meretrices est impunibilis† ita vltra prædictos dixit Ludouic.Gomes. in c.mulieres de iud.in 6.num. 25.in tom.rep.5.

Vel secundo procedunt dicta iura quādo mulier maritata, & meretrix esset carcerata, quia non pōt cognosci ab officiali,quia pręsumitur per vim, & viro non consentiente,
13 & sic intuitu offitij † ita Par.in d.verb.iudices nu.8. per doctrinam Bal.in l.1. C.vbi de ratio. Ratio est, qui dicuntur esse sub protectione Regis.Ita Mari.in l.1.nu.8.de Sicar. & in sing.150.sicut dicimus de Bannito, qui donec est in fortiis Curiæ, occidi non potest
14 †per Bar.in laqueum ff.de acq.rer.dom.l.fi. C.de cust.reorū, ne fieret iniuria loco publico l.1.ff de offitio eius. Sed etiam in tali casu nec pena ordinaria teneretur vti cognouisse
15 mulierem honestam † ita Matthesil.in not. 102.incip.nota quem sequitur Purpur.in l. rogasti ff. si cer.pet.Io.Villam.in l.diuus nu. 142.quem alleg.Comes.in repetitione capituli mulieres in rubr.de iud.extra nu.28. in tom.rep.6.in casu isto sumus in meretrice non carcerata, nec cōtemplatione officij cognita,adfuit consensus mariti,ergo &c.& sic determinaui magnificum sindicandum fore absoluendum, prout absolui, & sic executum patrocinante pro sindicando Vincentio Massilla V. I. D. famosissimo. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Donatio bonorum post mortem valet quoad bona præsentia tantum, & non futura.

SVMMARIVM.

1 *Donans bona omnia post mortem præsumitur donare futura.*
2 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundū tempus verbi.*
3 *Verba debent aliquid operari.*
4 *Verbum post mortem includit futura, & acquisita.*
5 *Verbum omne nihil excludit.*
6 *Donatio post mortem includit præsentia tantum, & ideo valet.*
7 *Donans de futuris testari potest.*
8 *Intellectus ad illa verba dono post mortem quomodo intelliguntur.*
9 *Aliud est dicere dono hæreditatem meam, aliud dono bona mea.*
10 *Donatio omnium bonorum præsentiū, & futurorum est prohibita.*
11 *Donans non præsumitur suum iuditium impugnare.*
12 *Opin.contra Salycet.est communis.*

DETERMINATIO XCIII.

INTER Reuerendum Donnū Valentem de Circulone Terrę Molæ Primicerium, ac Archipresbyterum Terræ Valenzani Præceptorem prędictarum literarum tempore suo famosissimum sic, & etiam Latinū Poetam: Tempore quo suū nepotē matrimoniū cōtraxit, pmisit his verbis.

Io Clerico Valente de Circulone della Terra di Mola dono tutta la robba mia mobile, & stabile post mortem, & se esso zito, ò zita nō mi volessero aiutare a' miei bisogni,

come

Digitized by Google

come malatie, & altre persecutioni, qual sogliono accadere, che della mità lo donante possa vendere, & abbrusciare à mio arbitrio.

Iste D. Valens lucratus est postea ducatos tres mille, & plus, Iacobus Nepos iactabat vigore prędictæ promissionis sibi factę tempore matrimonij, etiam hæc bona acquisita fuisse ipsius: hac de causa inter eos quotidie erant quæstiones, præsertim, quia alios Nepotes habebat, tandem inter ipsos fuit factũ compromissum, & arbiter ipsorum electus, vt declararem, & interpretarer quæ hæc verba sonant. Auditis eis, & ponderatis scripturis votaui, vt infra.

Barthol. de Saly. in l. fi. ff. de pact. post pręceptorem suum, ponderando illa verba post
1 mortem dicebat, ꝙ in tali donatione includuntur non solum bona præsentia tempore donationis, sed etiã futura triplici ratione.

Prima igitur est de tex. l. si in delictis §. si extraneus ff. de noxal. vbi habetur ꝙ qualitas adiecta verbo intelligitur secũdum tem-
2 pus verbi † dicendo igitur post mortem sequitur ꝙ omnia bona, quæ post mortem reperientur, erint istius Nepotis donatarij. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. nume. 119. & in l. si quis maior num. 25. & 27. C. de transactio.

Secunda ratio est de tex. l. si quando ff. de lega. 1. vbi habetur ꝙ verba debent aliquid
3 operari † si igitur ad bona præsentia intelligerentur, illa verba post mortem erunt sine fructu. Hoc esse non debet, ergo includuntur, & futura.

Tertia ratio est de text. l. hæreditas ff. de pact. conuent. vbi habetur ꝙ verba post mor-
4 tem compræhẽsunt acquisita per illam donationem ergo &c.

Quarta ratio vltra eum est tex. l. Iulianus ff. de leg. 3 vbi habetur ꝙ verbum omne, nihil excludit, per illa verba [tutta la robba
5 mia,] ergo † includentur etiam, & futura.

Pro parte Reuerendi Donantis dicebatur ꝙ Cyn. in d. l. nu. 6. dixit, ꝙ si dono, seu promicto bona mea post mortem, ꝙ talis donatio valet. Ratio secundum eum est, quia bona præsentia tantum donare videor, & non
6 futura, † ita est text. in l. si ita ff. de aur. & arg. lega. l. fin. §. qui in diuisa ff. de legat. 2. Petr. de Anchar. & Imo. in rubr. de testa. extra, & Ias. voluit in consil. 5. in 3. volum nume. 19. Curt. in consil. 81. nume. 3. & Clar. in §. Donatio in quæst. 19. versic. (sed quid si quis) additio, ad Ias. in d. consil. in litera
* G. & dicunt, ꝙ hæc est communis * opin. Franc. Bursat. in consil. 136. nu. 2. & 3. vol. 2. Alleg. glo. in d. l. fi. in verb. (accomodauerit) & idem Curt. in consi. 15. & Cagno. in d. l. fi. num. 215. versic. tertia conclusio. vbi dicit hanc communem esse Alexan. in consil. 14. volum. 1.

Ratio est illa, quia donãs de futuris testa-
7 ri poterit † vt l. pactum C. de pact. arg. tex l. stipulatio hoc modo cõcepta ff. de verb. obliga. ita etiam tenent Bar. Paul. & alij in d. l. fi. & Ias. in d. l. stipulatio hoc modo concepta num. 6. vbi Io. Crot. in sua repetitione num. 56. dicit ꝙ opi. Barthol. de Salycet. communiter reprobatur.

Secundo ponderatur doctrina Bar. in d. l. in delictis in §. extraneus ff de noxal. vbi dixit, ꝙ illa verba apposita in donatione post mortem, non referũtur ad verbum bona, sed ad verbum dono, quasi sit sensus, ꝙ D. Valens omnia bona, quæ nunc habet donat Ia-
8 cobo Circuloni nepoti post mortem, † & hanc Bartoli interpretationem sequitur Ias. in d. consil. 5 nume. 20. in d. tertio vol. & sequitur etiam Iacobin. de Sant. Georg. in d. l. fi. num. 23. & 24.

Tertio fuit facta distinctio in hoc casu
9 Nam aliud est dicere † dono hæreditatem meam, & aliud est dicere omnia bona mea post mortem.

Primo casu includerent futura, quia verbum hæreditas est nomen vniuersale, & debetur post mortem, & sic omnia bona tunc includerentur, ita dicunt Doct. in locis citatis, & Crot. in d. l. stipulatio hoc modo num. 55. versi. 3. vbi dicit, ꝙ omnes adhærent huic conclusioni, & in d. l. fi. Cyn. nume. 7. versic. (sed pone) & Imo in rub. de testa. extra in fi. verbis versi. vltimo tangit.

Secundo verò casu, vt est casu noster, & tunc non includuntur futura. Ita distinguit Imo. in d. rub. de test. extra in fi. versi. (ibi secus est si promicto).

Quarto hæc conclusio corroboratur viua
* ratione. Nam communis * est omniũ Doct. conclus. ꝙ donatio omnium bonorũ præsen-
10 tium, & futurorum est prohibita † d. l. fi. C. de pact. nisi aliquid reseruetur, vt ibi etiam declarat Anton. Thesau. in Decis. Pedemon. nouiter impressa in decisio. 97. incip. donauit num. 2. ergo non est verisimile quòd donans simpliciter omnia bona sua post mortem includat futura ex quo non præsumitur donantem eligisse viam, per quam suum
11 iuditium impugnaretur † l. 3. ff. de test. mil. ergo &c.

Non obstat opi. Saly. & illę rationes. Quia
* opi. in contrariũ est * cõmunis, & illi tex. non

faciunt pro eo: & sic in anno 1585. laudaui, & determinaui in fauorem Donni Valentis, & quod donatio intelligebatur de bonis præsentibus existentibus tempore stipulationis donationis, & sic partes ipse quieuere, & inter eos nata fuere noua instrumenta, & concorditer vixerunt.

Et post scripta reperij Ant. Thesau. in decis. 199. incip. Donatio omnium bonorum declarare Senatus ita determinasse reprobata opin. Rayn. & Salyc. Nepotis nu. 7. versic. ampliatur tertio. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Depositum habetur loco solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Depositum debet fieri apud offitium.*
2 *Per depositum debitor liberatur.*
3 *Depositum si debitor receperit non liberatur.*
4 *Depositum legitimè factum, perit periculo creditoris si sine causa non acceperit.*

DETERMINATIO XCIV.

REVERENDVS Donnus Lillus egit contra --- & petiit ab eo ducatos --- quos reus dicebat annis elapsis deposuisse penes Gubernatorem Terræ prædictæ, & fuerunt reperta acta, & acceptatio Gubernatoris; & propterea dicebat audiri nō debere: ego vero determin[aui] in fauorē rei his ratio[n]ib[us].

Prima ratio est illa, quia depositum debet
1 fieri apud offitiū, idest offitiales † ita est tex. iun. glo. in l. si fideiussor §. si satisdatum, vbi Ias. nu. 2. ff. qui satis cogan. quo in loco difficultas illa explanatur. An penes ipsummet iudicem intelligatur fieri, vel tertium: & secundum glo. & omnes in l. Senatusconsulto § fin. in ver. (deponitur) ff. de off. præsid. & potest fieri penes ipsum iudicem, vel aliū tertium per text. & ibi not. in l. receptum C. de vsur.

Hac de causa quādo pecunia est obsignata,
2 seu consignata liberatur ipso iure † ita est tex. in l. obsignationem C. de solut. & declarat Corn. in consil. 149. in 4. vol. in litera E. sentit Gram. in consi. 107. num. 11.

Nisi ipsemet debitor à depositario rece-
3 perit † d. l. acceptam, & Pau. de Castr. in l. qui decem nu. 2. ff. de solu.

Ita quod oblatio facta de vera pecunia quam creditor acceptare poterat liberat debitorē. Ita idem Corn. plenè in cōsi. 149. in litera E. in 4. vol. & hæc est communis opi. * vt refert in 2. tom. com. opi. suo rub. de solut.

Cum igitur depositū fuit facta congruo loco, & tempore, & creditor sine causa accipere recusauit, quod tali casu periculum, &
4 damnum erit creditoris † per text. l. qui decem in princ. & l. creditor oblatam, vbi Bar. & doct. ff. de solutio. & Aym. Crauett. in tract. pro genero in num. 267. versic. 2. (cum in mora depositi.)

Quod secus esset si ex legitima causa recusasset l. Pignus C. de pignor. actio. Deci. in consil. 543. in 4. dubio Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. nu. 131. in 18. quæst. Tiraq. in tracta. reconuentionali in § 4. in glo. 6. Ias. in l. si mora nu. 17. ff. solu. matr. & ibi etiam Alex. num. 10.

Votaui in fauorem rei ipsumq; absolui stante deposito facto, & sine causa à creditore non accipi recusato. Verum determinaui iura D. Lilli salua esse contra tunc offitialē, & ambę partes quieuere, & Domino sit laus.

ARGVMENTVM.

Mulier sine metu periurij potest reiuendicare rem dotalem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio periurij opponi potest in qualibet parte iuditij.*
2 *Exceptio periurij habet vim peremptionis, & liberationis.*
3 *Vxor consentiens in præsentia mariti dicitur metu consentire.*
4 *Pragmatica in Regno, annullat iuramentum.*

DETERMINATIO XCV.

MVLIER Beatrix Terræ Turi marito alienanti rem dotalem cum iuramento cōsentiit, non obtenta absolutione fuit ei opposita exceptio iurisiurandi, que non solum vt perhemptoria, verum & vt dilatoria tanquam notoria potest in quacūque parte iu-
1 ditij opponi † ita canoni. in c. exceptionem de excep. extra. Hinc dicimus, quod exceptio periurij habet vim peremptionis, & inducit
2 liberationem † vt Grau. in consi. 199. & in consi. 7. & 191. sequendo Bald. in consi. 1. 8. in 4. vol. voluit etiam Roman. in consil. 493. Felyn.

Digitized by Google

Fely. in d. c. intelleximus de iud. & ibi Deci. & Bal. Abb. in consi. in 2. dispu. Et sic opponebatur, quod tamquam periura audiri non debebat.

Replicabat Beatrix quod ipsa consentiit viro
3 † alienanti, & suus cōsensus fuit metu praestitus.

Secundo dicebatur, quòd in Regnò adest Pragmatica de Velleia. quae annullat iuramentum, & procedit etiam in muliere alie-
4 nante, † vt dicunt ibi moderni commentatores.

Ex praedictis, & aliis causis mentem meā mouentibus, determinaui in fauorem Beatricis in ead. Terra Turi de Mense Aprilis 1589. Et sic fuit processum in causa. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Percutere volens clericum, & nō percutit non incidit in paenam sententiae excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *TEx. cap. si quis suadente diabolo, requirit actualem percussionem.*
2 *Vibrans ensem supra caput clerici, non incidit in sententiam excommunicationis.*
3 *Verba debent intelligi, cum effectu.*

DETERMINATIO XCVI.

ME existente Auditore Reuerendissimi Archipresbyteris Terrae Rutiliani nullius Dioecesis, pluries occurrit, quod Rissati fuere laici cum clericis, & laici omne conatum fecerunt, vt percuterent clericos, & dubitabatur, an laici inciderent in sententiam excōmunicationis pluries determinaui quòd non, his rationibus. Primo quia tex. cap. si quis suadēte diabolo, requirit actualem percussionem, ita quod actuali percussione nō existente, nō incidit in poenam excōmunicatio-
1 nis † ita dixit glo. in c. in audientia de sentētia excommunicationis extra, & glo. in c. si vero eod tit. si vero est tex. in c. si quis pulsatus iuncto cap. haec autem verba de paeni. di. stin. 1. Felyn. amplè in suo tracta. de conatu nu. 7. in versic. & hinc est, & Rober. Lanz. in tract de attentatis in c. 4. in 5. ampliat. nu. 3. in 5. tom. tract. Stepha. Aufrer. hoc voluit in tracta. de potest. secula. super Ecclesia in 3. reg. vbi declarat vberrime text. d. cap. si quis suadente in nu. 5. in tom. tract. 17. vbi ponit, quod si laicus habet animum nocendi, & ensem per caput clerici vibrauerit, quod si nō tangit, vel laesionem non fecerit, quod tali casu non in-
2 cidit in sentētiam d. cap. † Ratio secundum eum est, quia verba sunt intelligenda cū ef-
3 fectu † iux. tex. c. relatum de cler. non residen. extra, & doctè Archidiac. in cap. si ergo 17. quaest. 4.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Testes in crimine vsurariae prauitatis debent esse fide digni, & ista qualitas debet probari.

SVMMARIVM.

1 *FAma debet probari contra vsurarium.*
2 *Tres testes singulares fide digni in crimine vsurae sufficiunt.*
3 *Qualitas, quod sint fide digni, est probāda per quaerelantem.*
4 *Testis in causa propria esse non potest.*
5 *Secundum iura testes singulares nō probant, secus vigore Regiae Pragmaticae de vsur.*
6 *Contractus feneratitij probātur ex cōfecturis.*
7 *Testes debent renuntiare eorum commodo.*
8 *Testes sunt periuri, si iurauerunt contenta in contractu vera esse.*
9 *Declaratur quae sunt necessaria in causa vsurariae prauitatis.*

DETERMINATIO XCVII.

FVIT dubitatum, an processus fabricatus de vsuraria prauitate contra Petrum Iacobum de Pōtelluso Terrae Capursij ad quaerelam, ex quo nō fuit articulatum, & probatum testes examinatos esse idoneos, si est nullus, sic respondi.

Ponderādo verba Regiae Pragmaticae huius Regni sub rubr. de vsur. nu. 48. quae sunt infra videlicet, (quatenus cōtra aliquem de
1 huiusmodi crimine fama concurrit † si tres testes fide digni iurant testificātur, criminatum ipsum in eos exercuisse huiusmodi vsurariam prauitatem, non obstante quod sint sin-
2 gulares &c.) Dico † quod primo contra inquisitum debet concurrere fama ibi (fama concurrit) secundo debent esse tres testes fide digni.

Ergo ista qualitas quòd sint fide digni per quaerelantem debet articulari, & probari.
3 † ita dixit Ang. in l. tabularum C. quemad. testa. aperian. & ita tenet doctus Tiraq. in tract.

Digitized by Google

tract. de prescrip. in verb. (bona fide) in gl. 2. Barbat. inter consilia Lau. Calcan. in consil. 58. Hippol. de Marsil. in singu. 187. Corn. in consil. 78. in litera E. & F. & prius in consil. 232. primo vol. in litera Q. in fin. Alexan. in consi. 121. num. 11. versi. (nec) in 7. vol. Ias. amplè in consi. 13. num. 24. vol. 3. & idem in consi. 133. nu. 3. 1. vol. Aym. Crauet. in tracta. de antiq. temp. in 1. par. in verb. queritur etiam in 2. q. 3. limitatio. nu. 38. vsq; ad numerum 42. Et nostri Regnicolæ hoc idē voluerunt, vt declarat Affl. in l. Regni corruptelæ crimen in 2. lib. sub rub. de pen. jud. qui mal. iud. & idem in decis. 38. nume. 28. & idem in l. Regni si quis in posterum nu. 13. Mari. Frecc. in com. rit. Mag. Curię de liquida. instrum. in quinta par. nu. 25. Io. de Arno. in epito. 14. vbi exclamat contra Barones inuenientes hanc viam causa habendi bona vassallorū. Nig. de Campan. in c. Regni nouiter nostræ maiestati de vsur. nu. 17. Massill. in com. §. in permutationibus in Consue. Baren. Nicolan. in tract. pigno. in 2. membro in quinta par. principali num 47. versi. tertio requiritur, & doctè Couar. in c. relatum de test. extra dixit, ꝙ hæc opi. Ang. est *communis, vbi dicit ꝙ procedit maximè in statuto, quando admictit testes, qui admicti non deberet de iure Pragmatica nostra admictit testes in quorum persona est commissa vsura: & de iure non debebat admicti, quia erit te-
4 stis in causa propria † contra tex. l. omnibus C. de testi. & in §. sed hæc quidem instit. de testi. vbi Ang. in princ. hanc partem sequitur Franc. Bursat. in consil. 321. num. 29. vol. 3. allegat. Pet. Nunez. de execu. mād. reg. c. 28.

Secundo admictit testes singulares. Qui etiam de iure si mille essent non admictuntur, sed per text. nostrum tres singulares admictuntur, ergo in casu nostro omnino re-
5 quiritur ista articulatio, & probatio † & ita etiam tenet Franc. Bursat. in consi. 135. 2. volum. num. 8 & 9. & Ang. Aret. in §. Hinc dicimus ꝙ contractus feneratitij possint detegi coniecturis præsumptionibus, atq; indi-
6 tiis. † vt Anchar. & alij scribunt in c. ad nostram de empt. & vend. & Alex. in consil. 46. lib. 3. & ideo ad probandum cōtractus feneratitios sufficere ꝓbationes, quæ in aliis minus essent idoneæ, ita Nicol. de Vbal. inter consi. Corn. 23 num. 4. lib. 3. & Grau. consil. 73. num. 7. Berous consi. 168. num. 21. lib. 1. Menoch. consil. 109. nume. 7. vol. 2. vbi dicit maximè procedere, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, & apud iudices superiores.

Secundo sunt etiam ponderanda verba testium. Nam ipsi debent renunciare expressè eorum commodo. Ita ꝙ si non ita renunciāt
7 eorum testimonium nō admictitur † ita dixit, & voluit Bald. in l. dictantibus C. de testam. Feder. de Sen. in consi. 61. Roma. in singu. 359. Felyn. in c. vnicus nu. 18. de testa. ex. Octauia. Cachera. in decis. 72. nu. 6. Maxill. in d. §. permutationibus. Et idem dixit in rub. de iure prothomis. Nig. in c. Regni nouiter. Ias. in consi. 78. nu. 13. volum. 3. Aym. Grau. consi. 6. num. 102. & consi. 73. num. 4. & 29. Rola. consil. 95. nume. 14. & consil. 98. nume. 13 lib. 4. Cephal. consil. 402. nume. 7. Alex. consi. 72. num. 7. lib. 1. Dec. consil. 342. sub num. 4. Marс. consi. 2. num. 46. & consil. 29. nume. 26. Couarr. in lib. varia. resolutio. lib. 3. cap. 3. num. 5.

Tertio etiam sunt ponderanda verba testium. Nam si tempore quo se obligauerunt iurauerunt omnia in obligatione, seu instrumento contenta vera esse. Si nunc cum iuramento dicunt sibi vsuram commissam fuisse ꝙ tales testes sunt periuri, & ex consequen-
8 ti non sunt idonei testes † ita Maxill. in dict. Consuet. Bari. & §. in permutationibus, & ita decisum fuisse dicit Octauia. Cachér. in decis. 72. nu. 7. per Bald. in l. si ex falsis, nu. 4. C. de transact. Deci. in consi. 405. col. 3. versi. similiter, & Crauett. in consi. 6. nu. 14.

Cum igitur in presenti informatione hęc tria non concurrunt.

Primò non est articulatum illos esse homines probæ vitæ.

Secundò, quia non renunciauerunt eorum commodo.

Tertiò, quia tempore contractus iurauerunt omnia esse vera.

Quartò non concurrit cōtra inquisitum mala fama.

Quintò non est probatum alias fuisse solitum fenerari, & hoc procedit non in contractu mutui, sed in aliis contractibus hoc
9 constare debet † ita Bal. in l. cum allegas C. de vsur. Iacob. Menoch. in consi. 109. nu. 38. volum 2. vbi doctè.

Sextò, quia hic contractus non fuit vsurarius in spetie probatus, vt requiritur, vt dixi supra in conclusione.

Sequitur ergo dictum Petrum Iacobum esse absoluendum.

Et cum in anno 1587. die 4. Decembris in Terra Rutiliani fuisset querelatus magnificus Iulius Villa Fontana, & introducto per magnificum Capitaneum Ciuilem processum ad votandum. Per prædicta etiam absolui

solui dictum magnificum Iulium, & Ioãnes Dominicus querelans se quieuit.

Et in anno 1589. in eadem Terra, & Curia ciuili esset querelatus prouidus Vitullus Canonicus eiusdem Terræ etiam ipsum per prædicta absolui, & etiam pars querelans obmutuit.

Et in anno 1590 in eadem Curia ad querelam magnifici Donati de Petrillo fuit querelatus----de Cola Russo eiusdem Terre per prædicta ipsum absolui feci, & Domino sit laus. Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Prohibitio contrahentium non impedit translationem dominij, licet committatur pœna.

SVMMARIVM.

1 *Lex testator, & pars quo ad impediendam alienationem æquiparantur.*
2 *Contrahentes in eorum bonis, possunt apponere legem quam volunt.*
3 *Pactum resolutiuum, impedit alienationé.*
4 *Pactum contrahentium non impedit translationem Dominij.*
5 *Aliud est in prohibitione legis, vel testatoris.*
6 *Cautela Bald. in personis contrahentium ad impediendum declaratur.*
7 *Distinctio de Franch. in decis. 335. in 2. par. narratur.*
8 *Intellectus ad l. fi. C. de reb. alien. non alien.*
9 *Pars potest petere pœnam à contrauenientè.*

DETERMINATIO XCVIII.

IN Terra Canneti Prouintie Bari inter fratres de Monacello téporediuisionis bonorum fuit interpositum pactũ tenoris sequentis, videlicet. Voluerunt ꝙ per partem, & portionem tangentem vnicuique ipsorum non possit vendi, nisi inter eos pretio quo existimabitur per communes amicos eligendos: & si quis eorum contrarium fecerit teneatur soluere pœnam ducatorum 150. parti præmissa seruanti, & quòd venditio alteri forsan facienda nullũ habeat effectum promittentes ad inuicem, & obligantes prædicta omnia seruari, non contrauenire pro quibus &c. anteposuerunt &c. omnia bona &c. constitutione pręcarij &c. renunciauit &c. iurauit &c.

Euenit ꝙ in anno 1562. Marinus vnus ex dictis fratribus alienauit Dominico de Cascioni fundum vnũ detto la Cacetiolina de Landolfo, post spatium temporis D. Leonardus frater, & Nepotes alterius fratris egerũt contra venditorem petẽtes dictum fundum ad eos spectare vigore pacti prædicti iurati. Ita ꝙ venditio à fratre facta fuit nulla, & ex consequenti, nec dominium dicti fundi in emptorem translatum, & compilato processu ego determinaui in fauorem emptoris his validissimis rationibus, & primo.

Pro fratribus rei vendicantibus dicitur, ꝙ lex testator, & contrahentes æquiparantur
1 quoad impediendum alienationes † ita est text. ad literam in l. fin. C. de reb. alien. non alienan.

Ratio est, quia cõtrahentes possunt in bonis proprijs apponere legem quam volunt
2 † l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. & l. ea lege C. de cond. ob caus. dat.

Secunda ratio est illa, quia in isto contractu est appositum pactum resolutiuum per illa verba (& ꝙ venditio alteri facienda sit ipso iure nulla) & ꝙ pactum resolutiuum
3 impediat dominij translationę † voluit Bar. & cæteri scrib. maximè Crot. & Rip. in l. filiusfamilias §. diui ff. de leg. 1. & maximè Rip in num. 88 & accuratè Alexan. in l. qui absenti §. 1. ff. de acquir. poss. & Dom. Alcia. in d. §. diui.

Ex parte Dominici emptoris dicebatur ꝙ pactum prędictum contrahentium non im-
4 pedit translationem dominij † ita glo. in d. l. fin. secus in prohibitione legis, vel testatoris,
5 † & ita Bald. & omnes tenent in d. l. ea lege, & in d. §. diui. plenè Grau. in consil. 201. nume. 3. 4. & 5. vbi doctè, & copiosè Petr. de Bellapert. in d. §. ea lege nu. 3. versi. breuiter ff. de verb. obliga. & ita Guid. Pap. & ibi addict. in decis. 569. incip. pactum, & Corset. in reperto. Abb. in litera A. in verb. Alienatio in vers. alienatio. facta. Alleg. Inno. in c. Rainaldus de testa. extra.

Secunda ratio est Bal. in l. fi. C. de pact. int. empt. & vendit. & Bar. in d. §. diui. num. 16. vbi quærunt, an possit dari cautela, vt possit prouideri ꝙ dominium nõ transferatur pacto contrahentium, & dicit ꝙ sic, videlicet, ꝙ in tali contractu interponatur decretum iudicis cum clausula ꝙ si fiat contra pactum omne quod fit sit irritum, & inane, & hoc
6 firmat † Grau. in d. consi. 201. nu. 3. dum dicit, quia annullare actum spectat ad superiorem, hoc voluit Pau. de Castr. licet contrarium senserat in consi. 339. lib. 1. & Bald. in consil. 482. lib. 1. Deci. in l. in traditionibus C. de pact. & Rip. in d. §. diui patres nume. 92.

Digitized by Google

me.92. versic.quinto limitatur licet Alciat. contrarium ibi teneat pulchrè Bolognet. in d.§. diui, & hanc Baldi cautelam sequitur Dominus Vincen.de Franch.in suis decis.in decis.355. dum dixit, aut verba resolutiua respiciunt contractum gestum inter contrahentes, & tunc inter eos valet, & tenet. Aut respiciunt contractum in futurum gerendũ, vt est casus noster per illa verba,& ꝙ venditio alteri forsan facienda &c. & tunc tenet ꝙ sine decreto iudicis nō transfertur dominium &c.
7 † quæ decis. Dom.de Franch tūc fuit in lucem edita quando causam ipsam ꝑ paucos dies antea determinaueram, & gauisus fui de decis.prædicta postquam secundũ eam quam non videram determinaui: & illud idem fuit de causa Actuarij Canniti, nã suam decis.non videram quando scripsi, qa adhuc non erat extra stampam teste Illustre Domino Barone Canneti, qui mihi retulit, ꝙ idem de Franch. ita in lucẽ decis. fecerat, & est illa quæ incipit tribus ex ritibus in parte 2. Et sic ad Dei laudem, & credo ꝙ Illustrissimus Dominus Fuluius de Costanzo nunc Regens meritissimus Regiam Cancellariam sororius dicti Illustris Baronis Canneti, hæc omnia meminerit ad Dei laudem, & Natt.cōs.474.nu.9.vol.2 & ibi etiam per totum,& quod intestatore idem Natt.in cōsil.528.num.10.vol.3.& Iacob.Philip.Port. in conclus. 1.in lib.3.

Quibus veris non obstant in contrarium adducta, & præcisè l.fin. quæ valdè stringit
8 † nam Ripa eam declarat in d.l. & §.Diui num.88.& Salyc.in d.l.fi.dicit, ꝙ illa lex loquitur,& determinat, quæ intelligãtur prohibita, & ibi dicit, ꝙ interdicitur alienatio dominij hypotheca, & seruitus, & in hoc prohibitio l.testatoris, & pactum cōtrahentium æquiparantur, sed ibi non determinatur ꝙ pacto contrahentium dominium non transfertur: & clarius declarat Ias. in d.l.si quis ita promiserit §. ea lege de verb. oblig. & sic lex illa secundum intellectum prædictorum non obstat. verum dicunt oēs Doct. ꝙ contra contrauenientem potest agi ad interesse, ita prædicti Doct. in locis prædictis, & præcipuè Petr.de Bellapert. in d.l.si ita qs in §.ea lege nu.2.ff.de verb.oblig.& num.4.

Et sic ad Dei laudem conclusi in fauorem emptoris me existente assessore in dicta Terra Canneti à qua fuit in R.P.A. & nūc pendet, & audio ꝙ non aliter prosequutus est, & mea Determinatio fuit executa,& Domino sit laus.

Est etiam in hac materia notãdum quòd quãdo fit aliqua venditio cùm pacto ꝙ medio tempore donec pretium non sit solutum dominium non transfertur ꝙ vicino in hoc casu competit ius congruum ita per multa concludit Vrsill.in decis.338. & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Substitutio matris facta filijs pupillis valet, quia obliquatur, & efficitur commissaria, & patri in bonis filij competit legitima. & pactum restituendi dotes à fratribus factum valet in eo quod datur de proprio.

SVMMARIVM.

1 *Fratres dotantes sororem de bonis paternis non possunt pacisci dotem ad eos reuerti, quia adhibentur honoris causa.*

2 *Fratres videntur gerere negotium sororis.*

3 *Dos profectitia mortuo patre consolidatur in filiam.*

4 *Frater non tenetur dotare sororem nisi in casu inopiæ.*

5 *Pactum restituendi dotes à patre appositum non transit ad hæredes.*

6 *Consuetudine Barensi mulier viuo dotante, seu filijs, testari non potest.*

7 *Pater succedit filijs ab intestato morientibus.*

8 *Hæreditas ab intestato, ad proximiores trãsmittitur.*

9 *Mater pupillariter substituere non potest, quia filios in potestate non habet.*

10 *Fratres dotando vltra paragium dicuntur dotare de proprio.*

11 *Intellectus ad Consuetudinẽ Barensem (mulier licet domina sit)*

12 *Cessante causa prohibitionis cessat effectus.*

13 *Substitutio pupillaris facta extraneo cōtinet in se tacitam vulgarem.*

14 *Substitutio tali modo facta valet, vt fideicommissaria.*

15 *Pactum de dote restituenda fratribus in eo pluri de legitima valet.*

16 *Patri in bonis filij competit legitima tantũ.*

DETERMINATIO XCIX.

DELPHINA de lo Russo Terræ Valenzani, mortuo patre, ab eius fratribus Thoma de Machitella nuptui tradita fuit: apposito pacto per fratres, ꝙ si contigerit dictam Del-

Digitized by Google

Delphinam præmori sine filijs, vel cum filijs in minori ætate exiltentibus dictus Thomas eisdem fratribus dotantibus dotem restitueret.

Euenit, ꝙ dicta Delphina vitam cũ morte cõmutauit relictis filijs minoribus quos condito testamento vniuersales hæredes instituit: & eis substituit fratres suos dotãtes, mortua igitur Delphina filij minores Paulo post decesserunt, pater filiorum, & maritus dicebat dicta bona spectare ad ipsum patrẽ, & proximiorem filiorum; fratres dotantes replicabant bona illa ad illos spectare, & cõpilato processu ego sentẽtiando conclusi in fauorem fratrum dotantium his rationibus.

Pro parte mariti allegabatur ꝙ fratres nuptui tradendo fororẽ dotarunt de bonis paternis, & non ipsorum fratrum; & tali casu isti fratres censentur adhibiti honoris causa
2 ad stipulandum † per text. l. mulier bona §. fi. ff. de iur. dot. & Ratio est, quia videtur ge-
3 rere negotium sororis † ita Socyn. in consil. 111. nu 14. 1. vol. Dos ista dicitur profectitia, & morte patris est in filiam consolidata
4 † l. vnica §. quo C. de re vxo act. Quia frater non tenetur dotare sororem, nisi in casu
5 inopie † l. cum in plures §. 1. & l. cum post §. fin. ff. de admin. tut. no. glo. in l. non omni C. de admi. tut. Bal. in l. fi. C. de dot. promiss. Mar. Socy. consi. 17. num. 10. vol. 1.

Immò si pater tale pactum posuisset eo
5 mortuo ad hæredes non transmictitur † ita Rom. & Alex. in l. post dotem ff. solu. matr. & ibidem Ias. num 63. Bald. in l. fi. C. de dot. promiss. Capic. in decis. 176. in 1. dubio.

Secundo in Terra Valenzani viuitur iure Longobard. & secundum Consuetud. Ciuitatis Bari inter quas est illa sub rubr. de iur. dot. incip. (mulier licet domina sit) de qua plenè exposuimus in conclusio.---- per quã disponitur ꝙ filijs existentibus, vel viuis do-
6 tantibus mulier testari non potest † cũ igitur tempore conditi testamenti per Delphinam filij erant viui sequitur, ꝙ testamẽtum non valuit.

Sequitur necessario, ꝙ veri Domini fuerunt effecti filij, qui cum mortui sunt ab intestato in eorum hæredes succedit pater vti
7 proximior † auth. defuncto C. ad Tertullia. Nam quãdo quis moritur ab intestato trans-
8 mictit eius hæreditatẽ ad proximiores † iux. tex. l. cõficiuntur de iur. codicill. cum simil.

Tertio dicitur ꝙ illa substitutio pupillaris matris nõ valuit, quia mater filios in po-
9 testate non habet † l. 2. vbi Doct. in §. extraneum ff. de vulg. & §. extraneo inst. de pupilla. sub. Natt. in consi. 68. num. 2. col. 1.

Pro fratribus dotantibus dicitur, ꝙ ipsi sunt veri dotantes. Nam dos data huic Delphine eccedit suum paragium, in tantum ꝙ in illo pluri dotarunt de proprio, & in il-
10 lo pactum valet, & tenet † dixi supra in cõclus. --. & no. in fi. §. filiæ ff. de leg. 2. & in l. vnica §. accedit C. de rei vxor. actio.

Secundo dicũt fratres verum esse mulierem esse vsufructuariam, quia debet vti, & non abuti filiis existentibus, vel dotantibus intelligitur, vt non possit alienare in præiuditium filiorum, & testari: sed ipsa testata fuit, & instituit filios hæredes: ergo in tali testamento non est abusa: nam introducta est consuetudo illa in fauorem filiorum, & dotantium: in casu isto nullum fuit factum præiuditium, ergo cessat ista difficultas, & ex consequenti testamẽtum valuit, maximè quia vsu receptum est mulieres etiã de dote testari posse saltim pro anima de tertia par-
11 te, vt diximus in conclusione--- † & plenè per Calderi. in consil. 20. & Petr. de Anchar. in consil. 25.

Cum igitur causa prohibendi testamentum defuit per mortem filiorum, debet remanere valida sua dispositio in fauorem fratrum dotãtium. & substitutorum: cum ces-
12 sante causa cesset effectus † l. adigere §. quãquis ff. de iur. patrona. & cap. cessante de appellat.

Nec obstat, ꝙ opponitur ꝙ mater pupillariter substituere non potest, quia ita se ha-
* bet communis * opi. Nam substitutio pupillaris facta ab extraneo, continet in se tacitã
13 vulgarem † l. vlt. C. de hær. inst. & sic obliquatur si iure directo non valet, & fit va-
14 let, vt fideicommissaria † ita Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. sub maximè, quia facta est sine præfinitione temporis. Ita plenius Alex. in d. l. 1. In tantum ꝙ si mater substituit filium pupillariter licet non valet tamen trahitur ad fideicommissarium per glo. no. in l. verbis ciuilibus ff. de vulg. sub. quam com-
* muniter * sequuntur ibi Doct. plenè Borgo. in tract. de vsu. mul. rel. num. 44.

His veris non obstant contraria. Nam fratres dotarunt de proprio, quia vltra legitimam, & in eo pactum valuit, & tenet in
15 fauorem ipsorum fratrum dotantium, † & secunda ratio procedit, quando dotarent de patrimonio respectu legitimè competentis secus in casu isto: vt notant nostri Regnicolæ in l. Regni in aliquibus. Vbi Afflict. maximè in num. 16.

Non obstat consuetudo, quia in casu isto

ma-

mater non est abusa.

Non obstat substitutio pupillaris, quia obliquatur, & efficitur commissaria, vt dixi. Ergo &c.

Sententiaui in fauorem fratrum, verum
16 q huic patri detur legitima tantum† iuxta auth. Nouissima C. de impub. & ali. sub. & sic partes quieuere: Valezani in anno 1586. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulier emens domum, & possessionem acquirens, etiam cum pecunia mariti acquirit sibi, & non marito.

SVMMARIVM.

1 *Vxor constante matrimonio omne quod acquirit præsumitur ex bonis viri, & eo soluto etiam.*

2 *Vxor emens etiam cum pecunia mariti, & habet dominium rei emptæ, maritus agit ad recuperandum pretium non autẽ ad domum emptam.*

3 *Instrumento standum est.*

4 *Maritus obligans se cum vxore principaliter se obligante ad soluẽdum debitum dicitur fideiussor.*

5 *Ex confessione mariti domus empta præsumitur ab vxore.*

6 *L. quintus ff. de donatio. non prohibet dominium ab vxore acquiri non posse.*

7 *In possessorio præsumptio locum non habet.*

DETERMINATIO C.

IN Ciuitate Bari, quædam mulier constante matrimonio domum quandam emit, & quia de parte pretij venditori debitrix remansit, & in alio instrumento se obligauit insimul cum marito infra certum tempus soluere, & dominiũ dictæ domus, mulier ipsa insimul cum viro inhabitans retinuit. Mortuo viro sui hæredes agũt pro recuperanda domo, & factis actis, & in Curia Ciuitatis prędictæ compilato processu, mulier sententiam in contrarium reportauit. Ab ea ad R. P. A. fuit appellatum, & remissa causa Regio Gubernatori, Don Philippo de Marsilijs Hispano, vt cum Consilio alterius Doctoris procederet, fuit mihi decidenda commissa, & viso processu, & auditis eorum Magnificis causæ patronis: sententiaui in fauorem mulieris asserens malè iudicatum ex infrascriptis.

Pro parte hæredum dicebatur, q omnia bona præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti, maximè si alia bona aliunde non habet. Ratio est illa ad euitandum turpem quæstũ
1 † l. quintus ff. de donat. int. vir. & vxor. l. etiã C. eod. tit. glo. in l. cum oportet in verb. ex eius substantia C. dę bon. quę liber. & est * cõmunis opi. & voluit Gugliel. de cun. in auth. licentiam C. de epis. & cler. Franc. Crem. in sing. 6. Luc. de Pen. in l. si tempora C. de fid. instr. lib. 10. & Mascar. reperij post hæc scripta ita declarantẽ in tract. de probat. in conclus. 30. incip. Acquisita per mulierẽ nu. 1. vol. 1. Cano in c. 2. de donat. int. vir. & vxor. & in c. 1. de pecul. clerico. & doctè Alcia. in tracta. præsumpt. in præsumpt. 26. & Card. Paris. in consi. 62. 1. vol. per totum.

Et hæc * communis conclusio procedit, non solum in acquisitis constante matrimonio, sed etiam eo soluto, vt per Alex. in consil. 82. nume. 3. volum. 2. & Iacob. Philipp. Port. in suo tractat. comm. conclusionum lib. 1. conclus. 14. per totam.

Pro vxore dicebatur, q quando ipsa emit nomine suo, & sibi traditur dominiũ rei, licet emat cum pecunia mariti, q in isto casu datur contra eam tantum actio personalis, & sic ad restituendum pretium non autem
2 rem emptam † ita dixit Bart. in l. etsi instrumenta de fide instrum. & iur. hastæ fiscal. lib. 10. quem sequitur Ang. & Io. de Plat. in nume. 2. Bald. in consil. 67. incip. punctus talis est in 5. vol. Signo. in consi. 122. incip. factũ sic præponitur. Et idem in consi. 126. Grau. in consil. 61. nu. 7. Bonacoss. in tract. de præsumpt. in littera V. versi vxor, doctè Tiber. Decian. in respon. 48. per totum maximè in num. 2. & 3. Fran. Bursat. in consi. 103. incip. cum iussu serenissimæ per totum in volum. 3. allegat text. l. primæ C. si quis alter. vel sibi, est elegans tex. l. multum interest, eod. tit. in tantum, q quando emit nomine suo, & sibi transfertur dominium, non competit actio realis, sed personalis secundum prædictos, & licet in c. 2. Abb. & alij dicant, q competit rei vendicatio, intelligas quando non constaret mulierem emisse rem illam, quia alias esset ita Alciat. in 6. Reg. in 26. præsumptio, de præsumptio. Ripa in 4. respons. in 3. lib. in fin. & vt per Philipp. Port. in citato loco, & Boer. in decisio. 81. nume. 5. ibi nihilominus, & Iacob. Anell. de Bott. in addit. ad Bart. nouiter impressis in l. si patruus C. communi diuid. ibi

(adde

Digitized by Google

(adde ꝙ si vxor emit) per doctr. Bar. in l. & si instrumenta C. de fid. instrum. lib. 10. Ita etiã declarat Alciat. in d. præsumpt. 26. num. 14. in casu nostro vxor emit nomine proprio, sibi est traditum dominium, ergo huic instru-
3 mento standum est † l. cum precibus ibi Bal. C. de probatio. post glo. & Alex. in consi 37. num. 16. volum 2. & Iacob. Philip. Port in reg. seu conclusio. 14. versi. 4. limita Crot in l. frater à fratre colum. 34. Beltran. in consil. 98. volum. 3. Paris. consil. 60. volum. 1. Aym. consi. 81. primo vol.

Et corroboratur ex secundo instrumẽto, in quo asseritur, ex emptione prædicta mulierem remanere debitricem in ducatis tot, quos promisit restituere infra tale tempus, & se obligauit etiam ipse maritus venditori, & in isto casu maritus præsumitur fideiuf-
4 for † ita Ang & Bald. in auth. hoc amplius C. de legat.

Et ex hac confessione mariti, probatur rẽ
5 esse vxoris † ita Bursat in d. consil. nu. 5. vbi plenè, & de hac materia est videre Deci. in consil. 237. & Mascar. l. in d. conclus. 30 nume. 18. in 2. limitat. per dictam Salyc. in l. si non verum C. de donat. int. vir. & vxor & in l. si mater C. de cõtrah. empt. & in d l. quintus, quia in isto casu, standum est assertioni mariti ita Socy. in consi. 71 volum 4 Alex. consil. 24 volum. [illegible] Alciat. in præsumpt 20. in reg. 3. & Ruyn. in consi. 44. volum. 5. cum alijs per eum allegatis, ad quem in hac materia recurre. Et Franc. Cremen. in singu. 6. incip. tu scis. & ibi additionator, ex quibus datur responsio ad dict. l. quintus cum simil. Et clarius Io. Franc. Bellac. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. in 1. tom. commu. opin. nu. 4. versic. res empta ab vxore alicuius, & Signorol. in allegato consi. Boer. in decis. 81 Ruyn. in consi. 44. vol. 5. Paris. in consi. 62. volum. 1. Aret. in consil. 31.

Dicebatur etiam ad prædicta corroborãda, ꝙ licet l. quintus præsumat bona esse acquisita ex patrimonio mariti illa ratione, causa euitandi turpem quæstum non tamen text. negat, ꝙ dominium, seu possessio rei
6 emptæ, non acquiratur per mulierem, † ita tenuit Mascard. in allegata conclus. num. 2. in fi. numeri, & Bald. in consil. 67. in quinta par. & eund. in consil. 70. 1. volum. num. 6.

Maximè, quia hic tractatur etiam de possessorio, cum mulier possidet, & in possessorio non habet locum præsumptio † l. quin-
7 tus, vt per Bald. in l. si vxorem C. de cond. insert. & per Alciat. in loco prædicto, præsertim, quia hæc mulier sola possedit, & possidet. Vt per Alexan. in l. qui iure ff. de acquir. possess. & Mascar. in d. conclus. 30. num. 20. 1. vol. in d. tract. de probatio.

Et propterea ego dixi malè iudicatum, & condemnaui mulierem ad restituendũ pretium habitum à viro, & ad retinendum domum iuxta doctrinam Bart & Io de Plat. in dict. l. & si instrumenta per [illegible] multum interest, & sic fuit executum inter eos. & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Filia rem dotalem vendicare potest.

SVMMARIVM.

1 *IN rei vendicatione duo requiruntur principia; casuale, & formale.*
2 *Casuale principium quod est declaratur.*
3 *Per recollectionem fructuum probatur possessio.*
4 *Si filius ergo hæres.*
5 *Dominium siue si per modum acquirendi de iure gentium, vel ciuili sine traditione trãsit in hæredes, vel successorem.*
6 *Titulus excusat a perceptis fructibus, & nõ percipiendis.*
7 *Cõfessio extraiuditialis absente parte ad obligandum non valet.*
8 *Geminata cõfessio debet probari per tres testes, & quomodo.*
9 *Confessio extraiuditialis ad hoc, vt valeat duo debent concurrere, præsentia, & acceptatio partis.*
10 *Confessio est simul fassio.*
11 *Testes repulsi non probant, & ꝙ erant tales tempore eorum depositionis.*
12 *Testis affinis non repellitur, nisi sit de ascendentibus.*
13 *Testimonium fratris est suspectum.*
14 *Vxor fratris est suspecta.*
15 *Testimonium suspectum non dicitur integrũ.*
16 *Denunciatio post contractũ non inducit malam fidem.*
17 *De iure canonico inducit malam fidem.*
18 *Testium dicta sunt adiuuanda, & non cauillanda ne in falsum incidunt.*
19 *Præscriptio quomodo dẽt articulari, et ꝓbari.*

DETERMINATIO CI.

IN Anno 1575. Castellanæ me ibi Gubernatore existente inter Rosam filiam legitimam, & naturalem quondam Margaritæ Iacobi de Sti-

 gliano

de Stigliano super rei vendicatione certarũ vinearum, & magistrum Aureliũ Persium orta fuit controuersia, quæ à me decisa extitit, vt infra.

Petijt hæc Rosa quasdam vineas, vti bona dotalia matris ad se filiam spectare, possessas per dictum magistrum Aurelium, qui allegabat eas titulo pmutationis possidere.

Dicebat actrix ꝙ obtinere debet, & primo, ꝙ in rei vendicatione duo principia requiruntur vnum quod dicitur casuale, & alterum quod dicitur formale.

Casuale igitur, est dominiũ ex parte agentis, & formale est possessio conuenti † ita dicunt tex. l. in rem actio in prin. & l. ad offitiũ C. de rei vend. secundum probat text l. his qui destinauit ff. eod. & l. vni. C. de alie. iud. mut. cau. fa. Ita Petr. de Bellapert. quẽ Bald. in d. l. 1. sequitur dixit. & Afflict. in constit. Regni incip. pœnam vnciarum in §. rei vendicatione num. 3. & nume. 16. sub rub. de pœna contu. lib. 1.

3

Probauit igitur actrix, matrem eius fuisse dominam vineæ prædictæ, ab ea etiam recolligendo fructus † Bart. & alij in l. nimis C. de acquir. poss.

Probauit quoq; fuisse dotales suæ matris: cui ipsa ab intestato vti filia legitima, & naturalis successit, & consequenter dominiũ, ei quæsitũ fuit, iuxta illud si filius ergo hæres † arg. l. in suis ff. de libe. & posthu. l. nam, & si parentibus in princ. ff. de inoff. test. l. cum ratio de bon. dannato: §. sui inst. de rer. qual. & differ.

4

Dominium autẽ, siue sit per modum acquirendi de iure gentium, siue de iure ciuili, sine aliqua traditione ipso iure transit in hæredem, vel successorem † ita glo. & Bart. in l. si ager ff. de rei ven. & not. in l. cum hæredes ff. de acquir. poss. & in l. traditionibus C. de pact.

5

Formale etiam fuit probatum, quia ipse Aurelius fatetur possidere, sed titulo pmutationis: & ex hoc inferebatur ꝙ debet excusari à condemnatione fructuum: sed ei fuit responsum ꝙ titulus non à percipiendis, sed à perceptis † excusat l. si fundum C. de rei vend. vbi gloss. in verbo (percepisse).

6

Nec obstat titulus, quia non produxit neque probauit: nec testes qui dicunt audiuisse à Margharita quòd permutauit, quia deponunt de cõfessione extraiuditiali, quàm ad obligandum absente parte non valet † l. fin. ff de inter. act. l. certa §. si quis absente C. de confess. Nec ꝙ fuit geminata Bart. in l. quod scimus C. de agricol. & cens. lib. 10.

7

Nam debebat probari geminatio per tres, vel plures testes conformes, & ꝙ audiuerũt sæpius iteratis vicibus † iux. not. in cap. fin. de success. ab intest. & l. fin. ff. in rem actio. l. triticum ff. de verbo. obligatio. & l. non fatetur de cõfess. per Doct. in l. Balista ff. ad Trebell. & in diuersis locis. Et vide quæ dico in Determi. prima num. 66.

8

Ad hoc igitur, vt confessio extraiuditialis valeat duo debent interuenire, præsentia partis, & etiam ꝙ pars acceptet, alias non valet talis confessio † ita Dom. Cyn. in l. 1. in 6. quæstio. C. de confess. Alexan. in consil. 20. in 4. volum. incip. (N-) nume. 1. Salyc. in dict. l. 1. nume. ... & in l. iubemus C. de lib. causa & Alexan. in consil. 85. num. 4. volum. 7. & in consi. 183. num. 2. circa finem volum. eod.

9

Ratio est illa, quia confessio est idem, ꝙ simul fassio, quia deriuatur à faris, vel fare, fatur, & dictio (con) illi iuncta idest (confessio) denotat simultatem locutionis † l. 1. §. primo ff. de pact. l. consensu in princ. ff. de actio & oblig ita Alexan. in dict. l. & clarius etiam in consil. 82. incip. in causa, & lite vertente nume. 6. & clarius nume. 7. versi. (Imò si qua confessio) Dom. Ias. in l. postquam liti C. de pact. & idem Alexan. in consil. 20. num. 1. & 2. volum. 4. & consi. 111. num. 5. & 6. volum. 3. & idem in consil. 212. nu. 32. volum. 6.

10

Fuit etiam dictum, ꝙ ista confessio non fuit etiam legitime probata. Nam sunt examinati testes patientes varios defectus, & præsertim erant tales tempore eorum depositionis † l. tertia §. duæ causæ cum glo. in ver. (non eandem fidem) ff. de carb. edict. l. ad testium §. conditioné ff de testibus plenè per Alex consi. 133. viso processu in 2. colum. in 1. volum. num. 4.

11

Et sunt inter alia reprobati, quia sunt affines ipsius Aurelij, & licet testis affinis non reperiatur prohibitus, nisi sit de ascendentibus, vel descendentibus † iux. not. in l. parentes C. de test. tamen minus ei creditur Bart. in l. admonendi versic. (venio ad tertium) nume. 8. in columna nona, & Gugliel. de Cun. in l. cui eorum §. affinitas ff. ff. de post. inquit, quòd non solum fratris testimonium est suspectum, quando deponit pro fratre † verumetiam in vxore fratris testificante pro eo idest sororio, † & ita tenet Bart. in authen. Affinitatis ff. de procurat. & quando testimonium alicuius est suspectum non dicitur integrum

12

13

14

l. 3.

15 † l.3. in prin. ff. de test. per Alex. in consi. 18. viso processu num. 4. vol. 1.

Quo verò ad secundum de allegata præscriptione decem annorum ex quo pluries ei extra iuditium denunciatum fuit, vt vineas relaxaret, quia indebitè possidet, & quamuis ista denunciatio post contractum
16 non inducit malam fidem † per text. d. l. si fundum vbi Bal. C de rei vēd. prædicta procedunt de iure ciuil.

Sed de iure canonico talis denunciatio malam fidem inducit, quo iure, si mala fides superuenit ante completam præscriptionē eam impedit, & in hoc statur iuri canonico
17 propter peccatum, † vt not. Abb. & omnes
* in cap. fi. de præscrip extra per Dyn. in reg. possessor de reg. iur. in 6.

Et quamuis testes Aurelij dicant (possedisse pacifice, & quiete, & nemine contradicente) debent interpretari de contradictione sui molestia non lata, nec illata in iuditio, & non de molestia extraiuditiali eidem Aurelio illata: vt actrix probauit qualiter pluries requisiuit eundem, vt relaxaret vineas, alias testes essent contrarij, ad fugiendam contrarietatem, ita ad concordiam reduci debent; quia testium dicta sunt adiuuanda, & non cauillāda, ne in falsum incur-
18 rant † c. cum tu de test. extra.

Accedat, quia allegata præscriptio non fuit formaliter articulata, & maximè ꝙ esset completa ante interpellationem: sed ex articulis & testibus patet post litem inchoatam, completam fuisse, & sic annos decē non currerunt, & sic non prodest, quia tem-
19 pus cōputatur à die articuli ꝓducti † hanc practicam nos docet Bart. in l. celsus ff. de vsucap.

Nec fuit articulatum qualiter ambe partes fuerunt in eadem Prouintia, vel Ciuitate, vt requiritur ideo Ang. in d. l. præscriptionem C. qui. non obijc. long. tēp. præscrip. Nos cautos redit in capitulando de præsentia vtriusq; partis, alias quis deficeret in salutari suo sequitur Alexand. consil. 117. in causa, & lite nume.---- versic. approbatur 2. volum.

Ex quibus omnibus declaraui in fauorē actricis contra Aurelium prædictum quem condemnaui ad restituendum vineas verum circa fructus se concordarunt, & ita executum fuit. In anno 1575. Castellanæ. Laus Deo.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulier, & filij possunt rei vendicare rem dotalem ab eadem matre venditam, & restituere pretium emptori.

SVMMARIVM.

1 *Filij, vt filij, & non hæredes succedunt in re dotali.*
2 *Res dotalis est prohibita alienari etiam cum iuramento.*
3 *Iuramentum per statutum annullari potest.*
4 *Maritus, & vxor si confitentur pretium recepisse præsumitur pro medietate.*

DETERMINATIO CII.

MVLIER Andriell. Terræ Casamaximę cum cōsensu sui viri domum quandam suam dotalem cum iuramēto, Felici de Mallone Terræ prædictæ vendidit, & in instrumentó ambo pretium recepisse confessi sunt. Filij nunc rei vendicare volunt domū prædictam, & moto iuditio, & auditis omnibus determinaui, vt infra.

Præsupposito ꝙ sumus in Terra Casamaximæ Prouintiæ Bari in qua viuitur secundum consuetudinem dictæ Ciuitatis, & pluries diximus vigore consuetudinis quę incipit mulier licet domina sub rub. de iur. dot.
1 ꝙ dos est filiorum vti filiorum, & non hæredes.

Secundo considerandum est, ꝙ de iur. ci-
2 uili res dotalis non permictitur alienari, † vt est tex. in l. lex Iulia ff. de fund. dot. & in l. vnica, & §. & cum lex C. de rei vxor. actio. & inst. quib. alien. licet &c. & in tantum est vera conclusio ista, ꝙ ipsimet alienantes possunt rei vendicare, & venire contra factum proprium etiam iuratum, vt diximus in Determinatione ..concludunt Canoni. in cap. cum contingat. Vbi expressæ Io o. in nume. 19. de iur. iur. extra. Et Bart. in l. cum vir, vbi omnes ff. de vsucapio. & gloss. in dict. §. cum lex. in verb. alienare, vbi copiosè Saly. Bald. nouel. in tracta. dot. in septima par. in 12 limitatione, & dicit hanc communem
* Franc. Turza. in tracta. commun. opin.* in reg. 115. & Io. Baptista de Caste.l. in allegat. secunda versic. quarto concluditur. & quòd iuramentum in Regno non obstet in Regno, est statutum per pragmaticam Velleani, & Imo. in d c. concludit ꝙ iuramentū per statutum annullari potest.

Digitized by Google

Sed dubitatum fuit, an annullato instrumento venditionis debetur emptori restitui pretium Bar. in consil. 124. vol. 1. incip. domina P. nupsit dixit, q; si confessi sunt ambo recepisse pretium tunc maritus pro medietate, & vxor pro medietate tenentur † per
1 tex. l. reos §. in tabulis ff. de duobus reis, & l. vir, & vxor §. fi. ad Vellea. Bald. in l. mater C. de rei vend. num. 11. Bart. in l. si cum seruum ff. si cer. petat. Alex. in consil. 38. 2. vol. Afflict. in decis. 209. hoc voluit Imo. in d. c. cum contingat per Specul. in tit. de oblig. & solut. §. ante versi. sed pone num. 9. Aym. Grau. in consil. 91. 1. volum. Boer. in decis. 33. num. 5.

Ex quibus determinaui venditionem nullam verum condemnaui d. Andriellam, & filios ad restituendum pretium emptori vna cum meliorationibus necessariis, & vtilibus stante, q emptor fuit bonæfidei possessor, & ignorauit domum illam fuisse dotalem per iura satis vulgaria Casamaximæ in anno 15—— & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

In causa stupri quæ dicantur exceptiones impertinentes.

SVMMARIVM.

1 *Vita stupratæ interest scire.*
2 *Exceptiones quæ releuāt inquisitum dicuntur pertinentes.*
3 *Exceptiones in dubio admitti debent tanquā partibus minus præiuditiales.*
4 *Melius est iudicem mille capitula impertinentia admittere, quàm pertinentia reijcere.*
5 *Communis practica in admittendis exceptionibus.*
6 *Causa debet remanere propter grauamen.*

DETERMINATIO CIII.

IN anno 1583. à Curia Criminali Terræ Sancti Nicandri Prouintiæ etiam Bari, fuit appellatum ad me vti Auditorem Illustrissimi Domini Don Antonij d'Acquauiua per illū de Mele, inquisitum de stupro cuiusdam mulieris prætensæ virginis pacificè, ex quo in suis exceptionibus articulabat vitam impudicam, inhonestam ipsius Pacificæ: fuit latum decretum q prædictæ exceptiones de ea re tractātes reijcerentur tanquam impertinentes à quo decreto fuit appellatum, & dum corā me causa ventilaretur determinaui, vt infra &c.

Nam consideraui, q quando tractatur de pena stupri, maximè interest scire conditionem, vilitatem, atq; inhonestam vitam, &
1 impudicam stupratè, colligitur hoc † ex tex. §. itē lex Iulia inst. de publi. iud. iuncta glo. Alex. in consi. 99. nume. 6. lib. 6. & melius in consil. 13. vol. 7. Pau. Paris. in consi. 160. difficultas vertitur tom. 4. Grat. in consi. 43. colum. 4. vol. 2. Aym. in consi. 166. nu. 6. vol. 1. Mondell. Alben. in consi. 37. num. 1. Hippol. de Marsil. in rep. l. primæ num. 10. de rapto virg. Gramma. in vot. 4. Caru. in Pract. Crimin. in §. circa igitur quartum nu. 11. Boss. in tracta. de coit. danna. Plot. in l. si quando §. 2. nume. 26. de iur. iur. Seuer. in l. si qua Illustris C. ad Sen. Cons. Orfic. vbi Corn. col. 1. clarus in §. stuprum in sua Pract. Crim. versic. sed quæro Grauett. in consi. 73. num. 33. par. 1. Osae. in decis. 107.

Cum igitur in causa, faciant directè, vel indirectè, seu quocunq; alio modo adminiculatentur, seu capitulantem releuarent etiam leui præsumptione admitti debent, &
2 non reiici † ita Bal. in l. si duo §. Iulianus ff. de iur. iur. Corn. in consi. 18. col. pen. & cōsi. 27. vol. 3. Deci. in c. in nomine Domini nu. 73. de test. extra, & idem in consi. 84. & in dicto cōsi. 161. Aym. Crau. in cōsi. 5. nu. 18. par. 1. Rolan. à Vall. in consi. 34. colum. 2. & Dom. Vinc. de Franch. in decis. 220. nu. 11.

Vltimo consideraui etiam, q in dubio admitti debebant tanquā minus partibus pre-
3 iudiciales † ita Hostiensis, & Imo. & alij concludunt in d. c. per tuas de test. extra Ias. in l. 1. col. 3. nu. 4. ff. si quis cautio Dec. in d. cōsil. 161. & in cōsi. 517. Rolan. à Vall. in d. cōsil. 34. col. 1. par. 3. Et ideo melius est iudicē mille capitula impertinentia admittere, q
4 vnum pertinens reijcere, † vel cum illa clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, vel cum illa alia clausula, q si qui reperiantur impertinentes facta publi-
5 catione in causa reijciantur † ita communis est practica, & eam docet Ang. in l. si quis libertatem ff. de pet. hær. & Ias. in d. l. si duo §. Iulianus nume.—ff. de iur. iur. Mysincer. in obseruatione Cameræ Imperialis 90. centur. 2. Masuer. in scholijs ad Practic. Papien. in forma capitulorum actoris in versic. (coram vobis) & in add. versic. (negari) Vrsill. post Matth. de Afflict. in decisione septima, & Dominus de Franch. in decisio. 220. & plenius ego dixi in cōmento Pragmaticæ dispen-

Digitized by Google

dispendia litium in verb. articul. vbi ad saturitatem.

Ex quibus considerationibus declaraui malè iudicatum, & propterea q causa remaneat, vt iam per partes fuit petitum stan-
6 te notorio grauamine † iux.tex.c.vt debitus honor de appell.extra. & docet Couarr. in lib. pract. quæst. capitulo 9. nu. 5. versi. quinta conclusio: & sic partes se quieuere, & ego postea causam determinaui, vt infra. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Absolutio impetrata ad detegendam fraudem contractus absque partis citatione cōceditur.

SVMMARIVM.

1 *ABsolutio regulariter nō conceditur parte non citata.*
2 *Absolutio si impetratur de facto valet.*
3 *Absolutio petita ad rescissionem dolosi contractus non conceditur parte non citata.*
4 *Absolutio bis promissa nō peti, si petitur annullatur.*
5 *Periurus impetrans absolutionem non auditur.*
6 *Periurus debet absolui à Summo Pontifice.*
7 *In petenda absolutione debet fieri mentio de iuramento, & q est maior.*
8 *Iudex laicus Ecclesiastico non obedit quando iuris ordine seruato non processit.*

DETERMINATIO CIV.

INtentatum fuit iuditiū contra instrumentum iuratum habita prius ab Episcopo absolutione contra agenté, fuit oppositum audiri non debere, quia in ipsa absolutione non fuit citatus. Nam petens absolutionem à iuramēto, debet prius
1 facere citare partē † ita Abb. in c. qua fronte, & ibi add. de app. extra vbi habetur q hęc
* est communis * opin. & per Anchar. in consil. 382. & idem Abb. in c. 1. de iur. iur. in versic. his autem sic discussis nume. 4. & ibi Felyn. num. 23. & 24. & quando Alex. in cōsil. 66. num. 13. & 14. vol. 6. & in consi. 118. nume. 2. & 6 etiam parte non citata, vol. 7. & idem in consi. 213. nume. 3. vol. eod. & Io. de Schia. in tracta. de iur. iur. par. 4. quæst. 6. num. 5. Damad. in pupill patrici. c. 4. nu. 53. con. 8 par. 2. & Franc. Turzan. in rubr. de re iud. in nume. 167. incip. in absolutione in tom. tract. com. op 2. & ibi dicit hanc esse
* * communem.

Pro parte actoris dicebatur, q quādo absolutio procedit de facto etiam parte nō ci-
2 tata tenet, & valet † ita Abb. in eod. c. & no. in c. 1. & in c. debitores de iur. iur. extra per Alex. in consil. 49. num. 20. in 4. volum. vbi refert Anto. de Patr. in d. cap. debitores, ita intrepidè tenere, & clarius per eund. Alex. in consil. 227. in 2. volum. exorditur Alber. de Oliua in ritu Archiepiscopali in tit 12. Imò Franc. Bursat in consil. 72 num. 25. vo-
* lum. 1. tenet q secundum magis * communem, citatio in absolutione non requiratur, & Gabriel in suo lib. conclus. conclusio 1. à num. 85. vsque ad 90. in tom. com. opi. 3.

Secundo dicebatur q ista absolutio iuramentalis non fuit petita ad rescissionem dolosi contractus, quia tunc procederet prima opi. sed fuit petita ad habilitandam personā ad detegendam fraudem contractus, quia
3 in tali casu partis citato non requiritur † ita Petr. de Anchar. in consil 18. num. 6. Pau. de Castr. in consil. 159. nume. 7. vsque ad finem in 2. vol. Afflict. in decis. 220. nume. 10. vbi
* dicit istam esse magis * communem opin. & Oldrad. in consil 120 incip. ad duplicem finem: firmat Franc. Bursat. in consi. 291. nume. 24. volum. 3. & Couarr. in lib. variorum resol. cap 4. num. 5. & Natt. in consi. 167. nume. 5. & 6. vbi dicit, q ad finem agendi, & excipiendi absque citatione concedi debet,
* & hæc * opi. est vera, & approbata ab vsu, volum. 1. & Iacob. Philip. Port. in conclus. 44. in 14. ampliat. lib. 1.

Limita istam conclusionem si fuerit promissum bis in d. instrumento non impetra-
4 re, quia tunc diceretur nulla † ita Socyn. in consi. 59. in 3. volum. & Fely. in c. debitores, & Bald in rep. l. secundæ ff. de iur. iur. argumento l. Iulianus in fi. ff de cond. ind.

Secundo limita non procedere quādo esset elapsus terminus in quo pmisit aliquid soluere, quia tali casu efficeretur periurus, & non debet audiri, quia frustra legis auxi-
5 lium implorat, qui commictit in legem † l. auxilium ff. de minor. Feder. de Sen. in consil. 291. quem sequitur, & refert Lodouic. Roman. in consil. 326. in prima colum. vbi amplè hanc materiam tractat Franc. Curt. in l. si quis maior numero 24. C. de transactio Alexan. in consi. 222 volum 2. Corn. in consilio 6. volumine 1. Cagnol. in procœ ssorum numero 263. & 264. & in l. si quis maior numero 153 vbi dicit quòd non

tract. de prescrip. in verb. (bona fide) in gl. 2. Barbat. inter consilia Lau. Calcan. in consil. 58. Hippol. de Marsil. in singu. 187. Corn. in consil. 78. in litera E. & F. & prius in consil. 232. primo vol. in litera Q. in fin. Alexan. in consi. 121. num. 11. versi. (nec) in 7. vol. Ias. amplè in consi. 13. num. 24. vol. 3. & idem in consi. 133. nu. 3. 1. vol. Aym. Crauet. in tracta. de antiq. temp. in 1. par. in verb. queritur etiam in 2. q. 3. limitatio. nu. 38. vsq; ad numerum 42. Et nostri Regnicolæ hoc idē voluerunt, vt declarat Affl. in l. Regni corruptelæ crimen in 2. lib. sub rub. de pen. jud. qui mal. iud. & idem in decis. 38. nume. 28. & idem in l. Regni si quis in posterum nu. 13. Mari. Frecc. in com. rit. Mag. Curie de liquida. instrum. in quinta par. nu. 25. Io. de Arno. in epito. 14. vbi exclamat contra Barones inuenientes hanc viam causa habendi bona vassallorū. Nig. de Campan. in c. Regni nouiter nostræ maiestati de vsur. nu. 17. Massill. in com. §. in permutationibus in Consue. Baren. Nicol. in tract. pigno. in 2. membro in quinta par. principali num 47. versi. tertio requiritur, & doctè Couar. in c. relatum de test. extra dixit, q; hæc opi. Ang. est * communis, vbi dicit q; procedit maximè in statuto, quando admictit testes, qui admicti non deberet de iure Pragmatica nostra admictit testes in quorum persona est commissa vsura: & de iure non debebat admicti, quia erit te-

4 stis in causa propria † contra tex. l. omnibus C. de testi. & in §. sed hæc quidem instit. de testi. vbi Ang. in princ. hanc partem sequitur Franc. Bursat. in consil. 321. num. 29. vol. 3. allegat. Pet. Nunez. de execu. mād. reg. c. 28.

Secundo admictit testes singulares. Qui etiam de iure si mille essent non admictuntur, sed per text. nostrum tres singulares admictuntur, ergo in casu nostro omnino re-

5 quiritur ista articulatio, & probatio † & ita etiam tenet Franc. Bursat. in consi. 135. 2. volum. num. 8 & 9. & Ang. Aret. in §. Hinc dicimus q; contractus feneratitij possint detegi coniecturis præsumptionibus, atq; indi-

6 tiis, † vt Anchar. & alij scribunt in c. ad nostram de empt. & vend. & Alex. in consil. 46. lib. 3. & ideo ad probandum cōtractus feneratitios sufficere probationes, quæ in aliis minus essent idoneæ, ita Nicol. de Vbal. inter consi. Corn. 23 num. 4. lib. 3. & Grau. consil. 73. num. 7. Berous consi. 168. num. 21. lib. 1. Menoch. consil. 109. nume. 7. vol. 2. vbi dicit maximè procedere, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, & apud iudices superiores.

Secundo sunt etiam pōderanda verba testium. Nam ipsi debent renunciare expressè eorum commodo. Ita q; si non ita renunciat

7 eorum testimonium nō admictitur † ita dixit, & voluit Bald. in l. dictantibus C. de testam. Feder. de Sen. in consi. 61. Roma. in singu. 359. Felyn. in c. vnicus nu. 18. de testa. ex. Octauia. Cachera. in decis. 72. nu. 6. Maxill. in d. §. permutationibus. Et idem dixit in rub. de iure prothomis. Nig. in c. Regni nouiter. Ias. in consi. 78. nu. 13. volum. 3. Aym. Grau. consi. 6. num. 102. & consi. 73. num. 4. & 29. Rola. consil. 95. nume. 14. & consil. 98. nume. 13. lib. 4. Cephal. consil. 402. nume. 7. Alex. consi. 72. num. 7. lib. 1. Dec. consil. 342. sub num. 4. Mars. consi. 2. num. 46. & consil. 29. nume. 26. Couarr. in lib. varia. resolutio. lib. 3. cap. 3. num. 5.

Tertio etiam sunt ponderanda verba testium. Nam si tempore quo se obligauerunt iurauerunt omnia in obligatione, seu instrumento contenta vera esse. Si nunc cum iuramento dicunt sibi vsuram commissam fuisse q; tales testes sunt periuri, & ex consequen-

8 ti non sunt idonei testes † ita Maxill. in dict. Consuet. Bari. & §. in permutationibus, & ita decisum fuisse dicit Octauia. Carcher. in decis. 72. nu. 7. per Bald. in l. si ex falsis, nū. 4. C. de transact. Deci. in consi. 405. col. 3. versi. similiter, & Crauett. in consi. 6. nu. 14.

Cum igitur in presenti informatione hec tria non concurrunt.

Primò non est articulatum illos esse homines probæ vitæ.

Secundò, quia non renunciauerunt eorum commodo.

Tertiò, quia tempore contractus iurauerunt omnia esse vera.

Quartò non concurrit cōtra inquisitum mala fama.

Quintò non est probatum alias fuisse solitum fenerari, & hoc procedit non in contractu mutui, sed in aliis contractibus hoc

9 constare debet † ita Bal. in l. cum allegas C. de vsur. Iacob. Menoch. in consi. 109. nu. 38. volum 2. vbi doctè.

Sextò, quia hic contractus non fuit vsurarius in spetie probatus, vt requiritur, vt dixi supra in conclusione.

Sequitur ergo dictum Petrum Iacobum esse absoluendum.

Et cum in anno 1587. die 4. Decembris in Terra Rutiliani fuisset querelatus magnificus Iulius Villa Fontana, & introducto per magnificum Capitaneum Ciuilem processum ad votandum. Per prædicta etiam absolui

Digitized by Google

solui dictum magnificum Iulium, & Ioănes Dominicus quærelans se quieuit.

Et in anno 1589. in eadem Terra, & Curia ciuili esset quęrelatus proui Ius Vitullus Canonicus eiusdem Terræ etiam ipsum per prædicta absolui, & etiam pars quærelans obmutuit.

Et in anno 1590 in eadem Curia ad quęrelam magnifici Donati de Petrillo fuit quęrelatus----de Cola Russo eiusdem Terrę per prædicta ipsum absolui feci, & Domino sit laus. Sempronius Ascia V.I.D.

ARGUMENTUM.

Prohibitio contrahentium non impedit translationem dominij, licet committatur pœna.

SUMMARIUM.

1 *Lex testator, & pars quo ad impediendam alienationem æquiparantur.*
2 *Contrahentes in eorum bonis, possunt apponere legem quam volunt.*
3 *Pactum resolutiuum, impedit alienationē.*
4 *Pactum contrahentium non impedit translationem Dominij.*
5 *Aliud est in prohibitione legis, vel testatoris.*
6 *Cautela Bald. in personis contrahentium ad impediendum declaratur.*
7 *Distinctio de Franch. in decis. 335. in 2. par. narratur.*
8 *Intellectus ad l. fi. C. de reb. alien. non alien.*
9 *Pars potest petere pœnam à contrauenientę.*

DETERMINATIO XCVIII.

IN Terra Canneti Prouintię Bari inter fratres de Monacello tēpore diuisionis bonorum fuit interpositum pactū tenoris sequentis, videlicet. Voluerunt ꝙ per partem, & portionem tangentem vnicuique ipsorum non possit vendi, nisi inter eos pretio quo existimabitur per communes amicos eligendos: & si quis eorum contrarium fecerit teneatur soluere pœnam ducatorum 150. parti præmissa seruanti, & quòd venditio alteri forsan facienda nullū habeat effectum promittentes ad inuicem, & obligantes prædicta omnia seruari, non contrauenire pro quibus &c. anteposuerunt &c. omnia bona &c. constitutione pręcarij &c. renunciauit &c. iurauit &c.

Euenit ꝙ in anno 1562. Marinus vnus ex dictis fratribus alienauit Dominico de Cascioni fundum vnū detto la Caceuolina de Landolfo, post spatium temporis D. Leonardus frater, & Nepotes alterius fratris egerūt contra venditorem petētes dictum fundum ad eos spectare vigore pacti prædicti iurati. Ita ꝙ venditio à fratre facta fuit nulla, & ex consequenti, nec dominium dicti fundi in emptorem translatum, & compilato processu ego determinaui in fauorem emptoris his validissimis rationibus, & primo.

Pro fratribus rei vendicantibus dicitur ꝙ lex testator, & contrahentes æquiparantur
1 quoad impediendum alienationes † ita est text. ad literam in l. fin. C. de reb. alien. non alienan.

Ratio est, quia cōtrahentes possunt in bonis proprijs apponere legem quam volunt
2 † l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. & l. ea lege C. de cond. ob caus. dat.

Secunda ratio est illa, quia in isto contractu est appositum pactum resolutiuum per illa verba (& ꝙ venditio alteri facienda sit ipso iure nulla) & ꝙ pactum resolutiuum
3 impediat dominij translationē † voluit Bar. & cæteri scrib. maximè Crot. & Rip. in l. filiusfamilias §. diui ff. de leg. 1. & maximè Rip in num. 88 & accuratè Alexan. in l. qui absenti §. 1. ff. de acquir. poss. & Dom. Alcia. in d. §. diui.

Ex parte Dominici emptoris dicebatur ꝙ pactum prędictum contrahentium non im-
4 pedit translationem dominij † ita glo. in d. l. fin. secus in prohibitione legis, vel testatoris,
5 † & ita Bald. & omnes tenent in d. l. ea lege, & in d. §. diui. plenè Grau. in consil. 201. nume. 3. 4. & 5. vbi doctè, & copiosè Petr. de Bellapert. in d. §. ea lege nu. 3. versi. breuiter ff. de verb. obliga. & ita Guid. Pap. & ibi addict. in decis. 569. incip. pactum, & Corset. in reperto. Abb. in litera A. in verb. Alienatio in verś. alienatio. facta. Alleg. Inno. in c. Rainaldus de testa. extra.

Secunda ratio est Bal. in l. fi. C. de pact. int. empt. & vendit. & Bar. in d. §. diui. num. 16. vbi quærunt, an possit dari cautela, vt possit prouideri ꝙ dominium nō transferatur pacto contrahentium, & dicit ꝙ sic, videlicet, ꝙ in tali contractu interponatur decretum iudicis cum clausula ꝙ si fiat contra pactum omne quod fit sit irritum, & inane, & hoc
6 firmat † Grau. in d. consi. 201. nu. 3. dum dicit, quia annullare actum spectat ad superiorem, hoc voluit Pau. de Castr. licet contrarium senserat in consi. 339. lib. 1. & Bald. in consil. 482. lib. 1. Deci. in l. in traditionibus C. de pact. & Rip. in d. §. diui patres nume. 92.

Digitized by Google

me.92. versic.quinto limitatur licet Alciat. contrarium ibi teneat pulchrè Bolognet. in d.§. diui, & hanc Baldi cautelam sequitur Dominus Vincen.de Franch.in suis decis.in decis.355.dum dixit, aut verba resolutiua respitiunt contractum gestum inter contrahentes, & tunc inter eos valet, & tenet. Aut respiciunt contractum in futurum gerendũ, vt est casus noster per illa verba,& ꝙ venditio alteri forsan facienda &c. & tunc tenet ꝙ sine decreto iudicis nõ transfertur domi-
7 nium &c. † quæ decis. Dom.de Franch tũc fuit in lucem edita quando causam ipsam p paucos dies antea determinaueram, & gauisus fui de decis.prædicta postquam secundũ eam quam non videram determinaui: & illud idem fuit de causa Actuarij Canniti, nã suam decis.non videram quando scripsi, qa adhuc non erat extra stampam teste Illustre Domino Barone Canneti, qui mihi retulit, ꝙ idem de Franch. ita in lucẽ decis. fecerat, & est illa quæ incipit tribus ex ritibus in parte 2. Et sic ad Dei laudem, & credo ꝙ Illustrissimus Dominus Fuluius de Costanzo nunc Regens meritissimus Regiam Cancellariam fororius dicti Illustris Baronis Canneti, hæc omnia meminerit ad Dei laudem, & Natt.cõsi.471.nu.9.vol.2 & ibi etiam per totum,& quod intestatore idem Natt.in cõsil.528,num.10.vol.3.& Iacob.Philip.Port. in conclus. 1.in lib.3.

Quibus veris non obstant in contrarium adducta, & præcisè l.fin. quæ valdè stringit
8 † nam Ripa eam declarat in d.l. & §.Diui num.88.& Salyc.in d.l.fi.dicit, ꝙ illa lex loquitur,& determinat, quæ intelligãtur prohibita, & ibi dicit, ꝙ interdicitur alienatio dominij hypotheca, & seruitus, & in hoc prohibitio l.testatoris, & pactum cõtrahentium æquiparantur, sed ibi non determinatur ꝙ pacto contrahentium dominium non transfertur: & clarius declarat Ias. in d.l.si quis ita promiserit §. ea lege de verb. oblig. & sic lex illa secundum intellectum prædictorum non obstat· verum dicunt oẽs Doct. ꝙ contra contrauenientem potest agi ad interesse, ita prædicti Doct. in locis prædictis, & præcipuè Petr.de Bellapert. in d.l.si ita qs in §.ea lege nu.2.ff.de verb.oblig.& num.4.

Et sic ad Dei laudem conclusi in fauorem emptoris me existente assessore in dicta Terra Canneti à qua fuit in R.P.A. & nũc pendet, & audio ꝙ non aliter prosequutus est, & mea Determinatio fuit executa,& Domino sit laus.

Est etiam in hac materia notãdum quòd quãdo fit aliqua venditio cũm pacto ꝙ medio tempore donec pretium non sit solutum dominium non transfertur ꝙ vicino in hoc casu competit ius congruum ita per multa concludit Vrsill in decis.338. & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Substitutio matris facta filijs pupillis valet, quia obliquatur, & efficitur commissaria, & patri in bonis filij competit legitima.& pactum restituendi dotes à fratribus factum valet in eo quod datur de proprio.

SVMMARIVM.

1 *FRatres dotantes sororem de bonis paternis non possunt pacisci dotem ad eos reuerti, quia adhibentur honoris causa.*
2 *Fratres videntur gerere negotium sororis.*
3 *Dos profectitia mortuo patre consolidatur in filiam.*
4 *Frater non tenetur dotare sororem nisi in casu inopiæ.*
5 *Pactum restituendi dotes à patre appositum non transit ad hæredes.*
6 *Consuetudine Barensi mulier viuo dotante, seu filijs, testari non potest.*
7 *Pater succedit filijs ab intestato morientibus.*
8 *Hæreditas ab intestato,ad proximiores trãsmittitur.*
9 *Mater pupillariter substituere non potest. quia filios in potestate non habet.*
10 *Fratres dotando vltra paragium dicuntur dotare de proprio.*
11 *Intellectus ad Consuetudinẽ Barensem (mulier licet domina sit)*
12 *Cessante causa prohibitionis cessat effectus.*
13 *Substitutio pupillaris facta extraneo cõtinet in se tacitam vulgarem.*
14 *Substitutio tali modo facta valet, vt fideicommissaria.*
15 *Pactum de dote restituenda fratribus in eo pluri de legitima valet.*
16 *Patri in bonis filij competit legitima tantũ.*

DETERMINATIO XCIX.

DELPHINA de lo Russo Terræ Valenzani, mortuo patre, ab eius fratribus Thoma de Machitella nuptui tradita fuit: apposito pacto per fratres, ꝙ si contigerit dictam Del-

Digitized by Google

Delphinam præmori sine filijs, vel cum filijs in minori ætate existentibus dictus Thomas eisdem fratribus dotantibus dotem restitueret.

Euenit, ꝙ dicta Delphina vitam cũ morte cõmutauit relictis filijs minoribus quos condito testamento vniuersales hæredes instituit: & eis substituit fratres suos dotãtes, mortua igitur Delphina filij minores Paulo post decesserunt, pater filiorum, & maritus dicebat dicta bona spectare ad ipsum patrẽ, & proximiorem filiorum; fratres dotantes replicabant bona illa ad illos spectare, & cõpilato processu ego sentẽtiando conclusi in fauorem fratrum dotantium his rationibus.

Pro parte mariti allegabatur ꝙ fratres nuptui tradendo sororẽ dotarunt de bonis paternis, & non ipsorum fratrum; & tali casu isti fratres censentur adhibiti honoris causa
1 ad stipulandum † per text. l. mulier bona §. fi. ff. de iur. dot. & Ratio est, quia videtur ge-
2 rere negotium sororis † ita Socyn. in consil. 121. nu 14. 1. vol. Dos ista dicitur profectitia, & morte patris est in filiam consolidata
3 † l. vnica §. quo C. de re vxo act. Quia frater non tenetur dotare sororem, nisi in casu
4 inopie † l. cum in plures §. 1. & l. cum post §. fin. ff. de admin. tut. no. glo. in l. non omni C. de admi. tut. Sal. in l. fi. C. de dot. promiss. Mar. Socy. consi. 17. num. 10. vol. 1.

Immò si pater tale pactum posuisset eo
5 mortuo ad hæredes non transmictitur † ita Rom. & Alex. in l. post dotem ff. solu. matr. & ibidem Ias. num 63. Bald. in l. fi. C. de dot. promiss. Capic. in decis. 176. in 1. dubio.

Secundo in Terra Valenzani viuitur iure Longobard. & secundum Consuetud. Ciuitatis Bari inter quas est illa sub rubr. de iur. dot. incip. (mulier licet domina sit) de qua plenè exposuimus in conclusio.---- per quã disponitur ꝙ filijs existentibus, vel viuis do-
6 tantibus mulier testari non potest † cũ igitur tempore conditi testamenti per Delphinam filij erant viui sequitur, ꝙ testamẽtum non valuit.

Sequitur necessario, ꝙ veri Domini fuerunt effecti filij, qui cum mortui sunt ab intestato in eorum hæredes succedit pater vti
7 proximior † auth. defuncto C. ad Tertullia. Nam quãdo quis moritur ab intestato trans-
8 mictit eius hæreditatẽ ad proximiores † iux. tex. l. cõficiuntur de iur. codicill. cum simil.

Tertio dicitur ꝙ illa substitutio pupillaris matris nõ valuit, quia mater filios in po-
9 testate non habet † l. 2. vbi Doct. in §. extraneum ff. de vulg. & §. extraneo inst. de pupilla. sub. Natt. in consi. 68. num. 2. col. 1.

Pro fratribus dotantibus dicitur, ꝙ ipsi sunt veri dotantes. Nam dos data huic Delphine eccedit suum paragium, in tantum ꝙ in illo pluri dotarunt de proprio, & in il-
10 lo pactum valet, & tenet † dixi supra in cõclus.--- & no. in fi. §. filiæ ff. de leg. 2. & in l. vnica §. accedit C. de rei vxor. actio.

Secundo dicũt fratres verum esse mulierem esse vsufructuariam, quia debet vti, & non abuti filiis existentibus, vel dotantibus intelligitur, vt non possit alienare in præiuditium filiorum, & testari: sed ipsa testata fuit, & instituit filios hæredes: ergo in tali testamento non est abusa: nam introducta est consuetudo illa in fauorem filiorum, & dotantium: in casu isto nullum fuit factum præiuditium, ergo cessat ista difficultas, & ex consequenti testamẽtum valuit, maximè quia vsu receptum est mulieres etiã de dote testari posse saltim pro anima de tertia par-
11 te, vt diximus in conclusione.--- † & ple. ne per Calderi. in consil. 20. & Petr. de Anchar. in consil. 25.

Cum igitur causa prohibendi testamentum defuit per mortem filiorum, debet remanere valida sua dispositio in fauorem fratrum dotãtium. & substitutorum: cum ces-
12 sante causa cesset effectus † l. adigere §. quãuis ff. de iur. patrona. & cap. cessante de appellat.

Nec obstat, ꝙ opponitur ꝙ mater pupillariter substituere non potest, quia ita se ha-
* bet communis * opi. Nam substitutio pupillaris facta ab extraneo, continet in se tacitã
13 vulgarem † l. vlt. C. de hær. inst. & sic obliquatur si iure directo non valet, & fit va-
14 let, vt fideicommissaria † ita Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. sub maximè, quia facta est sine præfinitione temporis. Ita plenius Alex. in d. l. 1. In tantum ꝙ si mater substituit filium pupillariter licet non valet tamen trahitur ad fideicommissarium per glo. no. in l. verbis ciuilibus ff. de vulg. sub. quam com-
* muniter * sequuntur ibi Doct. plenè Borgo. in tract. de vsu. mul. rel. num. 44.

His veris non obstant contraria. Nam fratres dotarunt de proprio, quia vltra legitimam, & in eo pactum valuit, & tenet in
15 fauorem ipsorum fratrum dotantium, † & secunda ratio procedit, quando dotarent de patrimonio respectu legitimè competentis secus in casu isto: vt notant nostri Regnicolæ in l. Regni in aliquibus. Vbi Afflict. maximè in num. 16.

Non obstat consuetudo, quia in casu isto ma-

Digitized by Google

mater non est abusa.

Non obstat substitutio pupillaris, quia obliquatur, & efficitur commissaria, vt dixi. Ergo &c.

Sententiaui in fauorem fratrum, verum
16 ꝙ huic patri detur legitima tantum† iuxta auth. Nouissima C. de impub. & ali.sub.& sic partes quieuere: Valézani in anno 1586. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulier emens domum, & possessionem acquirens, etiam cum pecunia mariti acquirit sibi, & non marito.

SVMMARIVM.

1 *VXor constante matrimonio omne quod acquirit præsumitur ex bonis viri, & eo soluto etiam.*

2 *Vxor emens etiam cum pecunia mariti, & habet dominium rei emptæ, maritus agit ad recuperandum pretium non autẽ ad domum emptam.*

3 *Instrumento standum est.*

4 *Maritus obligans se cum vxore principaliter se obligante ad soluẽdum debitum dicitur fideiussor.*

5 *Ex confessione mariti domus empta præsumitur ab vxore.*

6 *L.quintus ff. de donatio. non prohibet dominium ab vxore acquiri non posse.*

7 *In possessorio præsumptio locum non habet.*

DETERMINATIO C.

IN Ciuitate Bari, quædam mulier constante matrimonio domum quandam emit, & quia de parte pretij venditori debitrix remansit, & in alio instrumento se obligauit insimul cum marito infra certum tempus soluere, & dominiũ dictæ domus, mulier ipsa insimul cum viro inhabitans retinuit. Mortuo viro sui hæredes agũt pro recuperanda domo, & factis actis, & in Curia Ciuitatis prædictæ compilato processu, mulier sententiam in contrarium reportauit. Ab ea ad R. P. A. fuit appellatum, & remissa causa Regio Gubernatori, Don Philippo de Marsilijs Hispano, vt cum Consilio alterius Doctoris procederet, fuit mihi decidenda commissa, & viso processu, & auditis eorum Magnificis causæ patronis, sententiaui in fauorem mulieris asserens malè iudicatum ex infrascriptis.

Pro parte hæredum dicebatur, ꝙ omnia bona præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti, maximè si alia bona aliunde non habet. Ratio est illa ad euitandum turpem quæstũ
1 † l.quintus ff.de donat.int.vir.& vxor.l.etiã C.eod.tit.glo.in l.cum oportet in verb.ex e-
* ius substantia C.de bon.quę liber.& est* cõmunis opi.& voluit Gugliel.de cun.in auth. licentiam C.de epis. & cler. Franc.Crem.in sing.6. Luc.de Pen. in l.si tempora C.de fid. instr.lib.10.& Mascar.reperij post hæc scripta ita declarantẽ in tract.de probat.in conclus.30. incip. Acquisita per mulierẽ nũ. 1. vol.1.Cauo in c.2.de donat.int.vir. & vxor. & in c.1.de pecul.clerico. & doctè Alcia. in tracta. præsumpt.in præsumpt.26. & Card. Paris.in consi.62. 1.vol.per totum.

* Et hæc * communis conclusio procedit, non solum in acquisitis constante matrimonio, sed etiam eo soluto, vt per Alex.in consil.82.nume.3.volum.2.& Iacob.Philip. Port. in suo tractat. comm. conclusionum lib.1.conclus.14.per totam.

Pro vxore dicebatur, ꝙ quando ipsa emit nomine suo, & sibi traditur dominiũ rei, licet emat cum pecunia mariti, ꝙ in isto casu datur contra eam tantum actio personalis, & sic ad restituendum pretium non autem
2 rem emptam † ita dixit Bart.in l.etsi instrumenta de fide instrum.& iur.hastæ fiscal.lib. 10.quem sequitur Ang.& Io.de Plat.in nume.2.Bald.in consil.67. incip. punctus talis est in 5.vol. Signo.in consi.122.incip.factũ sic præponitur. Et idem in consi.126 Grau. in consil.61.nu.7. Bonacoss.in tract.de præsumpt.in littera V. versi vxor, doctè Tiber. Decian.in respon.48. per totum maximè in num.2.& 3.Fran.Bursat.in consi.103.incip. cum iussu serenissimæ per totum in volum.3. allegat text. l.primæ C. si quis alter. vel sibi, est elegans tex. l. multum interest, eod. tit. in tantum, ꝙ quando emit nomine suo, & sibi transfertur dominium, non competit actio realis, sed personalis secundum prædictos, & licet in c.2. Abb. & alij dicant, ꝙ competit rei vendicatio, intelligas quando non constaret mulierem emisse rem illam, quia alias esset ita Alciat.in 6.Reg. in 26. præsumptio.de præsumptio. Ripa in 4. respons. in 3.lib. in fin. & vt per Philipp. Port. in citato loco, & Boer.in decisio.81. nume.5. ibi nihilominus, & Iacob.Anell. de Bott. in addit. ad Bart. nouiter impressis in l. si patruus C. communi diuid. ibi

(adde

Digitized by Google

(adde ꝙ si vxor emit) per doctr. Bar. in l. & si instrumenta C. de fid. instrum. lib. 10. Ita etiā declarat Alciat. in d. præsumpt. 26. num. 14. in casu nostro vxor emit nomine proprio, sibi est traditum dominium, ergo huic instru-
3 mento standum est † l. cum precibus ibi Bal. C. de probatio. post glo. & Alex. in consi 37. num. 16. volum 2. & Iacob. Philip. Port in reg. seu conclusio. 14. versi. 4. limita Crot in l. frater à fratre colum. 34. Beltran. in consil. 98. volum. 3. Paris. consil. 80. volum. 1. Aym. consi. 81. primo vol.

Et corroboratur ex secundo instrumēto, in quo asseritur, ex emptione prædicta mulierem remanere debitricem in ducatis tot, quos promisit restituere infra tale tempus, & se obligauit etiam ipse maritus venditori, & in isto casu maritus præsumitur fideius-
4 sor † ita Ang. & Bald. in auth. hoc amplius C. de legat.

Et ex hac confessione mariti, probatur rē
5 esse vxoris † ita Bursat. in d. consil. nu. 5. vbi plenè, & de hac materia est videre Deci. in consil. 237. & Mascar. l. in d. conclus. 30 nume. 18. in 2. limitat. per dictum Salyc. in l. si non verum C. de donat. int. vir. & vxor. & in l. si mater C. de cōtrah. empt. & in d. l. quintus, quia in isto casu, standum est assertioni mariti ita Socyn. in consi. 71 volum 4 Alex. consil. 24 volum. 1. Alciat. in præsumpt 26. in reg. 3. & Ruyn. in consi. 44. volum. 5. cum alijs per eum allegatis, ad quem in hac materia recurre. Et Franc. Cremē. in singu. 6. incip. tu scis, & ibi additionator, ex quibus datur responsio ad dict. l. quintus cum simil. Et clarius Io. Franc. Bertac. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. in 1. tom. comm. opin. nu. 4. versic. res empta ab vxore alicuius, & Signorol. in allegato consi. Boer. in decis. 81 Ruyn. in consi. 44. vol. 5. Paris. in consi. 62. volum. 1. Aret. in consil. 31.

Dicebatur etiam ad prædicta corroborāda, ꝙ licet l. quintus præsumat bona esse acquisita ex patrimonio mariti illa ratione, causa euitandi turpem quæstum non tamen text. negat, ꝙ dominium, seu possessio rei
6 empte, non acquiratur per mulierem, † ita tenuit Mascard. in allegata conclus. num. 2. in fi. numeri, & Bald. in consil. 67. in quinta par. & eund. in consil. 70. 1. volum. num. 6.

Maximè, quia hic tractatur etiam de possessorio, cum mulier possidet, & in possesso-
7 rio non habet locum præsumptio † l. quintus, vt per Bald. in l. si vxorem C. de cond. insert. & per Alciat. in loco prædicto, præsertim, quia hæc mulier sola possedit, & posside-det. Vt per Alexan. in l. qui iure ff. de acquir. possess. & Mascar. in d. conclus. 30. num. 20. 1. vol. in d. tract. de probatio.

Et propterea ego dixi malè iudicatum, & condemnaui mulierem ad restituendū pretium habitum à viro, & ad retinendum domum iuxta doctrinam Bart. & Io. de Plat. in dict. l. & si instrumenta per illud in gl. multum interest, & sic fuit executum inter eos. & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Filia rem dotalem vendicare potest.

SVMMARIVM.

1 *IN rei vendicatione duo requiruntur principia; casuale, & formale.*
2 *Casuale principium quod est declaratur.*
3 *Per recollectionem fructuum probatur possessio.*
4 *Si filius ergo hæres.*
5 *Dominium siue si per modum acquirendi de iure gentium, vel ciuili sine traditione transit in hæredes, vel successorem.*
6 *Titulus excusat a perceptis fructibus, & nō percipiendis.*
7 *Cōfessio extraiuditialis absente parte ad obligandum non valet.*
8 *Geminata cōfessio debet probari per tres testes, & quomodo.*
9 *Confessio extra iuditialis ad hoc, vt valeat duo debent concurrere, præsentia, & acceptatio partis.*
10 *Confessio est simul fassio.*
11 *Testes repulsi non probant, & ꝙ erant tales tempore eorum depositionis.*
12 *Testis affinis non repellitur, nisi sit de ascendentibus.*
13 *Testimonium fratris est suspectum.*
14 *Vxor fratris est suspecta.*
15 *Testimonium suspectum non dicitur integrū.*
16 *Denunciatio post contractū non inducit malam fidem.*
17 *De iure canonico inducit malam fidem.*
18 *Testium dicta sunt adiuuanda, & non cauillanda ne in falsum incidant.*
19 *Præscriptio quomodo dēt articulari, et ꝓbari.*

DETERMINATIO CI.

IN Anno 1575. Castellanæ me ibi Gubernatore existente inter Rosam filiam legitimam, & naturalem quondam Margaritæ Iacobi de Sti-

P gliano

de Stigliano super rei vendicatione certarū vinearum, & magistrum Aureliū Persium orta fuit controuersia, quæ à me decisa extitit, vt infra.

Petijt hæc Rosa quasdam vineas, yti bona dotalia matris ad se filiam spectare, possessas per dictum magistrum Aurelium, qui allegabat eas titulo pmutationis possidere.

Dicebat actrix ꝙ obtinere debet, & primo, ꝙ in rei vendicatione duo principia requiruntur vnum quod dicitur casuale, & alterum quod dicitur formale.

Casuale igitur, est dominiū ex parte agen
3 tis, & formale est possessio conuenti † ita dicunt tex. l. in rem actio in prin. & l. ad offitiū C. de rei vend. secundum probat text l. his qui destinauit ff. eod. & l. vni. C. de alie. iud. mut. cau. fa. Ita Petr. de Bellapert. quē Bald. in d. l. 1. sequitur dixit, & Afflict. in constit. Regni incip. pœnam vnciarum in §. rei vendicatione num. 3. & nume. 16. sub rub. de pœna contu. lib. 1.

Probauit igitur actrix, matrem eius fuisse dominam vineæ prædictæ, ab ea etiam recolligendo fructus † Bart. & alij in l. nimis C. de acquir. poss.

Probauit quoq; fuisse dotales suæ matris: cui ipsa ab intestato vti filia legitima, & naturalis successit, & consequenter dominiū, ei quæsitū fuit, iuxta illud si filius ergo hæ-
4 res † arg. l. in suis ff. de libe. & posthu. l. nam, & si parentibus in princ. ff. de inoff. test. l. cum ratio de bon. dannato: §. sui inst. de rer. qual. & differ.

Dominium autē, siue sit per modum acquirendi de iure gentium, siue de iure ciuili, sine aliqua traditione ipso iure transit in
5 hæredem, vel successorem † ita glo. & Bart. in l. si aget ff. de rei ven. & not. in l. cum hæredes ff. de acquir. poss. & in l. traditionibus C. de pact.

Formale etiam fuit probatum, quia ipse Aurelius fatetur possidere, sed titulo pmutationis: & ex hoc inferebatur ꝙ debet excusari à condemnatione fructuum: sed ei fuit responsum ꝙ titulus non à percipien-
6 dis, sed à perceptis † excusat l. si fundum C. de rei vend. vbi gloss. in verbo (percepisse).

Nec obstat titulus, quia non produxit neque probauit: nec testes qui dicunt audiuisse à Margharita quòd permutauit, quia deponunt de cōfessione extraiuditiali, quæ
7 ad obligandum absente parte non valet † l. fin. ff de inter. act. l. certa §. si quis absente C. de confess. Nec ꝙ fuit geminata Bart. in l. quod scimus C. de agricol. & cens. lib. 10.

Nam debebat probari geminatio per tres, vel plures testes conformes, & ꝙ audiuerūt
8 sæpius iteratis vicibus † iux. not. in cap. fin. de success. ab intest. & l. fin. ff. in rem actio. l. triticum ff. de verbo. obligatio. & l. non fatetur de cōfess. per Doct. in l. Balista ff. ad Trebell. & in diuersis locis. Et vide quæ dico in Determi. prima num. 66.

Ad hoc igitur, vt confessio extraiuditialis valeat duo debent interuenire, præsentia partis, & etiam ꝙ pars acceptet, alias non
9 valet talis confessio † ita Dom. Cyn. in l. 1. in 6. quæstio. C. de confess. Alexan. in consil. 20. in 4. volum. incip. (N- -) nume. 1. Salyc. in dict. l. 1. nume...... & in l. iubemus C. de lib. causa & Alexan. in consil. 85. num. 4. volum. 7. & in consi. 183. num. 2. circa finem volum. eod.

Ratio est illa, quia confessio est idem, ꝙ simul fassio, quia deriuatur à faris, vel fare, farur, & dictio (con) illi iuncta idest (con-
10 fessio) denotat simultatem locutionis † l. 1. §. primo ff. de pact. l. consensu in princ. ff. de actio & oblig ita Alexan. in dict. l. & clarius etiam in consil. 82. incip. in causa, & lite vertente nume. 6. & clarius nume. 7. versi. (Imò si qua confessio) Dom. Ias. in l. postquam liti C. de pact. & idem Alexan. in consil. 20. num. 1. & 2. volum. 4. & consi. 111. num. 5. & 6. volum. 3. & idem in consil. 212. nu. 32. volum. 6.

Fuit etiam dictum, ꝙ ista confessio non fuit etiam legitime probata. Nam sunt examinati testes patientes varios defectus, & præsertim erant tales tempore eorum depo-
11 sitionis † l. tertia §. duæ causæ cum glo. in ver. (non eandem fidem) ff. de carb. edict. l. ad testium §. conditionē ff de testibus plenè per Alex consi. 133. viso processu in 2. column. in 1. volum. num. 4.

Et sunt inter alia reprobati, quia sunt affines ipsius Aurelij, & licet testis affinis non reperiatur prohibitus, nisi sit de ascendenti-
12 bus, vel descendentibus † iux. not. in l. parentes C. de test. tamen minus ei creditur Bart. in l. admonendi versic. (venio ad tertium) nume. 8. in columna nona, & Guliel. de Cun. in l. cui eorum §. affinitas ff. ff. de post. inquit, quòd non solum fratris testimonium est suspectum, quando depo-
13 nit pro fratre † verumetiam in vxore fra-
14 tris testificante pro eo idest sororio, † & ita tenet Bart. in authen. Affinitatis ff. de procurat. & quando testimonium alicuius est suspectum non dicitur integrum l. 3.

Digitized by Google

15 † l.3.in prin.ff.de test.per Alex.in consi. 18. viso processu num.4.vol.1.

Quo verò ad secundum de allegata præscriptione decem annorum ex quo pluries ei extra iuditium denunciatum fuit, vt vineas relaxaret, quia indebitè possidet, & quamuis ista denunciatio post contractum
16 non inducit malam fidem † per text. d. l. si fundum vbi Bal.C de rei vēd. prædicta procedunt de iure ciuil.

Sed de iure canonico talis denunciatio malam fidem inducit,quo iure, si mala fides superuenit ante completam præscriptionē eam impedit, & in hoc statur iuri canonico
17 propter peccatum, † vt not. Abb. & omnes
* *in cap.fi.de præscrip extra per Dyn.in reg. possessor de reg.iur.in 6.

Et quamuis testes Aurelij dicant (possedisse pacifice.& quiete, & nemine contradicente) debent interpretari de contradictione sui molestia non lata, nec illata in iuditio, & non de molestia extraiuditiali eidem Aurelio illata: vt actrix probauit qualiter pluries requisiuit eundem, vt relaxaret vineas, alias testes essent contrarij, ad fugiendum contrarietatem, ita ad concordiam reduci debent; quia testium dicta sunt adiuuanda,& non cauillāda, ne in falsum incur-
18 rant † c.cum tu de test.extra.

Accedat, quia allegata præscriptio non fuit formaliter articulata,& maximè ꝙ esset completa ante interpellationem: sed ex articulis & testibus patet post litem inchoatam, completam fuisse, & sic annos decē non curterunt,& sic non prodest, quia tem-
19 pus cōputatur à die articuli ꝓducti † hanc practicam nos docet Bart. in l. celsus ff. de vsucap.

Nec fuit articulatum qualiter ambe partes fuerunt in eadem Prouintia, vel Ciuitate, vt requiritur ideo Ang. in d.l.præscriptionem C.qui.non obijc.long.tēp.præscrip. Nos cautos redit in capitulando de præsentia vtriusq; partis, alias quis deficeret in salutari suo sequitur Alexand. consil. 117. in causa, & lite nume.--- versic.approbatur 2.volum.

Ex quibus omnibus declaraui in fauorē actricis contra Aurelium prædictum quem condemnaui ad restituendum vineas verum circa fructus se concordarunt, & ita executum fuit. In anno 1575. Castellanæ. Laus Deo.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulier, & filij possunt rei vendicare rem dotalem ab eadem matre venditam, & restitueret pretium emptori.

SVMMARIVM.

1 *Filij, vt filij, & non hæredes succedunt in re dotali.*
2 *Res dotalis est prohibita alienari etiam cum iuramento.*
3 *Iuramentum per statutum annullari potest.*
4 *Maritus, & vxor si confitentur pretium recepisse præsumitur pro medietate.*

DETERMINATIO CII.

MVLIER Andriella Terræ Casamaximè cum cōsensu sui viri domum quandam suam dotalem cum iuramēto, Felici de Mallone Terræ prædictæ vendidit, & in instrumento ambo pretium recepisse confessi sunt. Filij nunc rei vendicare volunt domū prædictam, & moto iuditio, & auditis omnibus determinaui, vt infra.

Præsupposito ꝙ sumus in Terra Casamaximæ Prouintiæ Bari in qua viuitur secundum consuetudinem dictæ Ciuitatis, & pluries diximus vigore consuetudinis quę incipit mulier licet domina sub rub.de iur. dot.
1 ꝙ dos est filiorum vti filiorum, & non hæredes.

Secundo considerandum est, ꝙ de iur. ci-
2 uil.res dotalis non permictitur alienari,† vt est tex.in l.lex Iulia ff.de fund.dot. & in l.vnica.& §.& cum lex C. de rei vxor.actio.& inst.quib.alien.licet &c.& in tantum est vera conclusio ista, ꝙ ipsimet alienantes possunt rei vendicare, & venire contra factum proprium etiam iuratum,vt diximus in Determinatione --concludunt Canoni. in cap. cum contingat. Vbi expressæ Io o.in nume. 19. de iur.iur.extra. Et Bart. in l.cum vir, vbi omnes ff.de vsucapio.& gloss. in dict.§. cum lex. in verb.alienare, vbi copiosè Saly. Bald.nouel. in tracta. dot. in septima par.in 12 limitatione, & dicit hanc communem
* Franc.Turza. in tracta. commun. opin.* in reg.115. & Io. Baptista de Caste.l. in allegat.secunda versic.quarto concluditur. & quòd iuramentum in Regno non obstet in Regno, est statutum per pragmaticam Velleani, & Imo.in d c.concludit ꝙ iuramentū per statutum annullari potest.

Digitized by Google

dispendia litium in verb. articul. vbi ad securitatem.

Ex quibus considerationibus declaraui malè iudicatum, & propterea q causa remaneat, vt iam per partes fuit petitum stan-
6 te notorio grauamine † iux.tex.c.vt debitus honor de appell.extra. & docet Couarr. in lib. pract.quæst.capitulo 9.nu.5.versi.quinta conclusio: & sic partes se quieuere, & ego postea causam determinaui, vt infra. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Absolutio impetrata ad detegendam fraudem contractus absque partis citatione cōceditur.

SVMMARIVM.

1 *ABsolutio regulariter nō conceditur parte non citata.*
2 *Absolutio si impetratur de facto valet.*
3 *Absolutio petita ad rescißionem dolosi contractus non conceditur parte non citata.*
4 *Absolutio bis promissa nō peti, si petitur annullatur.*
5 *Periurus impetrans absolutionem non auditur.*
6 *Periurus debet absolui à Summo Pontifice.*
7 *In petenda absolutione debet fieri mentio de iuramento, & q est maior.*
8 *Iudex laicus Ecclesiastico non obedit quando iuris ordine seruato non processit.*

DETERMINATIO CIV.

INtentatum fuit iuditiū contra instrumentum iuratum habita prius ab Episcopo absolutione contra agenté, fuit oppositum audiri non debere, quia in ipsa absolutione non fuit citatus. Nam petens absolutionem à iuramēto, debet prius
1 facere citare partē † ita Abb. in c.qua fronte, & ibi add.de app.extra vbi habetur q hęc
* est communis * opin. & per Anchar. in consil.382. & idem Abb. in c.1.de iur.iur.in versic.his autem sic discussis nume.4. & ibi Felyn.num.23.& 24.& quando Alex.in cōsil.66.num.13.& 14.vol.6. & in consi.118. nume.2.& 6 etiam parte non citata, vol.7. & idem in consi.213.nume.3.vol.eod.& Io. de Schia. in tracta.de iur.iur.par.4.quæst.6. num.5.Damād.in pupill patrici.c.4.nu.53. tom.8 par.2.& Franc.Turzan. in rubr.de roiud. in nume.167. incip. in absolutione in tom.tract.com.op 2. & ibi dicit hanc esse
* * communem.

Pro parte actoris dicebatur, q quādo absolutio procedit de facto etiam parte nō ci-
2 tata tenet, & valet † ita Abb.in eod.c.& no. in c.1. & in c.debitores de iur. iur.extra per Alex.in consil.49.num.20.in 4. volum. vbi refert Anto.de Patr. in d.cap. debitores, ita intrepidè tenere, & clarius per eund. Alex. in consil.227. in 2.volum. exorditur Alber. de Oliua in ritu Archiepiscopali in tit 12. Imò Franc.Bursat in consil.72 num.25 vo-
* lum.1. tenet q secundum magis * communem, citatio in absolutione non requiratur, & Gabriel in suo lib. conclus. conclusio 1. à num.85.vsque ad 90.in tom.com.opi.3.

Secundo dicebatur q ista absolutio iuramentalis non fuit petita ad rescissionem dolosi contractus, quia tunc procederet prima opi. sed fuit petita ad habilitandam personā ad detegendam fraudem contractus, quia
3 in tali casu partis citato non requiritur † ita Petr. de Anchar.in consil 18.num.6. Pau. de Castr.in consil.159.nume.7. vsque ad finem in 2.vol. Afflict. in decis.220.nume.10. vbi
* dicit istam esse magis * communem opin.& Oldrad.in consil 120 incip. ad duplicem finem: firmat Franc.Bursat.in consi.291. nume.24.volum.3.& Couarr. in lib. variorum resol.cap 4.num.5.& Natt.in consi.167.nume.5.& 6.vbi dicit, q ad finem agendi, & excipiendi absque citatione concedi debet,
* & hæc * opi.est vera, & approbata ab vsu, volum.1.& Iacob.Philip.Port. in conclus. 44. in 14.amplıat.lib.1.

Limita istam conclusionem si fuerit promissum bis in d. instrumento non impetra-
4 re, quia tunc diceretur nulla † ita Socyn. in consi.59.in 3.volum.& Fely. in c.debitores, & Bald in rep.l.secundæ ff.de iur.iur.argumento l. Iulianus in fi.ff de cond.ind.

Secundo limita non procedere quādo esset elapsus terminus in quo pmisit aliquid soluere, quia tali casu efficeretur periurus, & non debet audiri, quia frustra legis auxi-
5 lium implorat, qui committit in legem † l. auxilium ff. de minor.Feder.de Sen. in consil.291. quem sequitur, & refert Lodouic. Roman.in consil.326. in prima colum. vbi amplè hanc materiam tractat Franc. Curt. in l. si quis maior numero 24. C. de transactio Alexan.in consi.222 volum 2. Corn. in consilio 6. volumine 1. Cagnol. in proceßorum numero 263. & 264. & in l. si quis maior numero 153 vbi dicit quòd I non

potest absolui in tali casu nisi à summo Pon
6 tifice † Afflict.in decis.31.& ibi Vrsill.Rob. Maran. in eius pract. in 4.par. in 11. distin. num.41.

Intellige prędicta, quod impetrans debet declarare, quod præstitit iuramentum, & quod erat
7 maior † ita in terminis Abb.in consi.71.incip.quinque dubia in 4.dubio in 1.vol. & Socy.in d. consil.59.in 4.col. in 3.vol. & ra-
* tio est, quia minori secundum * cõmuniorem opin. doct. parte non citata conceditur absolutio Bursat.in consil.291.nume.42. in 3.volum.

Nec Iudex laicus debet obedire iudici ecclesiastico nisi quando iudex ecclesiasticus
8 processit seruato iuris ordine † ita Petr. de Anchar. in consi.382.num.8.versi.vtrobiq; Affl. in decis.220 per Fely.in c.1. post Abb. de iur.iur. vbi ad plenum.

Sed quia in casu nostro fuit petita relaxatio ad fraudem detegendam, ideo determinaui in causa procedendum esse, vt ita processum fuit, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Pater sine consensu filij maioris infantiæ procuratorem pro filio constituere non põtest.

SVMMARIVM.

1 *Contumax non auditur nisi refectis expensis.*
2 *Pater habet legitimam administrationem pro filijs in sua potestate existentibus.*
3 *Paria sunt cõparere, & non legitimè, quàm non comparere.*
4 *Pater sine consensu filiorum procuratorem constituere non potest.*
5 *Limitatio Pinelli declaratur.*
6 *Quando tractatur recuperãdi bona filiorum quorum est proprietas consensus requiritur.*
7 *Distinctio Ang. declaratur.*
8 *Cautela est, vt filius maior infante semper consentiat.*

DETERMINATIO CV.

AB Illustrissimo Marchione Terræ Acquauiuæ in Anno 1585. infrascripta causa, vti Iudici secundarum causarum commissa fuit: nam quædam mulier rei vendicare voluit quandam eius domum dotalem venditam cuidam: & hæc mulier citat patrem, & filios duos, quorum filiorum proprietas dictæ domus erat. Hieronymus pater cõstituit procuratorem simpliciter. Qui comparet, filij vero non comparuerunt, sed fuerunt effecti contumaces. Deinde comparent filij, & laudant suos authores: fuit eis oppositum, quod tamquã contumaces non debent audiri nisi refectis expen. per Capitaneum Terræ Acqueuiuæ fuit prouisum non debere audiri, nisi refectis expensis fuit appellatum. Ego declaraui, vt infra.

Dicebatur contra filios, quod ipsi tanquam contumaces non debent audiri nisi refectis
1 expẽsis † per tex. l. sancimus C. de iud.& in Regno habemus ritum Magnæ Curię num. 298.& hæ expensæ contumatiales, ita debentur, quod Iudex illas remictere non potest. Ratio est, quia non solum cõsideratur contemptus iudicis, sed etiam interesse partis. Ita declarat Iacob. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæst.36.

Filij dicebant se esse grauatos ex quo non potuerunt reputari contumaces, cum Hieronymus pater constituit procuratorem, & pater habet legitimam administrationẽ pro filiis, tanto magis cum ipsi sint in eius pote-
2 state † l. 1. C. de bon. mat. l cum oportet §. non autem l. cum non solum § patre, & §. hic procul C.de bon.quæ lib.

Respondebatur filiis, quod paria sunt filium comparere per procuratorem, & nõ habentem mandatum sufficiens, quàm non comparere: nam semper tali casu contumax re-
3 putatur † ita Bart. in l. 1. § vsus autem, vbi Clarius Pau. de Castr.num. 14. ff. de procur. Idem Bar.in l.si finita §. Iul[illegible] nume.13. versi. Sed quæro pone ff.de damn.infect. Sed Dominus Carolus Tironus. Qui nunc propter eius integram virtutem, & vitæ bonitatem effectus est, Regius Consiliarius in isto casu sic dicebat. Qui tunc temporis in seruitiis dicti Illustrissimi Marchionis Alberti postea effecti Ducis Atriæ se reperiebatur dicebat, vt infra. Qui nunc & c.

Pater iste sine cõsensu filiorum procura-
4 torem cõnstituere non potuit † secundum Innoc.in c.accedens num.1. de procura.extra hanc opi.sequuntur Saly. Ang. & Corn. in l.fi. §.vbi autem C. de bon.quæ lib. & Pau.de Castr.num.4. & ibi Alex. ad Bart in fin.Ang. Aret. in §.sinautem per procuratorem num.9. versic. & aduertas inst. de satisdat.& Cappel.Tholos.in decis.105. Itẽ fuit quæsitum an potest. Alb.in l. si longius §.si filius num.4. ff.de iudic.

Et

4 Et licet Aufrer. ibi dicat communẽ * opi. esse consensum nõ requiri; tamen Arius Pinell. in l. 1. in par. 2. num. 66. C. de bo. mater. dicit opi. Innocentij esse receptiorem apud legistas, & canonistas pro qua ducunt text. in d. l. fi. in d. §. vbi autẽ de bon. quæ lib. vbi clarè colligitur consensum filiorum esse adhibendum.

Verum idem Pinell. in d. 2. par. post nume. 66. tenet ꝙ verior opin. est, ꝙ pater potest sine consensu filij procuratorem constituere. Limitat hoc procedere in aduentitijs
5 extra † iuditium non tamen in iuditio.

In casu isto omnis difficultas videtur cessare, quia in hoc iuditio tractatur de rei ven dicatione, & sic de proprietate, & in isto casu Doctores, qui contrarium tenent, cócordant in hoc, ꝙ tali casu semper requiratur consensus filiorum quorum proprietas est,
6 † ita Ang. & Imo. in l. fi. §. pupillus ff. de verbo. obliga. Idem Aufr. in d. decis. 105. & Pinell. in alleg. loco num. 66. in eodem articulo placet.

Ang. in d. §. vbi autem volens concordare has opin. sic dixit. Aut filius (dummodo sit maior infante) ita intelligas hãc quæstionem) est contradicturus patri, & causam
7 contradicendi habet, † & tũc procedat opi. Innoc. & sequatium.

Aut non habet causam contradicendi, & tunc tacitus consensus filij valet, & tenet, & sic procedat opi. Bar. in d. l. 1. tamen ipse ibi dat cautelã, vt non incidatur in controuer-
8 siam, ꝙ filius semper consentiat, † & Villalob. in rub. de bon. mater. in 2. tom. com. opi. à num. 2. 3. 4. & 5. & allegat Viui. in suo tract. com. opi. in opi. 593. & hodie in sua Sil. in verb. pater opi. prædicta 593. lib. 2.

Et ego determinaui, ꝙ procedatur in causa, & de expen. habeatur ea ratio quæ de iure habenda erit in calculo ferendæ sẽtẽtię, maximè quia filius ratificauit acta facta per procuratorem à patre constitutum secundũ l. bonorum ff. rem rat. hab. Et Domino sit laus. Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Abbatissa monialium Cupersani Monasterij Sancti Benedicti habet iurisdictionem in clerum Terræ Castellani, sed non potest excommunicare.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa ius curæ animarum committere potest.*
2 *Abbatissa excommunicare non potest.*
3 *Abbatissa habet ius conferendi beneficia.*

DETERMINATIO CVI.

Me existente Gubernatore in Terra Castellanæ pluries interrogatus extiti, an Reuerẽda Abbatissa Monialium Sancti Benedicti Ciuitatis Cupersani quæ habet iurisdictionem Episcopalem in clerum dictæ Terræ si poterat habere curam animarũ dixi, ꝙ quo ad exercitium actuale curam animarum habere non potest: tamen ius curæ potest competere Monasterio monialium, & exercitium debet commicti Sacerdoti, &
1 viro capaci illius potestatis † ita est tex. in c. dilecta vbi Fely. in nu. 1. hoc affirmat de cõfirmat. vtili. vel inutil. sequitur Io. de Silua in tract. de beneficio in 5. q. num. 2. vbi etiã declaratur, ꝙ Abbatissa non potest excõmunicare etiam si esset consuetudo in contra-
2 rium † ita Innoc. in c. dilecta alleg. & Fely. ibi nu. 4. & de nostris firmat hanc conclusionem Deci. in l. fœminæ num. 8. ff. de reg. iur. vbi copiosè, & Iodoc. Danhouderius in enchirideo in verb. Abbatissa in tom. tracta. 3. com. opi. & Corset. in reper. Abb. in littera A. in verb. Abbatissa nu. 3.

Nec veretur ꝙ monasterium prædictum habet iurisdictionem, & etiam collationem benefitiorum hoc tenet intrepidè, & decla-
3 rat † Cæsar Lambert. in tract. iur. patron. in 1. par. in 2. lib. in 5. articulo in 1. q. principali num. 3. & Franc. Niconit. in cap. quoniam contra de probatio. par. 1. num. 381. in tom Repeten. 3.

Et sic respondi, & ab illo tunc solum Vicarius Monasterij, seu Abbatissæ fulminat sententias excommunicationis, & non sit mentio amplius de Abbatissa, vt per antea fiebat, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Baro cognoscit Vassallum suum verberantem actuarium, & non magna Curia Vicaria.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione officialium etiam actuarij continentur.*
2 *Sola Magna Curia cognoscit de excessu officialium.*
3 *Duo requiruntur, vt Magna Curia cognoscat*

Digitized by Google

sciat de delictis officialium.
4 *Verba rit. ut sunt intelligenda, ut cantant.*
5 *Ubi est diuersa ratio diuersum ius statui debet.*
6 *Baro, qui habet cognitionẽ primarum causarum debet cognoscere suos vassallos.*
7 *Decis. 27. Capicij quomodo procedit.*
8 *Officialis in proprio significatu, intelligitur de habente merum, & mistum Imperium.*

DETERMINATIO CVII.

ILLVSTRIS Dominus Franciscus Gerundus Baro Canneti à me scire voluit, utrum aliquis verberans offitialẽ, & in casu suo actuarium, suus Capitaneus cognoscere possit, & quia verberans accessit ad magnã Curiam Vicariæ si petendo remissionem obtinere posset, sic respõdi.

Ad prædictorum conclusionem sciendũ est qualiter appellatione officialium actua-
1 rij etiam cõtinetur † ita Afflict. declarat in rubr. quæ sunt regalia in ver. (potestas) nu. 47 per text. l. eum ff. de in ius vocan. iuncta glo. in ver. (offitium) & no. in ritu quæstio incip. Item ꝙ locumtenens.

Ex quibus sequitur ꝙ in hoc Regno sola Magna Curia Vicariæ cognoscit de excessi-
2 bus officialium † hoc dictãt tres ritus vnus in ordine in nu. 49. alius 51, & alius 61. sequitur ꝙ Capitaneus Baronis, nõ potest cognoscere, & successiuè, nec petere remissionem à Magna Curia, & sic dicto Illustri Baroni per suos Aduocatos à Ciuitate Neap. responsum fuit.

Ego consului contrarium his rationibus motus. & primo ponderaui verba rituum prædictorũ, dicit primus (Item ꝙ Curia ipsa, & quælibet ipsarum cognoscat de excessibus officialium aliorum delinquentium in eorum offitiis, & exercendo, & non aliter) verba alterius Ritus 51. sunt hæc. (Item ꝙ Curia ipsa, & quælibet ipsarum cognoscat de excessibus offitialium si delinquerint in offitiis eorum ea exercendo, & non aliter.)

Verba Ritus 61. sunt hæc. (Itẽ Curia cognoscit de excessibus offitialiũ si delinquant in offitijs ea exercendo, & non aliter.)

Dixi hos ritus duo requirere. Primum ꝙ offitiales delinquant, & hoc primum colligitur ex illis verbis (offitialium aliorum delinquentium)
(si delinquerint in offitiis).

Secundum requiritur, ꝙ sint in actu exercendi offitium hoc colligitur (in eorum offitijs ea exercendo, & non aliter).

His duabus conditionibus deficientibus dispositio rituum non procedit, nec se extẽdit cum verba sunt intelligenda, ut cantant
4 † l. serui vestri vbi Doct. C. de noxal. Hinc dicimus, ꝙ cessante ratione ritus cessat eius dispositio l. adigere §. quamuis ff. de iur. pat. c. cum cessante de appell.

Sequitur ꝙ prima conditio debet impleri actiuè, quasi velit, ꝙ offitiales commictãt delictum exercendo offitia.

Hic tractatur de offitiali verberato, & sic passiuè, & tempore quo non exercebat suũ offitium, vt dicemus infra. Sequitur ꝙ eorum dispositio non militat, & cum diuersa
5 sit ratio, diuersum ius statui debet † vulgata l. Papinianus exuli ff. de minori.

Hæc mea opin. procederet de plano: sed habemus Boer. in decis. 9. nu. 5. vbi intrepidè asserit; ꝙ tam actiuè, quàm passiuè debent cognosci per offitiales supremos, & ita Vincent. de Franch. in decis. 274. num. 4. & decis. 326. & Iacob. Anell. de Bott. in add. ad Bar. in l. in offitiales C. de off. recto. prouinc. vbi dicit, ꝙ tam si delinquit in offitio, vel aliquis delinquit in eũ, quia semper cognoscit Iudex à quo missus est offitialis quam Add. vidi post scripta mea.

Ego respondeo, & dico ꝙ illa decisio est vera nam ibi præsupponit ꝙ tam delinquẽs actiuè quàm passiuè ambo erant Beruarij Regis, & magna cum ratione, Baro vbi delinquerunt cognoscere non potest per iura per eum adducta.

Sed in casu nostro vassallus Baronis deliquit verberando actuarium. non in actu sui offitij, sed ludebat ad aleas in quadã domo priuati clerici terrę prædictę ergo illatio nõ valet. Ratio est in promptu, Baro habet cognitionem primarum causarum in eius Terra merum, & mixtum imperium cõtra suos
6 subditos ergo ad eum spectat punire † l. imperium vbi Doct. ff. de iurisd. om. iud. alias priuaretur ꝙ esse non debet ergo &c.

Secundo dixi ritus procedere in offitialibus Regijs, vt declaraui respondendo decis. Boer. Ita clarè declarat Capic. in decis. 27. & ego dum esse m Gubernator in iurisdictione criminali Rutiliani processaui Capitaneum ciuilem, qui deliquit extra offitiũ, verberando quandam suam famulam, & fuit in anno 1586. & plures alios Capitaneos audio etiã à dicta Curia fuisse processatos, quando excesserunt, & delinquerunt extra eorum offitium, sed in offitio tunc solum cognosci debent à Magna Curia Vicariæ.

Casus noster solum tractat de puniendo

vaxal-

Digitized by Google

vaxallum verberantem actuarium Baronis, & non Regis ergo &c.

Tertio respōdi titus procedere in officiali verè, & strictè capiendo, vt est in Capitaneo habente merum, & mixtum imperium, & non in scriba, seu actuario omni iurisdictione carente, & ꝙ actuarius iurisdictione caret hoc tenet Caraui. in ritu 49. nu. 21. & 23. & præsertim ea ratione, quia consuetudine habetur, ꝙ officiales Baronum puniant

8 actuarios Baronum † ita declarat apertè Innoc. in c. cum dilecti de pen. extra, & ego qui ab Anno 1571. vsq; ad præsentem annū 1590. exercui officia, fateor semper punisse actuarios delinquentes ergo &c.

Et sic fauente Domino non sine verecundia aduocatorum Neap. dicta causa in S. C. ventilata, & proprie in Aula Domini Vincentij de Franchis hodie legum veri iurecōsulti, fuit remissa dicto Illustri Baroni, & adest eiusdem decis. incip. ex tribus ritibus in secunda parte. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Tempus quatuor mēsium patronis laicis ad præsentandum currit à die scientiæ, & non vacationis benefitiorum.

SVMMARIVM.

1 *Patroni non præsentantes in quatuor menses, præsentatio spectat ad Episcopum.*

2 *Tempus quatuor mensium patronis laicis currit à die vacationis.*

3 *Tempus quatuor mensium patronis currit à die scientia.*

4 *Tempus præsentandi currit à die vera scientia.*

5 *Intellectus ad capitulum de multa, de præbend.*

DETERMINATIO CVIII.

MORTVO Donno Petro Antonio de Petrillis Terræ Rutiliani extra Terram prædictam qui multorum benefitiorum iuris patronatus laicorum Rector erat: Domini, & patroni nescientes eius mortem intra terminum quatuor mensium, non alium Rectorem præsentauerūt: hac de causa Reuerendissimus Archipresbyter Rutiliani qui loco Episcopi fungitur cum sit nullius Diocæsis cuius ego cōsultor ordinarius erā, ipsa benefitia præsentare, & instituere volebat, ego auditis omnibus determinaui, vt infra.

Dicebat Dominus Archipresbyter, ꝙ nō præsentantibus patronis laicis in quatuor menses, institutio, & præsentatio spectat ad

1 Episcopum † text. est in c. si vero de iur. patron. extra.

Secundo allegabat ꝙ istud tempus currit

2 à die vacationis † ita est tex. in cap. de multa de præbend. ibi (quantum à tempore vacationis).

Pro parte patronorum dicebatur, ꝙ istud tempus non currit nisi à die scientiæ verè, &

3 non à die vacationis, † ita est tex. ad literam in c. licet magister ibi (non à die vacationis, sed à notitia computato) vb. glo. in d. verb. (notitia) de supplen. negli. præla. extra, & clarius est text. in c. quia diuersitatem in fin. verbis. Vbi Innoc. de concess. præben. eccles. non vacant.

Et glo. in c. nulla in verb. (infra sex menses) eod. tit. vbi Io. de Imo. in ead. glo. vbi dicit, ꝙ non currat nisi à die scientiæ: Ita declarat etiam Dom. Petr. de Baisco. in tracta. directorium electionum in 1. par. in c. 23. & ꝙ non currat nisi à die scientię. Ita communiter * tenetur est decis. Rot. in vlt. recoll. p Ber. de Bisgnetto in rub. de iur. patro nu. 3. incip. quo tempore currat l itaq. in tracta. consangui. in § 35. in gloss. in verb. ignorās num. 7. fol. mihi 560. Maxill. in Comment. Consuet. Barens. in §. Ecclesias nu 8. de Sac. Sanct. Eccl. & idem Petr. in d. tracta. & loco ꝙ quo ad præsentationem tempus currit à

4 die veræ notitiæ † num. 4. in tom. tracta. 15. par. 1. & Gugliel. Mādagot. in tract. de elect. nou. prela. in c. 3. incip. cum in multis in littera R. in glo. in ver. (sciuerunt) in eod. tom.

His veris, non obstat tex. c. de multa, quia Innoc. illum tex. declarat dicens: ꝙ tempus currit à die vacationis; supple, & scientiæ in d. c. nulla de concessio. præb. eccl. non vacant, & ita declarat etiam supradictus Gugliel. in citato loco vide glo. in c. 1. in verb. (vacationis) Abb. in c. quia prop. nume. 3. Franc. in cap. electio in vltimo not. in 6. de elect. Bald. in l. genero nume. 2. ff. de his qui. not. infam.

Et sic declaraui ad patronos non currisse tempus nisi à die scientiæ, & quia à dicto tempore non transacti menses quatuor, determinaui spectare ius præsentādi ad patronos, vt iam præsentauerūt, & processum fuit ad institutionem, Rutiliani in anno 589. Et Dño sit laus. Sempronius Ascia V.I.D.

AR-

Digitized by Google

na hæreditaria habet tacitam hypothecam
2 ratione legati † § nostra autem inst.de lega. vltra actionem personalem, & in rem, vt in d.tex.vbi glo.in ver.(per hypothecariam)& no.in l. 1. C. commu.de lega. & l.cum filius §. varijs ff. de legat. 2.l. de creditoribus ff. de sepa.

Et ista tacita hypotheca,quę competit legatario in bonis testatoris cōtra hæredes, est
3 pro rata bonorum,& non insolidum † ita est tex.l.primæ in fi.iuxta glo.i verb.(in omnibus) C. commu.de legat. est etiam similis glo.in l. 2. C. de debito.ciuit. lib. 11. in ver.(obnoxijs)Bald.Bar.Ang.Salyc. & omnes in d.l.1.Io.Faber in d.l.1.num.3.versic. (nota hic) & Io.de Plat.in d.l.2.num. 1.in ver.(sequitur versi.& quia nefas) & Neguf. in tra-ctā.pigno.in 8.par.memb.1.num. 21.

Concordat etiam tex.l.fin.ibi (vel rerum eius possessores) C.quo quis ordi.cōuenien. lib. 11.vbi etiam Bar.& hoc est speciale,licet regulariter hypotheca sit contra ita glo. dicit per tex.l.secundæ C.si vnus ex pluri.hæred.hanc opin. verissimam esse affirmat Nicosant.in tract.pigno.in 2.par. principali in 4.membro in versi. (tertio limito regulam) num.160. Vrsill.sequitur in decis.Afſl.213. num.5.Et Cotta.in memoriali in verb. connexo,& Borgo.Caual.in tract.de vsufr.mul. in princ.num. 15.

Pro parte Ecclesiæ dicebatur,ꝙ isti hæredes teneantur insolidum ponderatis bene verbis testatoris: nam testator dixit[ordino che si faccia vna Cappella &c.] & non dixit[ordino che si spendano dodici onze in fabricarsi vna cappella] Nam testator incepit à constructione cappelle, & in isto casu hære-
3 des tenentur insolidum † tex.est clarus in l. fideicommissa in §. penult. & ibi Bart. qui hanc facit distinctionem ff.de lega.3 est etiā pulcher text.in l.in exequutione §.secunda ff.de verb.oblig. in 2.respon.

Ratio est clara , quia construere opus est
4 indiuiduum,ita dicunt omnes † in §.famoso,Cato ff.de verb.obliga. & hanc Bartoli opin.seu distinctionem approbat Alex. in l. stipulationes non diuiduntur col. 2.num.6. ff. eod.tit. Ias. in l.2.§. & harum in 2.not.à num.9. vsque ad 13. hoc declarat ff eod.tit. de verb.oblig.Socyn.in d.§.& harum nu.3. licet Ang.& Imo.in d.l in executione tenēt intrepidè, ꝙ omni casu quo testator ordinat fiat opus. Aut ꝙ ibeo incipiat, vel à pecunia,semper hæredes tenētur insolidum Paul. de Castr. ibi lem nume. 6. & Ang. de Gambell.in tract.de testa. in glo.9. vbi tenēt hanc partem in num. - in tom.tract. in 8.in 1.par. & hæres vnusquisque insolidum tenetur adimplere factum indiuiduum, & Alciat.in d. §. Cato num.41. dicit hanc opi. communem esse , vt refert Vezzi.in tracta.
* comm.opi. *in tom.2.sub rub. de iur.delib. nu.103 incip. hæres vnusquisq; insolidum.

Non obstant dicta per hæredes, quia tex., & Doct.loquuntur in legato diuiduo, secus est indiuiduo, vt est casus noster. Hanc re-
5 sponsionem dat hæc concordando † Dec. in l.pacto successorum num. 1.versi. (& supradicta) C.de pact allegat tex.l.hęredes § antea ff. famil. ercisc. & per Cottam in d. memoriali in verbo prædicto connexorum.

Alteram limitationem dat ad prima iura Dom.Vincen. de Franch.in decis.203. & est casus suus est legatū alimentorum præ-
6 sentium,& debendorum, quia hæredes etiā insolidum tenentur.

Ex quibus omnibus determinaui, & condemnaui vnum ex hęredibus ad soluendum dictas vntias 12. & breui manu ab alijs cohæredibus repetat. & dicti hæredes de Lione, qui ad prædicta tenebantur quieuere,& sic exequutum fuit, & facta fuit Cappella Mole in anno 1584. Et Domino sit laus.

ARGVMENTVM.

In crimine adulterij, vel stupri licet crimen sit publicum non potest ex officio procedi, sed ad quærelam secus quando esset publicum,& notorium.

SVMMARIVM.

1 *IN crimine adulterij stupri, vel incestus ex officio procedi non potest.*
2 *Confessioni mulieris, vel stuprate non creditur.*
3 *Dictum vnius, dictum nullius.*
4 *Creditur mulieri se virginem, sed non à tali stupratam.*
5 *Statur dicto matronarum, & non mulieris stuprate.*
6 *Varians nil probat.*
7 *Testi varianti non creditur.*

DETERMINATIO CXI.

IN Anno 1585.me existente Iudice,& consultore Illustris Domini Ferdinādi Scaglione RegijGubernatoris Terræ Molæ Magnificus Iustinus de Girardis V.I.D. ad quærelam Magnifici Brancatij

Digitized by Google

24 *Nemo debet amoueri à possessione in qua reperitur etiam si immineret periculu deueniendi ad arma.*

DETERMINATIO CXII.

REVERENDVM D. Iacobum de Amenduno Terræ Acquauiuæ contra alios Magnificos de Amenduno obtinere debere in hac causa emptionis herbarum pro ducatis centum ex infrascriptis liquet.

Contra D. Iacobum adducunt ꝙ venditio herbarum pro ducatis cētum cum pacto de retrouendendo infra certum tempus fuit simulata cum hodie prætendunt herbam prædictam valere maiori pretio, & sic cum adest pactum de retrouendendo, & minoritas pretij ipso iure cōtractus præsumitur simulatus † ita not. Doct. in c. illo vos de pignor. extra. & dixi alias in determinatione prima, in primo articulo à numero primo, & Petrus Mangrell. in suis Additionibus ad Bart. in princ. in rubr. C. plus val. quod agitur.

Et ex hoc infertur, ꝙ dicit Iacob. de Sant. Giorg. in l. mutuum in princ. ff. si cert. petat. quod si fit venditio. Minus iusto pretio quamuis sit elapsum tempus retrouendendi quod possit emptor vrgeri † ad restitutionem.

His non obstantibus in hoc casu contrarium est dicendum: nam venditio cum pacto de retrouendendo, est valida, etiam si fit intra determinatum tempus, † & de iur. ciuil est tex. in l. 2. & ibi scrib C de pact. inter empt. & vend. & l. si creditor §. illud de distra. pig. ff & plenè Deci. in consil. 544. & in tantum est hoc verum, ꝙ non obstante lapsu termini appositi in instrumento reemendi, emptor non cogitur vlterius ad retrouendendum. Ita pulchrè in proprijs terminis consuluit Ang. in consi. 199. Titius rem quā emit. Ideo Abb. in c ad nostram nu. 8. versic. (primus casus) de empt. & vendit. extra, & Bal. in d. l. 2. dixerunt, ꝙ in tali casu emptor 4 lucratur fructus, † & ante eos Hostien. in Summ. in rub. de vsur. §. in aliquo casu versic. (nono si vendo)

Et talis venditio non solum de iure ciuili, 5 sed etiam canonico est approbata, † vt per gloss. & scrib. in dict. cap. ad nostram, & in cap. conquestus de vsur. & Foller. in Pragmatica de cens. in ver. (instru grat.) in prin. affirmat, ꝙ etiam secundum Theologos talis venditio cum simplici pacto de retrouendendo est approbata, vt ibi per eum, & legitur leuitici in cap. 25. vbi Dominus prohibuit filijs Israel venditionem terræ suæ in perpetuum, sed mandauit, ꝙ venderent sub redemptionis conditione.

Et quòd contractus iste non possit præsumi pignoratitius, seu vsurarius patet. Nam in actis non constat, vt præsupponebatur, quòd D. Iacobus voluit permutare, & quòd 6 extorsit emptionem, † & post Odofred. videtur sentire Bal à contrario sensu in l. empti C. plus valere quod agit.

Nam constat dictum Ioannem Iacobum non fuisse solitum similes contractus fa7 cere, † vt vult tex. l. 4. §. ab ignoto ff. de manumiss. & vult Bart. in consil. ---- incip. Petrus Nicolæ.

Nec est probatum minus pretium, in tantum, quòd deficientibus omnibus istis tribus nullo modo contractus est præsumendus si8 mulatus, vt concludunt communiter † Doctor. in dict. cap. ad nostram, & cap. illo vos de pigno. extra, & Alexand. in consilio 38. numero 4. volumine 4. & in consilio 54. in primo dubio volumine 6. & in consilio 109. numero 14. volumine quarto, & idem in consilio 111. numero primo, volumine tertio, & idem in consilio 38. numero quarto, volumine 4.

Pactum solum de retrouendendo non sufficit cum sit approbatum ab omni iure, 9 vt dixi in numero quinto, † & Cagnol. refert in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. num. 7.

Ad contraria patet responsio nihilominus respondetur, quòd dum prædicta sola non sufficerent, cum omnia tria debent concurrere, sed sit quicquid sit.

Dico in casu nostro venditionem esse factam pro iusto pretio, nam fuit empta herba tempore Iulij, & nondum erat, & sic 10 fuit empta spes quæ benè valuit † l. si iactum ff. de actio. emptio. & tempore quo fuit empta herba maiori pretio non valebat; 11 † quod tempus in contractibus attenditur iuxta tex. l. si voluntas, & l. secunda C. de rescinden. vendit. & vide quæ scripsi in determinatione prima vbi ad saturitatem circa hunc articulum.

Nec alia mala coniectura concurrit contra prædictum Dominum Ioannem Iacobum cum liquet herba emisse pro suis pacis. & non causa lucrandi, ergo, &c, † & ita tenet Iacob. in dict. l. mutuum in nume. 2. ff. si cert. petat. cum bona vita multa prodest ad su-

Q

suspitionem tollendam.

Sed quia pars aduersa intendit lite pendente ꝓhibere, ne Bacce supradicti emptoris vadant ad pasculandum dubitatur, an debeat audiri.

Et primo, ꝙ Iudex ad eorum instantiam possit prohibere, & herbam sequestrare, &
13 ne partes veniant ad arma primo ꝙ sic † vt per tex. l. equissimum, & ibi Doct. ff. de vsufru. & l. fi. ff. de off. procur. Cæsar, & Bar. in l. quod iussit post glo. ff. de re iud. & Specul. in tit. de sequest. poss. & fructu. in §. versi. (sed nunquid); Bal. in l. ordinarij 4. col. versic. Sed hic quæro C. de rei vend.

His non obstantibus in hoc casu contrarium est dicendum: nam Donnus Ioannes Iacobus possidet herbam, & à die venditionis fuit sibi translatum dominium, qua propter Iudex non potest spoliare ipsum à prædicta sua possessione pendente lite, sed manuteneri: quamuis dubitaretur ꝙ partes ve-
14 nirent ad arma † ita notabiliter dixit Bald. in d. l. equissimum, & in l. fin. C. de ord. cognitio. & in c. 2. in 2. colum. de vit. & honest. cler. extra Ias. in l. quidam existimauerũt in 3. colum. ff. si cer. petat. & sequitur pulchrè Marsil. in eius pract. in §. pro complimento in fi. qui quotas allegat.

Contraria procedunt, quando neuter possideret, vt per Marsi. in d. §. ad plenum.

Ex quibus omnibus sic interrogatus, in fauorem dicti D. Ioannis Iacobi respondi, & his visis ad concordiam partes ipse deuenerunt in anno 1571. Ad Dei laudem, & gloriam.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Statutum artans aliquem præcisè ad aliquid faciendum intelligitur si ille fuerit requisitus, alias non arctat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum arctans aliquem ad vendendum intelligitur si fuerit requisitus.*
2 *Banni non ligant eum, qui promptus est vendere, & excusatur à pena.*
3 *Error scribentis, parti nocere non debet.*
4 *Solitus errare, semper ita præsumitur.*
5 *In dubio contra fiscum quando tractatur de pena, & lucro, est pronunciandum, secus in materia contractus.*

DETERMINATIO CXIII.

EXCELLENS Domine Martine V.I.D. Commissari specialiter deputate super frumétis ab Illust. & Ecc. Protege, in hac Prouintia Terræ Bari intendido dico prouidum Marcum Antonium Pontellusium Terræ Capursij à pena, vt prætenditur in cursa liberari debere, & quoad primum quod prætenditur, ꝙ contra formam Bannorum Marcus Antonius ipse horrea aperta non tenebat. Dico ꝙ Turris in qua est repertum granum, seu frumentum est in eius Massaria extra Terram circa medium miliare, & clausa ex omni capite detineri debet.

Nihilominus constat intus Terrã Capursij in eius domo tenere frumentum, quod vendebat petentibus: nam quando leges, vel statuta arctant aliquem ad aliquid faciendum verbis præcisis, & necessitatiuis intelligun-
1 tur si petatur à parte † ita in propriis terminis Ias. in l. admonendi in prima lectura. nume. 11. ff. de iur. iur. & facit tex. l. primæ §. magistratibus ff. de magi. conueni. iuncta gl. & l. vniuersa, & ibi Doct. C. de preci. imper. offer. & ibi per Iaso. & Pau. de Castr. in l. peto §. fratre in fin. ff. de leg. 1. & Hippol. de Marsi. in l. vnius §. cogniturum ff. de quæst. & facit etiam quod dicit Bar. in l. 1. §. primo ff. ad Trebell.

In processu, & informatione Excellens Domine, non liquet quòd requisitus non vendit, nescio quomodo molestatur: cum est in processu verificatum quòd in Terra Capursij emanare fecit publica Banna, vt qui vult emere frumentum, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ quòd vadat ad eius domum, quia promptus est vendere, & con-
2 stat etiam vendidisse quàm pluribus, vt in eius defensionibus, & præcisè in nona exceptione in vltimis, & in quarta, & quinta in primis.

In hoc sumus in claris, & est satisfactum, & Banno Regio, & Regis Pragmaticæ, & parum obstat de Turri. Res procederet de Plano, si non prætenderetur ipsum non dedisse listam frumenti integram, cum sint reperti annotati in lista Regia, tumuli centum tantum, & in eius Turri, & domo, tombole ducentum.

Digitized by Google

Ad hoc est dictum, & probatum, qualiter tempore quo fuit data nota frumenti Laurentio, vti tunc scribe, Marcus Antonius ipse dixit [scriuemi ducento tōbola di grano.] Hoc est probatum per testes examinatos in secunda exceptione, quamuis centum reperiuntur annotati præsumitur fuisse errore

6 scribentis, † vt per Bart. in l. errore C. de erro. aduoc vbi ponitur exemplum de Iudice condemnante in quinquaginta, & reperitur in centum, nam si testes dicunt audiuisse in quinquaginta, talis ꝓbatio valet, & ita Bal. etiam in l. fi. C. de re iud. & idem Bar. in l. errore C. de testam. vbi etiam dixit, ꝙ si testator dicit vnum, & Notarius aliud scribit. ꝙ si probatur voluntas testatoris per duos testes quod sit præsumitur errore Notarii aliud scriptum & error scribentis nullo modo nocere debet parti, ita est text. in l. librarius. & ibi Bar. & Deci. ff. de reg iur. & in l. Imperator ff. de stat hom. Deci. in consil. 175. nu 7. versi (septimo non obstat).

Accedat qualiter Laurentius est publicus Ebrius, & solitus in eademmet lista plures alios similes errores fecisse, vt p testes examinatos in 5. & 6. exceptione probatū est, & sic solitus semper præsumitur in eodem genere

7 † per reg. qui semel de reg. iur. in 6. cū simil. & est probatum ꝙ tempore quo scripsit, erat Ebrius, & ideo ei non credendū, vt per Rip. in l fi. in q. 22. C. de reuocan. dona. & diffusè Grau. in consi. 169. vol. 1.

Et quatenus fieret dubium quod nō creditur, ex hac ratione Marcus Antonius debet obtinere, nam liquet vnum esse scriptum in nota, seu lista frumenti, & aliud esse probatum p testes Et sic sumus in probatione dubia, & quando sumus huiusmodi, ex quo fiscus tractat de lucro, & Marcus Antonius de damno, p in probatione dubia, contra fiscū

8 est iudicandum † tex est ad litteram in l. nō puto ff. de iur. fisc. ita pulchrè etiā dicit Ias. in l. de die ponenda nu. 3. versic. sed in contrarium ff. qui satisda. cogant. & idem Ias. in consil. 99. num. 2. & 3. 1. volum. vbi limitat hanc legem dicens, ꝙ procedit l. non puto quando fiscus veniret ex delicto commisso per aliquem, ita ꝙ bona publicarentur, vel quando venit contra aliquem tanquam contra indignum cū quilibet reputatur dignus l. cum quidam ff. de legat. 2. Sed secus esset si veniret ex contractu suo, vel alterius cui successit, quia in isto casu fiscus est fauorabilis. & in dubio in eius fauorem iudicandum est l. 1. in fin. C. de cad. toll. hæc per eum in dict. consil. quem vide, & in nume. 11. At in casu isto sumus in delicto ergo &c. & plenè per Alexan. & Socyn. in l. 2. ff. solu. matrim. & Andr. de Iser. in constit. si damna clandestina in vltima colum. lib. 1. Matthesill. in singul. 72. incip. Nota mirabilem regulam, & per Capic. in decis. 94. & per Marsil. in rubr. de probatio. nume. 393. fol. 50. & Ias. in consil. 167. num. 2. volum. 3. Burtat. in consil. 279. nume. 19. volum. 3. Angel. Aret. in §. fin. inst. quib. mod. test. infir.

Ex quibus concluditur in fauorem prædicti Marci Antonij in vtroque capite, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

In re donata licet cōcipiatur instrumentum venditionis ius congruum non habet locum.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus in re contigua vendita habet ius congruum.*

2 *Emens rem maioris pretij pro modico, dicitur donatarius, & non emptor.*

DETERMINATIO CXIV.

QVIDAM de Terra Molæ multa seruitia præstiterat cuidā nobili, qui volens ipsum remunerare donauit possessionem quandam, sed quia erat maioris valoris pro modico pretio dictam possessionē vendidit, & quod plus valebat donauit.

Quidam habens possessionem cōtiguam, petijt illam possessionem ad se spectare iure congrui, replicabatur ꝙ licet instrumentum cantat venditionis nihilominus erat donationis. Prætendens ius congruum adducebat pro se l. sancimus de iur. congruo. Secundo adducebat doctrinam Bart. in l. non vsque ad eo ff. si quis comparente fuerit manumiss. vbi dixit, quòd ista dicitur vera venditio.

Pro contraria parte allegabat doctr. Francisci Cur. in l. conditionis incertū in nu. 10.

C.de pact.vbi dicit, quod emẽs res maioris pretij, pro modico dicitur donatarius, & non emptor, & quod sit donatio vera est gl.in l.apud celsum §.de auctoris in verb. (causa) ff. excep.dol. exorditur Deci. in l. imaginaria ff. de reg iur. Tiraq. in l.si vnquam in glo.in verb. (largitus) nume.3. & ibi affirmat esse veram donationem C.de reuoc.donat.& ibi dicit, quod d.l. si vnquam habet locum in dicta venditione modico pretio facta. Fab. in tract.de empt & ven l. in 5.artic. q.5.versic. (circa quintum) nume.32.in 6.tom. tracta. par.1.

Ratio est, quia ex modicitate pretij decernimus, vnum cõtractum ab alio. Ita glo.notabilis in l.1.in princ.ff.de superfic.& in d.l. condictionis, & per Bald. in prohemio feudorum num.11.& Bar.d l.aristo ff. de dona. Iacob.Philipp.Porr.in conclus.35,versi.(septimo amplia)lib. 1.Allegat Socy.post Cyn. in l.1.C.de pactis. Et idem Socy.consi.215. 1.volum. Ruyn.in consil.18.in 4.vol. & in d.l.condictionis Franc.Curt. dicit, quod sit do-
* natio, & non venditio hanc esse * communẽ opin.& sic non obstat doctrina Bar. quia cõmunis opi.est contra eum; Et propterea determinaui, vicino ius congruum nõ competere, & sic fuit exequutum. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia. V.I.D.

ARGVMENTVM.

Sponsio quę vulgo dicitur inguaggiatura est permissa, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Sponsio qua vulgariter dicitur la scommessa si est iusta valet.*
2 *Sponsio tunc valet, quando fit depositis pignoribus.*
3 *Sponsio valet, data fide, qua habet vim iuramenti si fit nudo pacto.*
4 *Nominatus à Summo Pontifice in Cardinalem, dicitur Cardinalis.*
5 *Etiam absque aliqua dentur insignia, & alia qua declarantur.*
6 *Abbas electus ante benedictionem, dicitur Abbas.*
7 *Habitus non facit monachum.*
8 *Summus Pontifex, solo verbo creat Episcopos, & alios.*
9 *Pronunciatus per Papam in Pralatum, dicitur Pralatus.*
10 *Gratia solo verbo perficitur.*
11 *Littera non sunt deesse, sed ad probandum fiunt.*
12 *Agens, & patiens debent esse bene dispositi.*
13 *Mortuus non dicitur homo, sed cadauer.*
14 *Mortuo non datur dignitas.*
15 *Carens nomine, caret effectu.*
16 *Homo mortuus, nihil est.*
17 *In nihilo non cadit dignitas.*
18 *A verbis spondentium non est recedendum.*

DETERMINATIO CXV.

INTER mercatores Ciuitatis Bari fuit facta sponsio, quod Dominus noster Sixtus, Cardinalẽ faciet, Archiepiscopum Parisiensem; euenit quod tempore quo eum Cardinalem Summus Põtifex nominauit, mortuus erat, fuit igitur orta controuersia, & mihi decidenda per admodum Excellentem Dominum Alexãdrum Casalem Bergomi Mercatorem certe dignissimũ, & virtute moribus, & literis ornatum, qui sic determinando conclusi.

Pro parte dicentium Cardinalem Episcopum non fuisse cõsiderari, quod his medijs iuuari poterant. Et primo præsupponendũ est illud quod dicit Vlpian in l.si rem §. si quis sponsionis ff.de præscrip.verbis ibi (planè si inhonesta causa sponsionis fuit Anuli dumtaxat repetitio erit) ex quibus colligitur, quod sponsio quæ vulgariter dicitur (la scommessa) tunc valet quando fit ex causa hone-
1 sta, † & Budeus in l.2.ff.de orig.iur.dixit, quod tunc valet quando depositis pignoribus fit, tu autem etiam dicas, quod valet stipulatione interueniente, & restitutione subsequu-
2 ta † vt no.in l. à Titio ff.de verb.oblig.

Vel etiam valet, quando fit nudo pacto, data tamen fide, quæ habet vim iuramenti,
3 † vt in cap. pen. de iur.iura.extra, & in l.1. de pact.& Affl.plerè in decis.389.

In casu isto, sponsio est facta ex causa honesta, & cum stipulatione, & restitutione subsequuta, vt ipsi dixerũt, ergo valida, &c.

Dicebant ergo, electio est Summi Pontificis.

Hæc electio dependet igitur ex sola voluntate Summi Pontificis, absque consensu eligendi, statim ergo, quod Summus Pontifex eligit, nominatus, effectus est Cardinalis,
4 † ita in simili vult Bart. in l. serui electione ff.de leg.1.

Secundo accedat, quod dixit Hostien.in c.cũ venissent de iud.extra, quòd Summus Pontifex publicãdo quem Cardinalem absq;, quod den-

dentur insignia, & aliqua sit possessio facti:
5 Cardinalis effectus est † eum sequitur Deci. in consil. 341. Corn. in consil. 278. in littera Q. & R. 3. volum. Tiber. Decia. in respon. 8. 1. vol. ante eos Inno. Compostell. & Anto. de Butr. & Abb. in c. transmissam de electio. extra, & facit quod post Abb. dixit Aret. in cap. meminimus de accus. extra, qui dixit, ꝙ ante benedictionem Abbas electus dicitur
6 verus Abbas, † & Fely. in cap. de Dei. de sim. per regulam illam, quia habitus non facit
7 monachum, † & doctè per Ias. in consi. 146. vbi p tresdecim fundamenta concludit conclusionem hanc veram esse in 1. lib. consil. & Io. de Selua. in tract. de benef. par. 3. q. 38. & Noiet. in tracta. de benef. incompatib. cap. 6. num, 6. Roffini. in tract. de benef. c. 5. nu. 35. in tom. tracta. duo primi in tom. 15. par. 1. & Roff. in par. 2. tom eod. & Alberi. in c. quoniam de hær. lib. 6. q. 3. num. 2. in tom. Repetent. 5. in nouis.

Cum igitur Summus Pontifex nominauit octo Cardinales in quo numero fuit nominatus Archiepiscopus Parisiensis, ergo videtur sponsio pro hac parte lucrata: constat enim ꝙ Summus Pontifex potest solo verbo creare Cardinalem, & Episcopum, & alium
8 prælatum, † vt not. Ang. in l. cum salutatus per illum tex. C. de sent. pass.

Facit etiam ad hoc, nam pronũciatus per Papam in prælatum efficitur prælatus dato,
9 ꝙ non habeat literas Apostolicas † ratio est, quia litteræ sunt de substantia probationis. Et ratio est, quia gratia solo verbo perficitur
10 † ita dixit Ias. in consi. 76. num. 8. volum. 3. & Deci. in c. 2. in 1. lectura num. 17. de constitutio. secundum Bar. in l. fi. in 2. col. nu. 6. ff. de const. principum. Alex. in l. qui absenti in princ. ff. de acquir. poss. ita Deci. in consil. 407. visis num. 17. & ꝙ non requiritur scriptura. Ita Alex. consi. 107. lib. 7. Deci. in cap. Relatum nume. 3. de off. delega. & hæc est
11 communis opi. * vt Franc. Becc. in d. consil, & Bero. consil. 176. num. 37. lib. 1. Gabriel in conclus. præbend. & non de substantia Gratiæ, seu prouisionis. Ita Io. Andr. & Archid. in cap. prohem. sexti per Bal. in l. humanum C. de leg. vbi dixit, ꝙ si Papa viue vocis oraculo dicat pronuntiamus talem Episcopum esse antequã litteræ Apostolicæ sint formatę dicitur Episcopus, quia litteræ non requiruntur adesse, sed ad probationem, † vt est text in c. institutionis 25. quæst. 2. & ita Ias. in consi. 145. incip. circa nu. 16. 1. vol. & doctè Ferre. in rubr. de constitut. nume. 18. in tom. Repet. 2.

Pro altera parte dicebatur, ꝙ nullo modo fuit Cardinalis probatur his medijs.

Primo adducitur Regula illa Philosophica, nam agens, & patiens debêt esse bene dispositi. In tantum, ꝙ agens non disponit in
12 patiente non pati valente † quam regulam nobis tradidit Bart. in d. l. serui in princ. ff. de leg. 1. & declarat Troyl. Maluet. in tracta. de canoniz. santo. dubio 3. nume. 72. in tom. tracta. 14.

Cum igitur tẽpore nominationis, seu electionis, Archiepiscopus reperiebatur mortuus, & mortuus non dicitur homo, sed ca-
13 dauer † per text. cap. Moyses 22. quæst. 2. & ff. de constit. pecun. & quia cadaueri nulla potest inferri iniuria, vt no. Ang. in l. si quis cum num. 3. C. si reus, vel accusat.

Ergo, nec ei dari dignitas. Hinc Bart. in l. prima num. 72. C. de dignitat. lib. 12. dixit, ꝙ dignitas non potest conferri, nisi viuo, vel
14 existenti in articulo mortis, † & Io. de Plat. idem asserit.

Sequitur quòd dignitas Cardinalatus in mortuo non habet locum: in casu isto Archiepiscopus mortuus fuit, tunc ergo &c. & sic Regula in præsenti casu, quia patiens nõ patitur, militat ergo & c.

Ad prædicta correborãda facit illa re-
15 gula: nam si caret nomine, caret effectu † l. à nullo C. de seri. Andr. de Iser. in cap. primo §. similiter potest. nume. 28. sub rubr. de capi. qui cur. vendidit in vsib. feudo.

Sed sic est, ꝙ homo mortuus non dicitur homo, ergo carebit effectu dignitatis prædictæ, quia dicitur cadauer, vt supra dixi, ergo cadit dignitas in homine, & non cadaueri.

16 Iterum homo mortuus nihil est, † ita in inst. de inutilibus stipulatio. in princ. & declarat Maxill. in prohem. Consuetud. Bari. nume. 56.

In nihilo non cadit aliquid ergo, nec tanta dignitas, &c. cum factum applicari non
17 potest ad illud quod nullum † est l. nam, & si §. post defectum ff. de iniust. stup. & irri. testamen. & l. Bouem §. fin ff. de edil. edict. & l. Sempronius circa princip. ff. de vsufru. lega.

Ego vero cum hac distinctione determinaui.

Aut verba sponsionis respiciunt meram voluntatem Summi Pontificis: vtputa, quia spondentes dixerunt [che Nostro Signore farà otto Cardinali, & frà l'altri l'Arciuescouo di Parisi:] isto casu, quia spondentes habuerunt intentum ad meram voluntatem

Digitized by Google

Summi Pontificis, & prima iura militabũt, & eorum erit ſponſio.

Aut verba fuerunt directa ad Archiepiſcopum aſſerentes hoc modo [che l'Arciueſcouo di Pariſi ſarà Cardinale,] & iſto caſu cum tempore publicationis reperitur mortuus, & cum effectu Cardinalatus inſignia in eo non conueniunt, & tunc ſponſio non erit lucrata per prima iura, ſed lucrata per vltima iura, pro hac parte, ꝙ non erit Cardinalis. Ratio eſt illa, quia verba ſic ſonant, & ab illis non eſt recedendum † l.ille,aut ille ff. de leg. 1.& l.non aliter ff.eod.tit.

Ex qua diſtinctione determinatur illa alia queſtio ꝙ Summus Pōtifex faciet octo Cardinales. Et ſic determinaui ad laudem Dei, & dictus Dominus Alexander mihi retulit, ꝙ omnes mercatores cum mea diſtinctione ſe regularunt,& ſic inter eos executum Bari in anno 1583.

Sempronius Aſcia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mutuans ſemen præfertur Domino ſoli.

SVMMARIVM.

1 *Creditores præferuntur creditori mutuãti in fructibus ratio aſsignatur.*
2 *Collectũ ex meßibus efficitur domini prædij.*
3 *Mutuans frumentum ad ſeminandum præfertur alijs creditoribus.*
4 *Dominus ſeminis præfertur omni alio creditori.*
5 *Dominus fundi præſumitur dominus fructuum.*
6 *Debentur decimæ ſemine non deducto.*

DETERMINATIO CXVI.

DOMINICVS de Oreſta Terræ Putiniani plures habens creditores ex varijs cauſis à Magnifica Antonia Calò mea dilectiſſima vxore, tumulos frumenti decem,vt ſeminaret mutuo habuit, quod in effectu ſeminauit, tempore recollectionis vnus ex ſuis creditoribus executus fuit frumentum natum. Mutuans frumentum dicebat præferri debere de communi conſenſu recurrerunt ad me ſic determinaui.

Contra mutuantem frumētum facit tex. l.qui ſcit ff. de vſur. vbi habetur, ꝙ creditores præferuntur,quia fructus percipiunt ratione ſoli ibi (non iure ſeminis, ſed iure ſo-
1 li) in princ.& non ſeminis † ita iureconſultus ibi, (reſpondi quoad fructus) & ſic no.ex illo text.ꝙ ex meſſibus collectum efficitur Domini prædij licet Colonus alienum
2 ſemen ſeminauerit † etiam Barthol. de Salyc. in ead.l.num.2. & Ang.ibidem ſic ſummat in verſi.fructus, & num.1.

Pro parte mutuantis ſemen dicebatur, ꝙ ipſa debet præferri omnibus creditoribus etiam anterioribus expreſſam hypothecā habentibus adducitur text.l.procuratoris §.ſi merces verſi. (quid tamen) vbi clarè deter-
3 minatur contrahētes præferri Domino,† & idem dicit in §.ſi plures ff.de tributo.actio. in verſi. (planè) ibi (niſi fuerit) vbi habetur ꝙ creditores, qui habent bona obligata præferuntur alijs: Nec illi poſſunt ſecum concurrere,vbi doctè Pau.de Caſtr.& Iaſ.in cōſil.111.in 4.par.Ang.in d.l.§ Mercis nomine in princ.Hanc partem ſequitur Ferrar.in ſuo tracta.libellorum in forma libell. hypothecar.Bellaco.in rub,qui pot. in pig.hab.in 2 tom.tract.com.opi.nu.1.eum ſequens, & dicens, ꝙ dominus ſeminis præfertur omni
4 alio creditori, † & ſecundum hanc partem determinaui,

Reperij poſt ſcripta contra meam determinationem Tiber.Decian. in reſpon.50.in 3.volum. motus in caſu ſuo: quia Dominus ſoli prior fuit in locando ſolum, & tanquā anterior præfertur Domino frumētum mutuanti. Secundo quia Dominus ſoli eſt priuilegiatus propenſione per iura per eum, & duo vincula magis ſtringunt: Dico opinionem meam veram eſſe tanquam communé, & in caſu meo prius fuit datum frumentũ, & poſtea locauit, ſeu conduxit ſolum, & ratione prælationis præfertur Domino ſoli per iura per me allegata, & quia communis ergo & c.

Non obſtat text. pro contraria parte allegatus, quia procedit ibi, ꝙ Dominus fundi dicitur dominus fructuum reſpectu fundi, & non ſeminis: quod non eſt in caſu noſtro,
5 † & ita dictum text.nouiſſimè declaratũ inueni ab AntonioTheſau.in deciſ.Pedemon. deciſ.29. incip.remedium c.integranda nume.5.verſic.3.pro hac parte,& nu.10.Quia non tractatur de proprietate fundi, ſed quis præferri debeat in fructibus creditor.an mutuans ſemen?Hac de cauſa canoniſtæ dicunt debere cōſequi decimas de fructibus etiam
6 non ſemine deducto.† vt eſt tex.in c.tua nobis de decim.extra,& doctè Floria.in d.l.qui ſcit vbi pulchrè,& ſic in caſu noſtro tex.ipſe non procedit.

Fuit

Digitized by Google

Fuit etiam in alia causa dubitatum vxor mortuo viro pro dote, & lucris petebat præferri in fructibus natis in solo alieno, Dominus soli asserebat se potiorem per iura prædicta. Ego determinaui in fauorem domini soli, & non mulieris in Terra Capursij inter quandam Palmollam, & Antonium de Blasio eiusdem Terræ per iura prædicta. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Amita, & matertera æqualiter in bonis neptis succedunt.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur dotare filiam.*
2 *Amita præferri debet in bonis neptis peruentis à fratre.*
3 *Dos morte parentum consolidatur in filiam nuptam.*
4 *Matertera, & Amita cum sint in pari gradu ambo succedunt nepti.*
5 *Maritus occidens vxorem priuatur hæreditate vxoris occisæ.*
6 *Maritus occidens vxorem dicitur parricida.*
7 *Maritus occidés vxorem cum adultero simul non priuatur successione vxoris quia l. permittente occidit.*
8 *Idem si vxor esset bannita, secus si maritus procurasset banniri facere.*

DETERMINATIO CXVIII.

MAGISTER Franciscus de Tonno ex Gemma de Perino, legitima vxore, Pascham filiã procreauit: quã nuptui tradidit: vt Domino placuit, ab hac vita migrarunt Franciscus, & Gemma coniuges, superstite Vrsula sorore magistri Francisci, & ex consequenti Amita prædictæ Paschæ.

Et superstite Lucretia Perrina sorore Gemme, & Matertera prædictæ Paschæ: quæ Pascha filijs nõ relictis ab intestato decedit, ita ꝙ inter Amitam, & Materterã orta fuit quęstio. Quæ nam succedere debeat ex partium consensu determinaui, vt infra.

Dicebat Vrsula Amita, ista dos data Pasche suę nepoti, fuit ex bonis dicti Magistri Francisci sui fratris, & Patris Paschæ per Reg. generalem. Nam pater tenetur dotare
1 filiam † l.fi.C.de dot.promiss.& est omnium doctorum in vtroque iure* comm unis conclusio.

Merito ad dicta bona peruenta ex fratre
2 ipsa præferri debet † iuxt. tex. & quæ ibi no. Doct. l.quod scitis C. de bonisq; liber. vbi Bar. in pprijs terminis quem Roma. sequit in consil.40. visis, ac discussis per totum: & Bar. Idem voluit in auth. itaque C. communia de lega. & Ang. in d.l.quod scitis §.fin autem: idem Bar. in consi. ... 1.vol. & Boer. in decis. 192. in final. verb. in 1.par. & Antonius Thesau. in decis. Pedemon. nuper in lucem edita in decis. 27.nu.2.

Pro parte Lucretiæ Materteræ dicebatur, ꝙ per mortem parentum, dos est consolida-
3 ta in filiam † l.vni. § quo C. de rei vxor. actio.

Sequitur, ꝙ cum hodie dicitur patrimonium Paschę ambe sunt in gradu æquales, igitur stante sublata differentia agnationis, & cognationis auth. post fratres la 2.C.de legiti. hæredi quòd ambe succedunt æquali-
4 ter † auth. defuncto C. ad Tertullia. ita volunt Ange. & Salyc. in l.patruo C. de legi. hæred. & ambe succedunt in capita, vt in d.auth.post fratres, & hanc opin. vti veram contra Bar. firmat Corn. in consil. 186. Circa hanc 1.vol. & Bar. opin. communiter reprobari dicit Bellacomba. in tract. comm. opi. 2. in rub. de suis, & legitim. hære. nu.17. & nu. 18. Benedict. in cap. Raynuntius in verb. vxoré nu.7. C. de test. extra Boer. decis. 185. 1.par. Corn. in d.consi. respondet ad contraria in d.consil. 186. & quia etiam constitit ꝙ in hac dote etiam bona Gémę Matris fuerant, determinaui in anno 1588. ꝙ inter ambas Amitam, & materteram bona diuidantur.

Expelli etiam maritum, qui occiderat hãc
5 iuuenem suam vxorem † per text. in l.si ab hostibus §.si vir vxorem ff.solu.matrim. & ad plenum Carol. Ruyn. in consil. 1. per totum vol 5. & per Bar. in d.§.si vir vxorem. Nam maritus occidens vxorem dicitur pa-
6 tricida † l.1.ff.ad l.Pompei de Parri. Socy. in consi. 105.num.6.vol.3. per Camp. in tract. dot. in 2.q.quintæ part principal. in volum. tract. & ꝙ nõ succedat maritus vxorem occidens voluit Deci. in consil. 525.num.1. in 3.par. & Couarr. in tract. de matri. in 2.par. in cap.7.num.7.

Fallit quando inueniret adulteranté cum
7 vili persona, qa potest eos occidere † l.Gracchus C.ad l.Cor.de adult. & isto casu nõ priuatur, quia facit l.permictente, ita est tex. cũ glo. in l.nec timere ff. quod met. caus.

Se-

Digitized by Google

Secundo fallit si esset Bannita, & vigore banni posset impune occidi, secus si maritus procurasset banniri facere, quia careret om-
8 ni cōmodo,† vt per Fely. in c.fi.de test.Rom. sing.591.Ferret.caut.18.Card.Alba. in d.§. si vir ff. solu.matrim.

Sæpè sæpius occurrere solet,vt mihi pluries occurrit qualiter si citatur aliquis, vt veniat tali die, & hora ad videndū ferri sententiam, vel alium actum explicandum, & ille procuratorem ad videndum ferri actum illum, vel sententiam constituerit,ꝙ si deinde ille actus, vel sententia in alio die,vel hora celebraretur; tali casu dicitur factus parte non citata, & non valet. Ita Bar.per illum tex.dixit in l.fi.§.fi.vbi etiam Ang. & alij ff. quod vi,aut clam,& pro singulari refert hoc Marsi.in sing.48.incip.actus voluit Io.And. in add. Specul. in tit. de procurat.§.ratione formæ versi. quid si constitutus est quod dictum referr,& sequitur Pau.de Castr. in l.si prucuratori in fine C.de procura.

Intelligas prædicta procedere cum grano salis,quando citatus comparuerit in illa hora, & die: sed si non comparuerit, & contumax effectus fuerit, tūc Iudex potest terminum prædictum,& quandocunque sine alia noua citatione sententiam ferre, vel actum gerere. Ita limitauit Bal.conclusionem hanc in l.cū non eo die C.quando prouocare non est necesse in prin. & per Cano.notatur in c.cōsuluit de officio deleg. extra doctè Affl. in decis.387.nu.5. & exorditur Rober.Maran.in suo Spec.in 3.par. principali in verb. 2. principaliter quæro nu.67.in 6.par.principali. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Noui operis nunciatio tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio noui operis non impedit fabricare, si datur cautio demoliendi.*
2 *Nunciatio impedit fabricare etiam cautione oblata per tres menses.*
3 *Cautio demoliendi licet offeratur non datur nisi transacto trimestre.*
4 *Nuntians acceptans cautionē non expectantur dicti tres menses*
5 *Nuncians si in promptu offert docere de iuribus suis sunt expectandi tres menses prædicti.*
7 *Distinctio Paul. de Castr. declarator in hac materia.*
8 *Verba præcepti quomodo sunt ponenda in hac materia.*
9 *Nunciatus offerens cautionem demoliendi non impeditur.*
10 *Clausula si senseris te grauatum resoluitur in alternatiuam.*
11 *Præceptum cum clausula prædicta per comparitionem resoluitur in vim simplicis petitionis.*
12 *Opinio Grammatici cōtra Joannem de Amicis est verior.*

DETERMINATIO CIXX.

DE Anno 1585. Me existente Auditore Illustrissimi Domini Don Antonij de Acquauiua de Aragonia, & Rutiliani morarer orta fuit controuersia inter Notarium Donatū de Grassis, & Pompeium de Catalano super quadam noui operis nunciatione per dictū Notarium facta in quadam fabrica, quæ fiebat per dictum Pompeium super dicta domo. Qui Pompeius cautioné de demoliendo obtulit,& ꝓpterea petebat fabricare posse: & quia Notarius donatus denuntians non replicauit quod in promptu offert docere de iuribus suis, fuit latum decretum ꝙ supersedeat in fabricando, & fuit datus terminus dierum octo ad probandū incumbentia si rectè latum fuit.

Quia hæc questio quotidiana est,& multi tex. videntur contrarij decreui more solito hanc determinationem ponere.

Pro parte Pompeij dicebatur, ꝙ licet per noui operis nunciationē impeditur ne opus fiat. Tandem si satisdat,vel paratus est satisfare
1 dare de demoliendo ꝙ poterit edificare,† ita dicit tex.l.prætor §.Deinde, & §.hoc interdictum ff,de oper.no.nuntia. l.de pupillo §. si is cui l.non solum §.si quis paratus,& §.si cum esses, & §.secundum,& l.prætor §.si quis, & §. hoc interdictum, & l.stipulatio §.1.& 2. ff. eod.Bar.& Doct.in d.§.si is cui, Roffred.bene.in tract.libello. in rubr.de interdicto, vt liceat edificare in par. 2. & Sebast.Neapod.in consue.Neapol. in cōsue. 1. sub rub.de op.nou.nuntia.

Pro altera parte Notarij denunciantis dicebatur, ꝙ non obstante ꝙ offeratur cautio,
2 non potest fabricare ꝑ menses tres † ita sunt tex.ad literam in c.significantibus,& in c.fi. de oper. nou.nuntia.extra. Et ratio est secūdum Io. Andream ibi quem sequitur etiam Abb.

Digitized by Google

Abb. ne nunciatus ammittat expẽsas factas in fabricando, & demoliendo.

Secundo dicitur, ꝙ licet offeratur cautio illa dari non debet, nisi transactis dictis tribus mensibus, quia si causa non erit decisa, offerendo cautionem de demoliendo, potest
3 edificare, & in opere perseuerare, † ita dicit tex.l.primę C.de oper.nou.nuntia.& Azzo. in summa in ead rubr. de edifi.priuat. nu.6. & iste intellectus est hodie in practica. Ita dicit Franc.Viui.in tracta.comm.opi.in ead. rub.nu.5. in versi. (sed hodie innoleuit practica) in 2.tho.comm.opin. & hodie in sua vberr. Silu.in opinio.554.lib.2.

Odofr.in d.l.vni. referendo octo intellectus, limitat hanc conclusionem dicens: ꝙ offerens cautionem, si nuntians acceptat, ꝙ potest edificare statim non expectatis dictis
4 tribus mensibus, † & hanc opin.sequutus fuit Iaffred. Lanfran. in decis. 449. vbi pul-
* chrè, & hanc veram esse,* & ab omnibus teneri affirmat Io.Faber in ead.l. in suo breuiario C. eodem titu. Salyc. in dict. l. vnica approbat hanc met opin. dicens, ꝙ si offertur cautio, & illa recipitur, potest edificare, & ratio est illa, quia per acceptationẽ fit quasi remissio nunciationis.

Sed si nuncians non recipit, quia offert se paratum, & incontinenti de iure suo doce-
5 re, † & tunc debent expectari tres menses, & sic procedunt hæc iura.

Si vero non recipit, quia non vult. Nec offert aliquid se probaturum: quia in isto casu videtur potius nunciasse vexandi aduersarium quàm sua iura tuendi: ꝙ tali casu procedat prima opin. ita ꝙ potest fabricare
6 statim † ita post Dyn.tenet Bar. in d.l.vnica, & ibi a li. in glo. quæ vult, ꝙ tali casu est in arbitrio nunciati expectare, & ita etiam sequitur ibidem Dom. Odofr.

Paul.de Castr.consil.413. in 2.vol.distinguit dicens, aut nunciatio fit tempore quo
7 est aliquid fabricatum: † aut quando est nihil fabricatum.

Primo casu dando cautionem potest edificare, secũdo vero casu debet expectare: sed Io.Faber.dicit, ꝙ si offert cautionẽ parti ante litem motam tunc procedit tex. l.stipulatio §.1.& d.l.præter §.si quis. Aut est mota, & tunc cautio debet præstari Iudici, vt in dict.l.vni. & sic causa differtur vltra tres menses.

Fuit etiam oppositum, ꝙ præceptum factum peccabat in forma. Nam in eo fuit dictum, ꝙ non fabricet. Verum si senserit se grauatum &c. Nam debebat dicere per verba copulatiuè hoc modo. Non fabrices, & si
8 senseris &c. † ita docet Bart.in d.l.de pupillo in §.meminisse ff.eod.tit.

Dixi hoc non obstare, quia idem Bart. in in consi.80. 1.vol.tenet contrarium. Et hæc
* opin.* est verior, & omnes eam sequuntur.

Dixerunt, & aliqui doctores, ꝙ nunciatus offerens cautionem de demoliendo iuxta tex. pro parte nunciati allegatos, ꝙ statim
9 potest edificare. † Non adhibita distinctione, Doct. Mouebãtur istud præceptum à pretore factum per comparitionem nũciati resoluitur in vim simplicis petitionis. Nã clausula si senseris te grauatum resoluitur in alternatiua, videlicet, ꝙ nõ edificet, vel ꝙ veniat responsurus ad dicendum causam qua-
10 re † ita no.glo. ordinaria in d.l. de pupillo §.meminisse ff.de oper.nou.nuntiá. & ita Bald.in consi.345.incip.prępponitur in final. verb.lib.2.& hanc opin.sequitur Grammat. in consil. ciuil.73. vbi etiam dicit, ꝙ dando cautionem potest fabricare etiam si esset in loco publico.

Contrariũ tenuit consulendo Io.de Ami. in consi.35.num.17.vbi dicit ꝙ licet præceptum iudicis cum clausula iustitiæ resoluatur in vim simplicis petitionis per rei com-
11 paritionem, † vt voluit etiam Ias. in l. nec quicquam §.vbi decretum num.7. ff.de offi. Proconsul.Pau.de Castr.in consi.3.nume.5. in 2.vol.Par.de Put.in tract sindica.in verb. (quia iudex) Procedit regulariter: sed in casu isto noui oper.nunciatione, ex quo non agitur de magno præiuditio, & quia tempore nunciationis non discutitẽ de iure nunciantis, propterea non resoluitur, imò contrauenient potest puniri pęna spreti præcepti ratione contemptus præ licti, & propterea donec discutitur, debet supersedere, & non fabricare. Ita dicit esse casum secundum glo. in dict.l.stipulatio operis §. siue authen. ff. eod.tit.

Sed quia dictus Dominus Viu.in loco citato dicit, ꝙ opin.Gramm.sit vera contra Io. de Ami.quia ipsemet antea dixerat, ꝙ innoleuit practica, ꝙ supersedetur per tres menses non obstante ipsa fideiussione oblata. sequitur ꝙ Grammaticus ita loquatur. Nam si nuncians replicat, ꝙ vult docere de iuribus suis debet supersederi per regulam illã hodie costat, hodie agatur extractam ex text.l. sicut proponis ff.vt legat.no.cau. & Io.de Amic.in consi.60.num.6.& de materia est videre Franc.Niconit. in cap.quoniam contra num.5...de probat.in tom.rep.3.

Et hanc Practicam in vsu esse testatur Papiens.

piens. in rub. de op. nou. nunciat. in forma libellorum in versic. antequam, & ita intelligitur Gramm. qui allegat prędictam doctrinam, & in ea se fundat per Doct. Bart. in l. non solum ff. de lib. legat.

Et sic ego votaui, quod non obstante cautione oblata, supersedeatur per tres menses, si cũ effectu Notarius obtulit de iure suo docere, si vero non obtulerit, quod edificet, & ita intelligatur Gramm. & sic inter eos fuit supersessum, & exequutum, & ad materiam reperij Anto. Thesau. hanc materiam declarantem in decis. 204. nunciatur edificanti. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Statutum quod exteri non emant, valet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod exteri non emant valet.*
2 *Valet etiam contra clericos.*
3 *Marito pro re dotali, competit ius congruũ.*
4 *Bona dotalia vna cum emptis ratione iuris congrui, restituuntur.*

DETERMINATIO CXX.

IN Terra Casamaxime fuit conditum statutum, quod exteri nõ admictantur ad emendũ bona stabilia Ciuium Terrae prędictę, euenit quòd Magnificus Girardus V. I. D. vxoratus, possidens bona dotalia, reconuenit Nicolaum d'Adabbo Terrae Casamaximę emptorem quorundam bonorũ in ratione iuris cõgrui, & retrahere bona vendita: opponebatur, quòd ipse tanquã exterus, non debet admicti, & orta controuersia, Illustrissimus Dominus D. Antonius d'Acquauiua d'Aragonia Dominus dictae Terrae. Cuius ego sum Auditor, videns vniuersitatem oppugnare, voluit, vt oretenus casum hunc deciderem libenter obedij, & sic determinaui.

Dixi, quòd istud statutum inter laicos va-
1 let, & tenet, † ita Oldrad. voluit qué Bar. sequitur in l. filius familias §. Diui fratres num. 11. ff. de leg. 1. & vltra text. allegatum per Oldrad. allegat tex. in l. si in emptionem §. 1. ibi (mores ciuitatis) ff. de contrah. emp. & idem in l. fi. nume. 20. C. Sacr. Sanct. Eccl. Homod. Signorol. in consil. 21. per totũ, vbi tenet, quòd valet contra clericos etiam, vt
2 doctè per eum, † & Cano. hoc tenent in c. vltimo de Imm. eccl. lib. 6. Alber. in tractatu. in 2. par. quaest. 2. num. 1. in 2. tom. tracta. & Tiraq. in tracta. de vtroque retract. in praefatio. num. 14. vbi more solito accumulat omnes tenentes hanc opi. quòd statutum valet ad quem in hac materia recurre, &
* quòd haec est comm. opin. * post alios Socy. in d. §. diui num. 161. Dom. Viu. in opi. 755. in lib. 2. in sua Silua incip. per statutum fieri potest, & clar. in opi. 761. incip. statutũ prohibens Ang. in l ea lege C. de cond. ob causam. Alex. consil. 56. vol. 1. Deci. consil. 661. Tiraq. in tract. de vtroq; retra. in praef. nume. 14. & Lau. Calcan. in consi. 125. sub rub. stante statuto &c. & Bursat. in cõsi. 8. nu. 27. vol. 1. vbi dixit quòd prohibitus alienare forensem per statutum non comprehenditur forensis, qui in alium forensem alienat. Et clarius Iulius Clar. in § fi. lib. 4. in qu est. 82. in versi. statutum prohibẽs statuto 5. vbi
* etiam dicit quòd haec est * communis opin.

Secundo dixi quòd iste Magnificus Doctor in isto casu nõ dicitur alienigena, quia possidet vti maritus, & marito pro re do-
3 tali ius congruum competit, † ita Bald. in l. sanc. in prin. Affl. in ead. l. in prima par. versi. Item quaero num. 40. Marc. Mantua. in rep. l. dudum in versi. (Item sexto dubitare contigit) de contrah. empt. Io. de Amic. in consil. 20.

Et nulli dubium est, quòd in casu restitutionis dotium bona dotalia vna cum emptis à marito ratione iuris congrui, debent restitui mulieri, seu eius haeredi, quae est Ter-
4 rae Casamaximae, † ita declarat Bald. in d. l. sancimus in princ. Mantua. in d. l. dudũ versic. [Item sep. imo quaero] vbi dicit quod hęc est
* vera opinio, * & Affl. in citato loco nu. 40. Tiber. Decia. in responso 52. nu. 58. vol. 1.

Ponderaui etiam Bar. in l Imperatores §. Item rescripserunt, & l. 2. ff. ad municipal. vbi hanc quaestionem tractat.

Et sic determinaui ius cõpetere dicto Domino Girardo agenti iure congrui, & ex consequenti, quod liceat emere statuto, non obstante, quia in casu isto non militat dat..., quia valeret, & sic Illustrissim. Dominus, & Vniuersitas, & Nicolaus d'Abbo, & Girardus quieuere, & sic executũ fuit. In anno 1584. & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Clericus Concubine legare non potest.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum à clerico concubine, non valet.*
2 *Assertio sola legantis seruitiorum habitorum, non sufficit.*
3 *Seruitia si in domo fecit, fecit ne appareret corpus mortuum.*
4 *Mulier vt salarium sibi debeatur, duo probare debet, & qua declarantur.*
5 *Conuentio vbi non adest victus, & vestitus habentur loco salarij.*
6 *Legata debentur ære alieno deducto.*
7 *Hæres clerici non tenetur vltima vires hæreditatis inuentario etiam non confecto.*
8 *Concubine propter seruitia legari potest.*
9 *Donatio ob merita est naturalis debiti restitutio.*
10 *Concubina est illa quando solutus, cum soluta manent.*
11 *Clericus potest legare alijs licet non concubine.*
12 *Creditor hæres suas actiones confundit.*
13 *Hæres tenetur ad integra legata si non confecit inuentarium.*

DETERMINATIO CXXI.

DONNVS Eustachius de Ruccella Terræ Acquauiuæ in vltimis constitutus testamentum condidit, in quo Paulum eius fratrem hæredem vniuersalem instituit, & cuidã Angele de Panarella pro seruitijs præstitis legauit ducatos duodecim, quæ legataria seruatis seruandis in Curia prædictæ Terræ sententiam in fauorem habuit à qua fuit appellatũ, & ab Illustrissimo Marchione mihi commissa, & viso processu per viam appellationis introducto, sententiaui, vt infra.

Pro parte Pauli appellantis dicebatur, q; istud legatum factum huic Angelæ per dictum D. Eustachium non valere. Quia Angela erat cõcubina ipsius, & sic nulliter egit
1 † ita glo, Bar, Ias, Ripa, & alij scribentes in l. miles de mili testam. vbi militi videtur prohibitum concubine legari, & Bart. in l si ancillam C. de donat. int. vir. & vxor. inquit milites ancillis suis concubinis donare non posse, & per Roma. in consil. 43. in 4. dubio. Ant. de Butr. consi. 14. Bal. cõsil. 247. & 262. in 1. vol. Card. Alba. in d. l si ancillã. Multo magis dicendum est in clerico, qui est miles cælestis, vt declarat Bart in l. donationes in concubinam ff de donatio & in l. affectionis C. eod. Abb. in c. 1. de cleri. ægro. Deci. in consil. 132. Grauet. in consi. 229 & hanc partẽ declarauit Gall. Aquill. relat. à Valer. Max. in lib. 7. in rubr. de priuatis iuditijs ibi (libidinosam liberalitatem, debiti nomine colorando) qui penes me est magnæ authoritatis consideratio ista: & Deci. in consi. 132. num. 1. cum seq. in prima par. & Cors. in repert. Abb. in littera L. in verb. concubina vbi ad plenum.

Hanc partem etiam sequitur Franc. Niconit. in rubr. de testam. nume. 238. Couarr. in §. secundo in secunda par. relatio. in regula de illicita acceptione in prima par. Ias. in consil. 37. incip. placet mihi admodum, volumine 3. Rationes sunt illæ prima, quia in militibus maior honestas requiritur, vt ibi Bald. & Ang. asserunt, secunda quia fauore publico pro l. specialiter militibus prohibetur ne mulieribus impudicis aliquid leget, vel donetur, & Natt. in consi. 559. incip. difficultatem num. 4. & Rolan. à Vall. in consil. 98. incip. donatio nu. 1. vbi loquitur de milite cęlestis militiæ. Franc. Ripa in l. miles num. 10. ff. de re iud. per tex. l. secundæ C. de donatio. int. vir. & vxor. vbi dicit, q; hæc est comm. opin. * q; clerici nihil possunt donare, vel in testamentis legare suis concubinis: Imò nec quicquã relinquere alicui mulieri in qua n cadat aliqua turpis suspitio. Bart. in l. mulier ff. de his quib. vt in fig. & Ang. in consil. 91. super puncto, & idem Rip. nume. 12. in cit. lo. Rom. in consil 43. versic. ad quartum responden dum est, hoc etiam diffusè voluit Lancill. Galli. in tracta. de statut. in q. 3. incip. concubinarius nu. 38 & in q 4. incipiente huic proximè per totum in tom. tract. lib. 2. num. 10. & ideo prohibetur, vt clerici legare non possent secundum Rebuf. in concordia in titulo de publi. concubina. in glo. prim., q; clerici, & sacerdotes ita à concubinis allicerentur quæ sui aptè natura sunt fragiles q; eos spoliarẽt, & hanc opi. communem* esse attestatur etiam Bermo in eo l. tit. & tract. de concubi. §. contra prædictos num. 21. & 22. in l b. tract. tom. & Sedoch. in suo Enchir. in verb. Miles in tom. com. opin 1. Et sic videtur concludendum, q; clericus concubine donare non potest, ne fictis adulationibus spolietur, & decipiatur, &c. Et idem Lancilot. in eodem lo. in q. 5. incip. hinc milites num. 6. allegat Anto. Petr. in l. 1. in tertio effectu iur. ff. de iur. iur. ita dicit glo. argumentando de militibus ex exercẽtibus arma ad instar militum in l. penul. ff. ex quib. cau. maior, & ita amplè, & more solito Viui. in rub. de donat. in tracta. comm.

Digitized by Google

comm. opin. num. 14. in verbo donatio, versi. sed mentionata communis, ita ampliata non habet locum in tom. 2. comm. opin. & in sua vberrima Silua in opi. 220. & Aym. Crau. in tract. de antiqui. tempo. par. 1. sectio. praepositum nume. 65. nisi pro seruitijs, vt ibi per eum, & ita declarat quem postea habui Anto. Thesau. in decis. 3. Sed nume 1. donatio facta, & Hyppol. Bonacoss. in tract. de seru. & famul. in q. 21. incip. an clericus in tom. tract. 6. par. 1. & Couarr. in 2. par. relectionis in §. 7. num. 2. versi. tertio. Et Tob. Non. consil. 53. cum à pagano.

Secundo dicebat Paulus appellans, ꝙ nec ob seruitij assserta legatum debetur. Sola enim assertio testantis non sufficit, ita doctè
2 in proprijs terminis declarat † Lancillot. Gall. in cita. lo. Anchar. in consil. 247. & Capit. in decis. 202. incip. i causa hinolite eqtiuere, & Afflict. in decis. 202. & ibi Dom. Vrsill. diffusè, & Roland. in d. consil. 98. nu. 83. Io. Gutter. variar resol. lib. 2. c. 6. num. 11. & 12 Deci. consil 132.

Et quamuis appareret aliqua seruitia egisse, praesumitur potius haec fecisse ne videretur in domo conuersari, vt corpus mortuum,
3 & non sunt mercede digna, † ita Bal. salyc. & alij in l. 1. C. de leg. nu. 7. & maximè inter eos, qui sic coniunguntur.

Dicebatur etiam, ꝙ ad hoc, vt mulier possit seruitiorum mercedem petere, duo probare debebat, primo ꝙ ipsa sit solita talia seruitia cum mercede praestare, & tantum percipere, secundo ꝙ dictus testator erat solitus conducere ead. seruitia, & tantum pro illis sol-
4 uere † ita dixit Feder. de Sen. in consil. 118. Domine Federicae, Dom. Alex. in consi. 109. lib 5. Deci. in consil. 132. At in praesenti casu, haec probata non fuerunt, merito &c.

Quinimo per praedictos Doct. dicitur, ꝙ si nulla fuerit conuentio, ꝙ victus, & vesti-
5 tus praestiti, habetur loco mercedis † ita Dec. in d. consil. & Alex. & doctè Rober. Marant. in sing suo incip.

Vltimo dicebat appellans, ipsum non esse testatoris haeredem, & si testatoris bona possidet est tanquam creditor: & hoc probauit, & propterea dicebat, ꝙ soluto prius credito
6 soluentur legata † l. scimus §. fin vero creditores C. de iur. delib. Ratio est illa, quia illa dicuntur bona testatoris deducto ere alieno l. subsignatum §. bona ff de reg. iur. & l. cum emācipati §. illud ff. de colla. bono. Roland. à Vall. in tract. de testam. in rubr. 9. quo loco, & ordi. testa. in tom. tract. 8. in 1. par.

Et dato ꝙ esset haeres, esset haeres clerici, & tali casu ipse nō teneretur vltra vires haereditarias etiam nullo confecto inuentario probatur sic. Ecclesia non tenetur conficere
7 inuentarium † ita Bal. in l. fi. C. de iur. delib. vbi etiam Ang. Abb. in c. 1. de testa. vbi dicit hanc opin esse tenendam Card. in c. 1. de solutio. But. in c. 1. de testa. sic dicimus in clerico, vt ibi.

Modo sic haeres clerici etiam non tenetur conficere inuentarium, & vltra vires non cogitur. Ita Petrus de Anchar. in consi. 392. & Socy. in reg. 170. in verb. haeres inuentarium per Fely. in c. 4. de praesumpt extra, & Bal. in l. filium quem habentem nu. 37. C. famil. erciscun. ergo &c.

Pro parte legatariae dicebatur ꝙ licet clericus regulariter suae concubinae donare, neque legare posset, intelligitur simpliciter tamen ob seruitia, & merita potest donare, &
8 legare † ita in proprijs terminis consuluit Dom. Petr. de Anchar. in consi. 247. dubium facit, motus fuit hac ratione, quia huiusmodi donatio est potius censenda quae tam de-
9 biti naturalis restitutio † l. Aquil. ff. de donatio. & sic est alius contractus quam donatio, & hac de causa non est prohibita. sequitur Lancil. Gallia. in rep. l. Centurio col. 5. ff. de vulg. & pupill. & ita decisum esse affirmat Afflict in d. decis. 102. & Capic. in decis. etiam 102. Vrsill. in add. Sequitur Tiraq. in rep. l si vnquam in verb. (donatione largitus) num. 23. C. de reuo donat. & Viui. in tub. de donat. in tom comm. opi. 14. & in vber. Silua in opin. incip. 219. vbi dicit ꝙ pro seruitiis tenet, & valet, & debet praestari proportionabiliter secundum seruitiorū ipsorum qualitatem, vel vsq; ad congruentem qualitatem seruitiorum facer. dos legare potest, & firmat cum Afflict. hanc opin. sequitur Palat. Ruui. in cap. per vestras in §. 29. num. 13. extra de dona. inter vir. & vxo. Pau. de Castr. in l. donationes nume. 2. ff. de donatiō. And. Sicul. in l. si diuortio in 14. col. ff. de verb. oblig. Beltran consil. 176. nu. 14. vol. 3. Nact. in d. consil. 559. vol. 3. sequitur etiam Bart. Bald. Alber. & alij in auth. vnde si parens C. de inoff. testa. & in l. si donationes C. de donatio. sequitur Horat. Mandos. in Apostill. ad Rom. in d. consi. 43. litera F. & secundum hanc opi. post haec scripta reperij Ant. Thesau declarantem in decis. Pedem. nouiter impressa 191. incip. donatio facta per militem allegantem etiam Pirr. Aurel. in consuet. aur. in tit. de testa. c. 3. in fin. Et in terminis quaestionis nostrae idem decisum esse testatur idem Anto. Thesau. in decis. 199. incip.

Digitized by Google

cip. donatio omnium bonorum, vbi etiã declarat secus esse in donatione inter viuos, qa valet, & hoc ratione iuramenti, & sic Senatus in hoc casu declarauit cõtra opi. Rolan. & aliorum, vt in d. decis. nu. 5. & doctè Iacob. Philipp. Port. Immo. in consil. 21. incip. Nobilis quidam nu. 1. & seq & num. 21. 22. & 23. & Franc. Niconit. in rep. l. quoniã contra de probatio. num. 437. & rationẽ allegat.

His veris non obstant allegata in contrarium, quia prædicta, ad prædictum satis responsum est, intelligitur de simplici donatione, non autem propter seruitia quę in casu isto cum sint probata non opus est ire per mendicata suffragia: nam licet fuisset eius concubina, & ꝙ essent probata omnia quæ requiruntur in cõcubina. Vt docet Gramm. in consi. -

Tandem in casu isto non potest dici concubina, primo quia debet esse solutus cum soluta, ita vt inter eos matrimonium consistere possit: nec non debet esse vnica, ac diu
10 in actu concubine in domo retenta † ita est tex. in §. si qs auth. defunctis. in auth. quib. mod. nat. efficiant. sui. l. 3. ff. de concubin. & Baptist. de Blas. in rub. decretorum nu. 73. in tom. rep. 1.

Secundo requiritur illud quod declarat Luc. de Penn. in l. cohortalis col. 2. C. de cohar. lib. 10. & Gram. in d. voto 4.

Cũ igitur regula sit non posse legare concubine non habet locum, ꝙ non posset do-
1 nare, seu legare alijs † ita elicitur ex dicto consil. Natt. 559. num. 6. Nam licet presbyteri proprijs concubinis donare non possit, non sequitur, ꝙ non possint alijs. Ita tex. in §. 1. ibi (à cognato) in auth. quib. mo. natu. effi iantur sui, & ita etiam Ias. in d. cõsi. 137. Dec. in l. 1. nu. 8. C. vnde vir, & vxor, & Lancill. in alleg. sæpius loco nu. 38.

Deficientibus igitur omnibus requisitis in concubina, sequitur, ꝙ legatum huic factum debetur.

Non obstat ratio, quia habuit victum, & vestitum, quia est cõtra regulas, nam omnis labor optat premium.

Non obstat, ꝙ ipse fuit creditor. Nam ex
2 quo fuit hæres confunditur actio † l. si debitori C. de pact. vbi Bar. Bald. & omnes, & præcipuè Dec. Ratio est quia actio, & passio in eodem subiecto esse non possunt.

Et quia hæres prædictus non confecit inuentarium ꝙ ipse, tenetur ad integra legata
3 etiam vltra vires hereditarias † ita est tex. in auth. sed cum testator C. ad l. Falcid. Gomd. in consil. 94. nu. 47. & ita prædicti Ang. in d. tract. & Porcell. & amplè Rolan. à Vall. & non soluta, regula prædicta procedit in hærede laico, sed etiam in hærede, si esset institutus sacerdos, & idem si esset institutus laicus à sacerdote, vt est casus iste, quia omnino tenetur conficere inuentarium, vt pulchrè Roland. à Vall. in d. tract. in quæst. 16. & quæst. 17. Guid. Pap. in decis. 262.

In tantum, ꝙ si non fecerit inuentarium tenetur, vt dixi ad solida legata per reg. §. si vero non fecerit in auth. de hereditatibus, & Falcid. Porcell. in 2. quæst. & Roland. in 3. & sic non est vera illa opin. quia in contrarium
* est comm. opi. * per Reg. generalem dicti §. si vero &c.

Ex quibus apparet decisio in fauorem legatariæ, & cum idẽ casus occurreret in Terra Rutiliani inter hæredes quondam Reuerendi Donni Pauli Cerulli in anno 88. cum sollemna de Conuersano prætensa concubina, quia monstrauit multa seruitia præstitisse æquiualẽtia ad legata relicta etiam votaui in fauorem dictæ sollemne, & inter eos ita fuit exequutum, & Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Datio in solutum rescinditur si fit minori pretio.

SVMMARIVM.

1 *Datio insolutum vicem gerit venditionis.*
2 *Quilibet rem suam cui vult, & pro quanto vendere potest.*
3 *Datio insolutum facta à debitore, si valet plus non restituitur.*
4 *Donatio insolutum simpliciter facta intelligitur pro illo debito quo fit.*
5 *Data insolutum elapso tempore fiunt creditoris.*
6 *Pactum l. commissoriæ cum iuramento valet.*
7 *Datio insolutum est à iure improbata.*
8 *Distinctio Bartoli narratur.*
9 *Pactum dationis insolutum non solum in contractu mutui, sed in omnibus est improbatum.*
10 *Materia delinquendi fugienda est.*
11 *Accipiens vltra sortem est vsura.*
12 *Datio hypothecæ si datur iusto pretio valet.*

R Dat.

Digitized by Google

& sibi hypothecare fecisset rem valoris 120. vel plus, & termino adueniente vigore pacti caperet rem prædictam, & sic cōsequeretur
21 vltra sortem † & ita And. & Hostien. arguūt in d. cap. significante; & propterea si facta sit vltra debitum, vitiatur in totum. Ita Dec. in consi. 403. nu. 21. in 2. par. & Lau. Calcan. in
* cōsi. 76. nu. 42. & * communem dicit Bursa. in consi. 73. num. 27. vol. 1. & Bonacoss. in rub. de solutio. num 3. in tom. com. opi. 2.

Quarto ponderaui rationem tex. l. si fundus §. fin. de pigno. quæ est quod valet datio hypothecæ, seu pignoris si datur iusto pretio: At in casu nostro non adest iustum pretium, quia res est maioris valoris, & hāc par-
22 tem ita firmat † Port. in princ. quib. alie. lic. nume. 38. in versic. Sed pone, ꝙ scolaris. Institutio.

Quinto corroboro alia ratione: nam licet ratione iuramenti Franciscus teneretur, nihilominus, ex quo talis datio in solutū fuit simpliciter promissa, ꝙ tali casu intelligitur
23 pro iusto pretio † ita Bar. in l. si fundus §. fi. per illum tex. in prin ff. -- Et sequitur Dom. Abb. in d. c. significante nu. 6. At in casu isto fuit sic concepta simpliciter, ergo debet intelligi pro iusto pretio.

Sexto dixi nostrum casum decidi per no. per Ias. in d. §. si centum nume. 1. & Deci. in l. certi conditio §. quoniam versi. (vlterius) ff. si cert. peta qui dicunt, ꝙ siue datio in solutum fiat à Iudice, siue à parte. Datio prædicta vitiatur, si in aliquo minimo nō sit debitum: & si verum esset debitum, & erraretur in existimatione rei quæ traditur in solutum. Tunc valet pro rata debiti cōcurrentis, & reliquum restituitur, & ita proce-
24 dit † tex. l. fi. §. si quidem C. de iur. dom. impet. & sic declarat etiam Aym. Grauet. in consi. 234. nu. 1. vol. 1. & hanc partem veram, & animæ fauorabilem amplectendam esse votaui, & vide Franciscum Bursat. in consi. 84. num 31. vol. 2.

Non obstant rationes partis aduersæ, & primo prima ratio, quia non omne simile est
25 idem † l. quod Nerua ff. deposi. & differt datio in solutum ab emptione. Datio enim in solutum pro quolibet minimo vitiatur, vt dictum est, & amplè per Deci. consil. 403. num. 21. & in d. l. certi conditio num. 4. ff si cert. petat. post Bald. declarat in d l. fin. C. de iur. dom. impet. & Dom. Alex. in l. iuste possidet nume. --- ff. de acquir. poss. per Pau. de Castr. in consi. 165. in 3. col. versi. ex his patet in 2. par. Venditio vera non rescinditur, nisi vbi adest deceptio vltra dimidiam iusti
26 pretij † l. 2. C. de rescin. vend. ergo & c.
* Non obstant dicta Pau. & Alex. quia * cōmunior opi. Doct. est cōtra eos ex quo illud plus in datione in solutum semper restituitur, ita Ias. in d. §. si centum: & videatur omnino Fulgos. in consi. 191. in 2. col. & consil. 137. & consil 72.

Vel soluendo eos possumus dicere eorum opi. procedere quando non ab initio coī tractus dicta datio in solutū facta foret, & ipsi creditori, vt dixi cum dicti. Bar. in 2. Ratione istius partis, secus si à principio, vt dixi, & ratio potest esse, quia in principio debitor
17 facit omne pactū quod vult creditor † arg. l. si mulier C. ad Velleia.

Non obstat tertia ratio, quia tūc datio in solutum valet, & tenet quā do fit iusto pretio, & ita procedit Deci. in suo consi. sic etiā respondetur ad alteram de iuramento, quia alias iuramentum esset iniquitatis vinculū c. & si Christus de iur. iur. & Bal. in c. 1 nu. 6. de feud. dato in vicem l. commissoriæ, vbi ponit pulchram quæstionem vide eum.

Nec obstat vltima ratio, quia vt dixi iura-
18 mentum non alterat naturam cōtractus † l. si C. de non nu. pecu. & in fauorem Frācisci Bouis sententiaui cui meo voto se subscripserūt infrascripti alij iure periti Anno 1571.

Sempronius Ascia V. I. D.

PErfecto cum nihil deficiat si quid adderet cum esset superfluum resecandum cōcurro igitur in eadem sententia omnibus pedibus cum sapiat veritatem, cuiusuis cum sit maxima, & omniū callididatibus resistat, nimirum si sub tam iusto Preside se ipsam defendat, & ad fidem mea manu subscripsi.

Antonius Petronellus Altamuris.

ET cum esset causa introducta coram Gubernatore Terræ Latertiæ Patriæ meæ Domino Iulio Cęsare Monte nato V. I. D. Ciuitatis Tarenti per eum secūdum votū meum amicabiliter de consensu partium latum (licet dissentijssent postea) iudicauit in anno 1572. sub die 20. Ianuarij me Auditore existente Illustrissimi Marchionis dictæ Terræ Latertiæ.

Nota etiā in hac materia ꝙ si creditor voluisset repudiare bona insolutum data, & petere pecuniam, ꝙ sit ad eius electionē. Ita Deci. in consi. 12. Curt. Iun. cōs. 132. Gozad. in consil. 42. nu. 5. Ratio secundū prædictos, quia ista datio est introducta in fauorē Creditoris l. pretij C. de rescind. vend. & ita etiā Cagno. in l. vnic. nu. 77 ff. si quis ius dic. nō obtemper. licet remittat se imitationi Alex. in §. fi. eiusdē legis, & in sub. cōsi. Socy. 151

Digitized by Google

Sed in contrarium est veritas, quia debet retinere rem sibi insolutum datam, quia per eam debitor ab obligatione liberatur l. manifesti C. de sol. Ita Socy. in consil. 41. lib. 3. & consi. 62 nu. 21. Paris. consil. 81. & secundum hanc opin. esse decisum. Ant. Thesau. in decis. Pedemon. 147. Datio in solutum refert &c. Cum datio insolutum est soluere, ita Lau. Calca. in consil. 34. nu. 5. & transtulit dominium in creditorem per tex. l. libera C. de sen. quem tex. citat ad hūc propositum Ang. de Gambellio. in consil. 133, nume. 13. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Emens fundum pretio non soluto, fructos suos non facit.

SVMMARIVM.

1 *Emptor post perfectam emptionem, facit fructus suos.*

2 *Emptor pretio non soluto, non facit fructus suos.*

3 *Ante pretij solutionem venditori competit exceptio.*

4 *Emptor tenetur ad interesse pretij nō soluti.*

DETERMINATIO CXXIII.

EMIT quidam fundū pretiumq; ad certum tempus soluere promisit, nō soluit; & per multum tēpus fuit in mora, & fructus recollegit; fuit dubitatum, an emptor iste faciat fructus suos. Pro emptore videtur dicendum, ꝙ sic. Nam perfecta emptione, fructus statim pertinent
1 ad emptorem à die celebrati contractus † ita est tex. in l. fructus vbi glo. & Bal. in prin. C. de actio. empti. & clarius glo. in l. Iulianus §. ex vendito ff. eo titulo, & per Tiraq. in tracta. lignag. §. 1. glo. 7. num. 37. & 39. & vltimo Anto Thesau. in decis. Pedemon. 55. incip. Fructus nu. 1. & 2. vbi rationes assignat, & in decis. 56. incip Fructus fundi in princ. & prædicta procedunt in venditione voluntaria, non necessaria, vt ibi per eum.

Pro contraria parte dicitur, ꝙ fructus nullo modo lucratur, nisi soluto integro pretio
2 † ita dixit Bal. in d. l. fructus. Ratio secundū eum. qa ante solutionē pretij venditori cō-
3 petit exceptio † l. Iulian⁹ § offerri ff. de act. empt. & l. qui pendētem ff. eo. & firmat Bal. in l. traditio in 11. q. versi. (vndecimo quod certum est) C. eo. Saly. post Cyn. & Odofr. & alios in l. curabit C. de actio. empti, & firmat hāc partem Corn. in cōsi. 150. 4. vol. & Alex. in consi. 121. viso themate vol. 4. per Cagno. in l. 2. C. de pact. in emp. & vend, est tex. in l. fistulas §. qui fundum ff. de contrah. empt. per Affl. in decis. 188. & ibi Vrsill. num. 4.

Hæc vltima opi. vti verior, & æquitati cōsona, est amplectenda, quia non est iustū, vt
4 quis habeat rem, * & pretium per prædicta.

Prima opi. non est recepta, & quatenus procederet, nihilominus emptor tenetur ad vsuras pretij, quæ loco interesse succedūt, vt in c. conquestus, & c. salubriter de vsur. & in d. l. curabit, & Saly. in d. §. ex vēdito, vbi etiā Bar. ff de actio empti, & sic determinaui Andriæ in anno 1597. in quadam causa, in qua patrocinabat Eccellens Dominus Ioānes Alfonsi. cognitor V.I.D. in illa Ciuitate non secundus, amator veritatis, & Religionis Christianæ, amicusq; integerrimus, qui se quieuit, & determinatio mea effectū habuit ad Deū laudem.

Sempronius Ascia. V.I.D.

ARGVMENTVM.

Maritus, rem dotalem ab vxore venditam, recuperare potest.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest venire cōtra contractū iuratū.*

2 *Iuramentum non obseruans, periurus est.*

3 *Lex nutriens peccatum, non est obseruanda.*

4 *Lex ciuilis vires iuramēti annullare non pōt.*

5 *Alienatio rei dotalis, non valet.*

6 *Rem dotalem vendens, ipsemet rei vendicare potest.*

7 *Absolutus à iuramento antequam agat, nō dicitur periurus.*

8 *Iuramentum debet habere tres comites.*

9 *Iuramentum habet in se conditionem, quod obseruabitur, si erit obseruandum.*

10 *Regia Pragmatica in Regno prohibet iuramentum in alienatione rei dotalis.*

11 *Mulier habens virum apud Hostes, non dicitur vidua, nec maritari potest, nisi certiorata de morte primi viri*

12 *Vita hominis præsumitur vsq; ad cētū annos.*

13 *Mulier duos viros, eodem tempore habere non debet.*

14 *Vsufructuarius, proprietatē alienare nō pōt.*

Lib-

DETERMINATIO CXXIV.

QVÆDAM Catherina Ciuitatis Cuperſani, virum ſuũ apud hoſtes habens, credẽs ibi mortuum eſſe, cuidam bona ſua dotalia, vti vidua, Franciſco de Solibrizzo vendidit: poſt multos annos, reuerſo viro incolume egit in Curia Ciuitatis Cuperſani, contra emptorem rei vendicatione dicẽs, alienationem nullam: maximè quia nunc ſubſtinet onera matrimonij, & ex cõſequenti fructibus carere non debet, & dum mihi cauſa iſta decidenda ab Illuſtriſſima Comitiſſa, de conſenſu partium commiſſa fuiſſet decidi, vt infra.

Pro parte emptoris dicebatur, mulierem alienantẽ rem dotalẽ ſeu ſuo marito conſentientẽ, ſi in inſtrumento iurauerit, nõ cõtrauenire cõtra contractum venire non poteſt,
1 (maximè abſolutione non impetrata) † ita Affl. i. decis. 311. n. 4. cũ iuramentum licet ex parte recipientis, aliquam contineret turpitudinem. Ex parte tamen iurantis, qui Deũ in teſtem vocat iurando, apud quem nulla eſt turpitudo, & ſi contra bonos mores, vel aliquid ſimile iuratur ſeruandum eſt, & il-
2 lud non obſeruans, periurus eſt † ita poſt alios not. Fely. in c. debitores de iur. iur. & eſt
* comm.* refert Aret. in princ. inſt. quib. alie. lic. vel non num. 4. vbi etiam tenet, tali iuramẽto de iur. canonico legitri, propter peccatum c. cum contingat de iur. iur.

Ex quibus vr, ꝙ ſtandum eſt contractui.

Nec obſtat Regia Pragmatica huius Regni, per quam prohibetur renunciatio velleiani, & ex conſequenti, omnis alienatio etiam cum iuramẽto, quia cum nutriat peccatum reſpectu iuris iurandi, non eſt obſeruanda. Nam iudex ſecularis poteſt cogi, ne
3 illam obſeruet † c. fin. de præſcriptio. c. licet de iur. iur. in 6 glo. in cap. poſſeſſor de regu. iur. in 6 Bar. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. public. etiam ſi nutriret peccatum veniale, Aret. & Io. And. in c. quamuis de pact. in 6. Ant. de But. in c. ſi vero de iur. iur.

Et ꝙ lex ciuilis non poteſt vires iuramenti annullare, quo quomodo, nec conſuetu-
4 do, nec ſtatutum † ita dicit Pau. de Caſtr. in
* l. non dubium C. de leg. eſt communis* concluſio, & in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. num. 11. conſuluit Alex. in cõſil. 39. vol. 4. & conſi. 83. vol. 3. Anchar. in c. ea quæ, & in c. poſſeſſorium de reg. iur. in 6. & in c. 1. de conſt. extra latè per Fely. in c. cõſtitutus de præſcrip. Abb. Sicul. in conſi. 71. 1. par. & in conſi. 8. in 2. par. in 2. quæſt. & in d. c. cum contingat de iur. iur.

Pro parte mariti allegabatur ꝙ alienatio facta per eius vxorẽ de rebus dotalibus, nullo modo valuit, quia per l. Iuliam prohibe-
5 tur rei dotalis alienatio tot. tit. † ff. de fund. dotal. & inſt. quib. alie. lic. vel nõ, & ita Campegg. in tract. dot. in quæſt. 22. incip. cõſtante matrimonio.

Imo in tali caſu, ipſamet reuocare pote-
6 rit † not. Doct. in l. cum vir. de vſucap. & dixi ſupra in Determ. 133. vbi ad plenũ, Ratio eſt, quia venditio eſt facta cõtra legem l. quemadmodum de agricol. & cenſi. lib. 10. vbi ad ſaturitatem, & doctè Io. de Plat. & Imo. in c. ſi quis presbyterorum in 2 col. de reb. eccleſ. nõ alien. extra, & Io. de Campeg. in tract. dot. q. 20. an maritus vendens.

His veris, non obſtat prima ratio: quia in caſu noſtro, fuit petita abſolutio iuramenti antequam ageret, & ſic faciunt illæ doctrinę
7 pro hac parte: † poſtquam loquũtur impetratione abſolutionis non habita.

Secundo reſpondetur, nam tunc iuramẽtum obſtaret: quando haberet illos tres Comites: de quibus in c. & ſi Chriſtus de iur. iur. in glo. (in veritate) & ſunt: veritas, iuditium, & iuſtitia: deeſt veritas, quia dicebat ſe viduam, & maritus, prout ad præſens eſt viuus: iuditium, ideſt deliberatio velle vendere ſi potuiſſet: Iuſtitia, hoc eſt licita agere: in caſu iſto non poteſt dici licitũ egiſſe, poſtquam dotes ſeruiũt oneribus matrimonij l. 1. & 2 ff. de fund. dot. maritus eſt reuerſus, ſubſtinet onera matrimonij, ergo nõ licuit. Ita Deci. in conſil. 180. nu. 5. in 2 par. & in conſi. 181. nu. 2. & cõſi. 151. & cõſ. 551. nu. 3. in 3. par. Natt. in cõſi. 631. nu. 9. vol. 3.

Et propterea his deficientibus potius periurium, quàm iuramentum dicendum eſt, c. animaduertendum 22. q. 2 Ratio eſt, quia in quolibet iuramẽto ſubintelligitur clauſula rebus ſic exiſtentibus l. ſi. ff. qui ſatiſ. cogan. l. qđ ſeruius ff. de cond. cau. da. cau. nõ ſecu. & Abb. in d. c. & ſi Chriſtus in 6. col. in d. glo. (in veritate) & Dec. in conſ. 350. nu. 6. & cõſil. 352. n. 7 par. 2. & Barb. in cõſ. 36. in 2 vol. & Iaſ. in l. ſi cõuenerit in 2. col. ita dixit Vezz. in rub. de reb. cred. in tom. comm. opi. 1. nu. 41. & Bal. in l. ſi ſeuerior in verb. (ex prædictis) ff. de pen. Dec. in l. ſi fugitiui C. de ſer. fugi. & idẽ Deci. in rub. C. qui admicti nu. 4. & Bal. in l. clari iuris eſt C. de fideicommiſſ.

Imo iuramentum conditionem in ſe recipit, quod obſeruabitur, ſi obſeruandũ erit
9 † c. quemadmodum de iur. iur.

Secunda ratio est, Regia Pragmatica quæ prohibet mulierem obligari posse,& sic rem dotalé alienare, & iuramenta interponenda Princeps secularis bene prohibere
10 potest † vt ad saturitatem glo.dictæ Regię Pragmaticę explanat.

Nec obstat, ꝙ vendidit vti vidua,quia in contrarium est veritas. Nam donec maritus est apud hostes, ipsa alteri nuptui tradere nō potest: donec de morte vera certiorata non
11 fuerit † per tex.in c.in pręsentia de sponsal. extra cap. Dominus de secund.nupt.auth. Hodie C. de repud. non obstante ꝙ in auth. de nup.meta quinque annorum statuta erat coll.4. sed de iure canonico qđ in matrimonijs seruandum est c.Euphemium §. sed idē in 2.q.3.& §.pen.colum 6.in auth. de cleri. apud proprios Epis. Nauarr. consil.35. alias 3.sub rub.de eo, qui duxit in matrim.quam poll.per adult.& in lib.suo flores. seu decis. 4.in decis.39. sub rubr.de spons.& matri,& in consi.Triden.in sess.24.cano.2.& in ead. sess.sub rubr.de reform.cap.7.

Ratio potest esse, quia vita hominis, vsq;
12 ad centum annos esse potest † c. prædixerat Hieronymus de pen.dist.vulgata l fin. C. de Sac.San.Eccl.& more solito explanat Franc. Viui.in Sil.comm.opin.in opi.1092.viuere quilibet præsumitur lib.3. & idem in decis.243.num.21.

Altera ratio potest esse, ne eod. tempore
13 duos viros habere contigeret † §.affinitatis cū simil.de nup.& iuxta illud Domini,quos Deus coniunxit homo non separet cap.quos Deus 33.q.2.& dixi supra num.11.

Ex quibus concluditur, dictam Catherinam viduam non esse,& sic alienationé nullam (licet dato ꝙ esset, dicta Catherina vidua), lex etiam prohibet.

Immo respondetur, & fortius, sumus in Ciuitate Cupersani Prouintiæ Bari, in qua viuitur iuxta consuetudines Barenses, inter quas est illa, quę incipit(mulier licet Domina) quam plenè commentauimus supra in Determinatione 7.

Per quam disponitur,ꝙ filijs existētibus, mater est vsufructuaria, & non proprietaria, ergo vsufructuarius,non potest alienare proprietatem,in præiuditium filiorum:cum in dote succedunt filij, vt filij, & non vt hæ-
14 redes matris † contra l. cum à matre C. de rei vend.l.vendicantem ff. de euictio.

Ex quibus deciditur conclusio, ꝙ etiam ex isto capite, alienatio est, vt fuit nulla; vt per Gramm.in decis.93. & per Maxill. in d. consuetudine num.30. & faciunt ad præ-dicta Lodo,Rom.in consi.219.& consi.247. & 448. Afflict. in decis.263.& decis.300. & Capic.decis.92.

Et sic determinaui pro marito reuerso ab hostibus, contra emptorem, qui se quieuit, & restituit bona dotalia per eū empta, pretio rehabito. Rutiliani in anno 1588. & Domino sit laus.

Sempronius Ascia.V.I.D.

ARGUMENTUM.

Administrator Vniuersitatis, emens prędia ante rationem reditam, præsumitur emisse de bonis Vniuersitatis.

SUMMARIUM.

1 *Administrator Vniuersitatis præsumitur emere de pecunia Vniuersitatis, & quando.*
2 *Res publica, & Ecclesia æquiparantur.*
3 *Prælatus Ecclesiæ emens, præsumitur emere de bonis Ecclesiæ.*
4 *Inter prælatum Ecclesiæ, & administratorem Vniuersitatis interest.*
5 *Magistratus rei publicè tenetur conseruare, & non acquirere.*
6 *Distinctio Bal. in hoc articulo, vera.*

DETERMINATIO CXXVI.

ADMINISTRATOR quidā emit quædam prædia, & dubitabatur,an emisset de pecunia Vniuersitatis.Pro parte Vniuersitatis dicebatur, ꝙ officialis Reipublicæ, si in sua potestate pecunias publicas habet, in dubio, emens prædia, tempore administrationis de
1 pecunia publica emisse præsumitur † adducebatur glo.in l.facultas C.de iur.fisci lib.10. Ratio est secundum glo. quia res publica æ-
2 quiparatur Ecclesiæ † ita est tex.in l.vt inter diuinum C. de Sacros.Eccl. Si igitur Prælatus Ecclesiæ emerit, præsumitur de pecunia
3 Ecclesiæ emere,† ita in administratore Vniuersitatis.

Et quando bona Vniuersitatis, & Reipublicæ, in vsus proprios conuertit, tenetur etiam in quadruplum. Ita Aret.in § fin. inst. de pub.ind.& declarat Bello.in cōsil.32.nume.13.& 14.& Ari.Pinell.in l.2. in 3.par. cap.1.num.29. C.de rescind.vend.sequitur Borgogni.in tract.de tutor.in pri.num.116. in tom.tract.8,par.2. & in hoc Regno Neapolis habemus Regiam Pragmaticam sub

rubr,

rubr. de regimine Vniuersitatis & ibi Foll. Commentator.

Administrator dicebat, ꝙ non est bona similitudo inter Prælatum, & ipsum. Nam prælatus necessitatur acquirere Ecclesiæ, &
4 si fuerit negligens, tenetur de suo † ita glo. in c.fi.causa 2.q.4.& no.in l.quicquid C.arbi.tut.Abb.in c.1.de rest.in int.& in c.2. de præscript.not.in c.edoceri de rescript.

Secus in magistratu Reipublicæ, officiū cuius est, studere in conseruandis, & non in
5 lucrandis † ita Bald.in c.1.num.4.in rub.de contemp.inter Dominum, & fidelem de inuestitura feudi in vsib.feud. est videre Barbat.in add.ad Bald.in l.quisquis C.si cer.petat.& plenè per Alex. in consil.51. num.17. in 6.volum. & est videre Grauett. in consil. 129.num.3.vol.1.

Hinc est, ꝙ administrator, si habet quantumcunq; potestatem liberam administrandi, non potest quidquam donare l. cōtra iuris ciuilis §. si filius ff. de pact.l.si filius ff. de donat.& Pet.de Bellapert. in l. vnica nu.32. C.de confess.

Pro vera resolutione quæstionis,breuiter dic cum Bald. Aut iste administrator reddit congruam rationem de gestis,& reliqua soluit, & non præsumitur de pecunia Reipublicæ, & in hoc glo.non bene loquitur, quia
6 contrarium per rationem apparet † add. ad Bar.in d.l.facultas,vbi est etiam videre Luc. de Pen. & Io.de Platea. & hanc distinctioné sentit Imo.in c.inuestigandum in fin.verbis, de pecul.cler.extra.

Sed si rationem redisset, & reliqua nō restituisset, in isto casu, procedit gloss. & emptum præsumitur de bonis Vniuersitatis, & sic dixi in causa Notarij Nicolai Dragonij Terræ Latertiæ, qui fabricauit domos tempore sui sindicatus, & sic Vniuersitas prædictos domos habuit in anno 1571. & pluries in diuersis locis sic determinaui deinde. Ad Dei laudem.

Semprontus Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Fideiussor de præsentando toties, quoties excusatur propter difficultatem præsentandi.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores de se præsentando aliquem sub pena, certa, ad illam tenentur non præsentando.*

2 *Fideiussores tenentur ad penam pecuniariā, non corporalem, quia nemo Dominus mēbrorum suorum.*

3 *In causa capituli, in qua non admittitur, neque fideiussor admittitur procurator.*

4 *In causa abscißionis membri, procurator non admittitur.*

5 *Stipulatio de præsentando, est prætoria: & intelligitur fideiussorem curare, vt plures sistat.*

6 *Iudex ante oculos, æquitatem habere debet.*

7 *Fideiussor propter difficultatem, ad penam non tenetur.*

8 *Difficultas superueniens, excusat à pena, & periurio.*

9 *Iustum impedimentum non procuratum, excusat à pena.*

10 *Is dicitur præsentari non posse, qui commodè præsentari non potest.*

11 *Iuramentum intelligitur inquantum est possibilitas, & honestitas iurantis.*

12 *Iudex, bonus vir reputatur.*

13 *Impedimentum excusat à pena, & quando.*

14 *Impedimentum excusat in obligato præsentare, ad diem certum.*

15 *Intellectus ad l.sancimus C. de fideiusso.*

16 *Ablatiui absoluti, conditionem inducunt.*

17 *Dictio (statuto tempore) est apta afferre tēpus præsens, præteritum, & futurum, & quater.*

18 *Legum correctio est euitanda etiam per subauditus intellectus.*

19 *Vbi est dies, & pena, mora non purgatur.*

20 *Verba legum dubia, interpretantur secundū ll.sequentes.*

21 *Participium paßiui temporis futuri, resoluitur in participium præsentis temporis.*

22 *Tempus, pro tempore, quandoque ponitur.*

23 *In generali sermone, non includitur ciuilitas, vel honestas.*

24 *Verba generalia debent intelligi ciuiliter.*

25 *Verba generalia restringuntur ad quod iustum est.*

26 *Pars quæ vult stare consilio sapientis, intelligitur si consilium iustum fuerit.*

27 *Obligatio prætoria, debet interpretari, secūdum mentem prætoris.*

28 *Fideiußio toties quoties, quomodo intelligi debet.*

29 *Iudex pro eademmet causa, siue nouis inditijs, non potest procedere.*

30 *Dolus à quolibet Iudice abesse debet.*

31 *Iudex qui diu non vocauit delinquentem, si vocat dicitur malitiosè vocare.*

32 *Si super facto principali non potest procedi, cautio pro eo data, non valet.*

In

33 *In stipulatione semper inest, iusta causa.*
34 *Principalis si in iuditio sistere non tenetur, non valet fideiussio.*
35 *Annullato iuditio principali, annullatur accessorium.*
36 *Titulus principalis si non valet, nec constitutum.*
37 *Liberatio causæ principalis transit ad accessoriam.*
38 *Remota causa, remouetur effectus.*
39 *Deficiente fundamento, corruit edificatum.*
40 *Contractus stipulationis strictè intelligẽdus.*

DETERMINATIO CXXVII.

IOANNES Risius Ciuitatis Andriæ fuit in Curia prædicta de quibusdam vulneribus inquisitus, & sub fideiussoribus de se præsentando toties quoties, relaxatus, post aliquot tempus in ead. Curia de alio delicto ꝓcessatus fuit, de quo Ioannes notitiam habens, se absentauit, fuerunt citati fideiussores prædictę informationis ad præsentandum, dicunt replicando nõ teneri, propter absentiam causatam ab eademmet Curia, quid iuris determinaui, vt infra.

Considerandum est primo pro parte Curiæ coadiutoris ꝙ dicti fideiussores tenentur præsentare ex eorum promissione, & obligatione: & si non præsentant tenẽtur ad pęnam in quantitate certa, expressam, & pro-
1 missam † per tex. l. si fideiussor §. si. ff. qui satis cog. l. sancimus C. de fideiuss. l. si quis reum, & ibi Bar ff. de cust. reorum, & ad aliud nõ tenẽtur, nisi ad pęnam promissam pecuniariam; non corporalem quia nemo est Domi-
2 nus membrorum suorum † l. liber homo ff. ad l. Aquil. & per Bar. in d. l. si quis reum, per Salyc. in l. ad commentariensem C. de cust. & exhib. reo.

Maxime si sumus in casu, in quo nõ possunt pro reo comparere: & defensionem su-
3 scipere ad euitandam pęnam † l. si eum vbi Doct. ff. si quis cautio. Nam quando tractatur de abscissione membri, vt quia percussit aliquem cum armis iux. tex. l. Regni si quis aliquem sub rubr. de percuss. illi cum armi. Tali casu debet personaliter cõparere, & sic fideiussores pro eo, defensionem suscipere
4 non possunt † per not in l. pen. §. ad crimen ff. de pub. iud. & ita limitatur hæc regula per tex. l. 2. §. si quis in iuditio ff. eod. & per Alexan. & Ias. ibi, & secundum hanc opin. videtur inclinasse Vincen. in sua decis.

Fideiussores dicunt, ipsos non teneri, nec ad pęnam condemnari posse, ex infrascriptis & primo.

Quamuis ipsi promisissent pręsentare Ioannem inquisitum toties quoties &c. tamen huiusmodi stipulatio est prætoria, & intelligitur se facturos, & curaturos, vt ille sistat, &
5 se præsentet † l. quotiens quis ff. de verb. oblig. Ratio est, quia ꝓcedit ex æquitate prætoris iudicisq;, quam æquitatem ante ocu-
6 los habere debent † l. quod Efesi ff. de eo qd cer. loco. Hæc enim stipulatio interpretatur, se tantum facturos, & curaturos. Ita declarat Bar. in l. qui autem §. 1. ff. de cõst. pecun. & no. in præallegata l. quotiens pro quo est tex. in §. versa vice si alium & ibi glo. fi. inst. de inutil. stipulat. & sic fideiussores propter
7 difficultatem † præsentandi nõ tenentur.

Nam difficultas superueniẽs post obligationem facti, absq; promissoris culpa: non
8 tantum ipsos excusat à pęna, & mora † per l. si vehenda § si ff. ad l. Rodiam l. 2. §. 1. ff. si quis cautio. Verum etiam excusat à periurio c. breui de iur. iur. extra vbi Abb. in vlt. not. & in l. fin. ff. qui satis coga & limitatur per Bar in l. quod te ff. si cert. pet. col. 3. nume. 14. vbi dicit, ꝙ quando in oblatione est factum, indistinctè difficultas impedit moram. & idem Bart. in l. continuus §. illud ff. de verb. oblig. num 5. vers. (habemus videre) vbi ex mente Dyni dicit, ꝙ quando in obligatione est facti, & est adiecta pena, difficultas impedit obligationem in pęnã oriri, & idem indistinctè sequitur Fulgo. in l mora ff. de vsur. & Fed. de Sen. in consil. 122. & Grammat in sua quæst. 2. num 6 & Osach. in decis. 92. nu 20. & Couarr. in § quintus nu 4. in 2 par. relectio. sub rubr. de viramenti in Reg. non est obligatorium de reg. iur. in 6.

Accedat ad hoc quod dicit Ant. de Butr. & Innoc. in c. Gemma de sponsal. Clarũ est, istos fideiussores nescire, vbi est inquisitus, qui forte ex noua informatione se absentauit, & sic ex difficultate nouiter supuenienti, non solum impedit pene commissionem, sed etiam & fideiussores excusat: p iura predicta, & vltimo facit ꝙ dicit † Barthol. de
9 Saly. in l. sancimus C. de fideiuss. præallegat, qui dicit, ꝙ non tantum qui non potest exhibere, quia mortuus est, liberatur à fideiussione per l. si decesserit. & d. l. sancimus ibi (ab hac luce fuerit subtractus) ff. qui satis coga. verum etiam, qui ob aliam causam nõ potest præsentare. & is dicitur non posse præsentari, qui commodè præsentari nõ potest l. nepos proculo ff. de verb. sig. pro quo est

Digitized by Google

in d.l.fancim ❡ C.eo l.tit. vbi dicit, si possit scilicet, (commode) vt in casu nostro, quia non possunt eum commode præsentare, stante informatione de nouo capta, & diffamato de contemptu Iudicis. Per tex.l.2.§.fi.siquis cautio sæpius allegato: vbi omnem iustum
10 impedimentum non procuratum excusat promictentem de iuditio sisti.

Facit etiam, quia in promissione adest iuramentum quod intelligitur in eo possibili-
11 tas iurantis, & honestitas † ita Bal.in c.1. de nou.for.fideli. Hinc Bal.in l.fi. C.de non nu. pecu.nu.2.dixit, q si iuro stare mandatis Iudicis, intelligitur de æquis, & iustis; Quia
12 Iudex, bonus vir reputatur † per text. c.veniens de iur.iur.extra l.vir bonus ff.de iuditio soluend. l.continuus §.cum ita, vbi Bar. num.1.ff.de verb.obligatio. & in l.pro sotio §.arbitrorum ff.pro sot. Ang.de Gambellio. in consil.66.nume 3.& Abb. & Cano.in c. quinta vallis de iur.iur.extra Corf.in reper. Abb.in littera B.

Firma sit conclusio, q stante legitimo impedimento, post obligationem nato, ex difficultate prædicta fideiussores nō sunt in mora, & ex consequenti, non præsentando, vel sistendo, non incidunt in penam in obligatione contentam, & stipulatam.

Et q difficultas, seu impedimētum à pe-
13 na excusat † est tex.l.primæ §.si frater ff. de coll.bone. Tiraq. in tract. de vtroq; retract, tit.1.glo.1.in §.1.nu.120. Rip. in d.l. quod te ff.si cer.peta. Feder.cōsil.122.nu.1. Sebast. Medi.in tract.de furtui. Casi.in 7.in q.4.in prin. Impossibilitas præsentandi excusat fideiussorem à pena, Ias.in l.1.num.22. ff qui satis coga. Sebast.de Medi.in loco quo supra in q.5.nume 25. etiam si superuenerit intra terminum num.261.

Hæc regula secundum Alex.& Ias.in d.l. quod te ff.si cert.petat. Dicunt procedere, in illo obligato infra talem diem præsentare: quia tali casu si ob aliquam causam nō præsentat, excusatur à pena per iura prædicta præter causam mortis per d l. si decesserit p tex.d.l.sancimus i prin. ibi (statuto tēpore).

Tū intrepide dicas, q hæc limitatio sic restricta est contra mentem, & doctrinā Salyc. & etiam opin. Bar.in ead.l.quod te.

Et sic apertè colligitur, q talis limitatio
* est contra communem opin. * quæ est, q in obligatione facti difficultas excusat.

Ad verba dicti tex.l.sancimus ibi (statuto
15 tempore) † Respondetur dupliciter.

Nam illa verba denotant tempus præteritum dicendo (tempore statuto iam effluxo) Item stante, post moram cōmissam, temporis lapsu, Reum præsentare nō potest, incidit fideiussor in penam: quia postquā fuit commissa mora, difficultas superueniens nō excusat. Vt patet in d.l.sancimus. Probatur hoc triplici ratione.

Primo, quia in tex. sunt ablatiui absolu-
16 ti, quæ verba inducunt conditionē † l.cui-ctis agris ff.de vsufr. & l.vni.C.quando nō petent.

Secundo, quia illa dictio posita in d. l. est apta afferre tempus præsens, præteritum, &
17 futurum secundum subiectam materiā † secundum Bart.in l.1. §. hoc autem ff. de op. nou.nuntia. & secundum magis propriā naturam temporis præteriti l.nunquam §.thesaurus ff. de acq.rer.dom.

Et propterea, quia sic intelligendo iura concordantur, & etiam, per subauditos intellectus debet euitari legum correctio, &
18 contrarietas † iuxta no. in §.quibus in prima const.C.& in l 1.per glo. C.de inoff.dot. & in c. cum expediat de elect. in 6.

Quarto respondetur q esto, q dicta limitatio esset vera, nihilominus in casu isto non obstat. Loquitur lex illa in casu satis diuerso videlicet, quando in promissione de præsentādo esset apposita certa dies determinata; sed in casu isto fuit facta promissio indeterminata, videlicet de præsentando, toties, quoties fuerit requisitus. Nam iste promissiones differunt inter se: Quia quando est dies, & pena, mora non purgatur, secus si
19 non est apposita dies, & pena † l.si insulam ff.de verb. oblig. & l.magnam C.de contrah. & commict. stipulatione. Ita ad dictam l. respōdit Dominus Nicola de Vicarijs, in quodam Consilio ad pennam adhuc nō impresso. Cuius concepta in hac mea determinatione posui.

Et vltra eum, dic q illa lex sancimus, intelligitur de tempore diuerso: Nam verba, cuiuscunque dispositionis dubia, recipiunt intellectum, & declarationem à sequenti-
20 bus, præcedentibus † l. si seruus plurium ff.de leg. 1.l.Iulianus §.proinde ff.ad Senat. Macedo. per quæ iura Roma. in consil.328. col. 2.versi.3. Idem voluit: Socy.in cōsi.222. incip.discutiendum est col.2.& Alex. in cōsil 7 incip.visis, & diligenter, vbi casus l.sancimus, & intellectus dictorum verborum declaratur.

Et facit, quia participium passiui temporis futuri, resoluis in participium præsentis
21 temporis † vbi est tex.l.primæ, & ibi glo.ff. de cond.furt.ibi (hæreditatis perdēdę) idest

(per-

(perdite) & declarat ibi glo. ꝙ tempus pro
22 tempore ponitur † l.si posssionum C.de infami. & è contra participium præteriti têporis, exponitur, & resoluitur in participiũ futuri l.si venditor §.fi. de ser.expor.ibi (interrogatam) lest interrogandam, & plura possunt adduci quæ breuitatis causa ommictuntur.

Præterea nos habemus, ꝙ in generali sermone intelligitur excepta ciuilitas, & hone-
23 stas † l.si cui ff.de ser. & ibi clar. Bar.& Bal. Et sic habemus regulam, ꝙ verba generalia
24 debent intelligi ciuiliter † vt per Bald. in l. qui crimen.C. qui accus.poss.vers.(sed quid si num.10.) in fi.dum dicit,ꝙ verba generalia debent restringi ad id, quod iustum est.

Et sic verba generalia restringuntur ad illud quod iustum est: & non extenduntur ad iniusta: quia in eis, quislibet non præsu-
25 mitur consentire † per text. l. si procuratores ff. de conditio. indebit. & l.si cui ff. de serui.iuncta l.cum de indebito ff. de probatio. Ita dicit Socy. in consil.24.versic. (non obstat) in 1.volum. vbi ponit exemplum, ꝙ licet partes dicant stari sentétiæ alicuius iudicis,de consilio alterius, intelligitur si consilium iustum fuerit, alias stare non tenen-
26 tur † per l.si libertus ff. de oper.lib.

Ideo tanto magis in casu nostro, in quo sumus in obligatione pretoria. Quæ debet interpretari, secundum mentem prætoris
27 per tar.in l. qui crimen, & l.damni §. si qd ff. de dam.infect. & ibi Bald.

Cum prætor ante oculos æquitatem habet d.l. ꝙ Ephesi, ergo & debet arbitrari, ꝙ bonus vir faceret,cum ipse vir bonus dicitur l. vir bonus ff. iud.sol. & debet seruare æquitatem in his quæ sunt sibi, & eius arbitrio commissa: vt dicit Io.Andr.in cap.1.de const.quem Fely.sequitur in c.fi. §.porro vt lit.non contest. num.4.

Cum igitur prędicti fideiussores in generali sermone promiserũt præsentare, toties, quoties; dicta promissio restringi debet, ad id quod iustũ est,videlicet,quoties iuste fuerit requisitus, & præsentatio denegari non
28 posset, † sed i casu isto adest difficultas pręsentandi, ergo requisitio est in tempore inhabili, & non secundum æquitatem immo iniusta.

Et si ponderet causa principalis, quia nihil legitimæ constet,non potest iudex,nouis inditijs non superuenientibus pro eadémet
29 causa petere † ita concludit Pau. de Castr. in l.si eum ff si quis cautio. Vbi etiam Alex. num. 1 .in tex.ibi forte allegat Fulgos.ita tenere per tex.in §. iniuriarum d.l.si eum.

Nec iudex debet permictere, ꝙ pro alio delicto molestet fideiussores primi delicti:& & sub tali colore inquisitũ habere: nam iste dicit color simulatus: & dolus, ex facti qualitate præsumitur c.2.de renun.in 6. l. dolo C.de dol.not. Abb.in c.Quintauallis nu.33. de iur.iur.extra. Dolus enim à quolibet iudice ab esse debet. Nam est conclusio clara, ꝙ in qualibet dispositione, dolus abesse de-
30 bet † l.creditor §.Lucius ff. mandat.

Exstante longinquitate temporis, ꝙ pro tali causa non sit vocatus delinquens, hodie præsumitur ex malitia, cum sit in tempore
31 incongruo: ergo est actus illicitus † c.1. de præsumpt.ita dicit Fely. in d.c.fi. §.porro vt lit.non contesta.in prin. col.3.

Tertio est considerandum, ꝙ quando super facto principali non potest procedi, licet sit data cautio de iuditio sisti, non valet,neq;
32 tenet,& est nulla † ita est tex.secundũ vnum intellectum in l.2.ff.qui satis coga. & ibi
* Bal.Alex.& omnes: facit * dictum Bart.in l. quidam consulebant de re iud.num.10. vbi dicit, ꝙ cautio de iuditio sisti,habet in se tacitam conditionem, si apparuerit me teneri: accedat d.tex.l.vir bonus ff.iud.sol.

Nam in tali promissione, semper inest ta-
33 cita conditio, si iusta causa interuenerit † p glo.in l fi.C.qui satis coga.l.si ex falsis C. de transact.vbi dicitur, (ꝙ vir bonus non arbitratur rem indefensam de qua prætor iuditium accipere non cogitur) ex quibus verbis aperte liquet ꝙ fideiussor de iudicato soluendo, licet teneatur ex clausula de defendendo in ipsa fideiussione contenta l.iudicatum solui eod.tit. tamen si reum non defendit,qui non poterat à pretore constringi suscipere iuditium, non tenetur de promissione sua, vbi subdit Pau.de Castr. qui cauerit in iuditio soluere, si ex aliqua causa apparet non teneri comparere, nõ tenetur etiam ex illa clausula ex tali promissione: facit etiã quod voluit Bal.in d.l.2.in §.& fideiussoré. Circa principium,vbi dicit ꝙ si principalis
34 in iuditio sistere non tenetur; non valet fideiussio.

Ad prædicta confirmanda dicitur sic, ista fideiussio est dependens,& accessoria à principali iuditio iux.tex. l. si eum §. in veritate ff. si quis cautio. Annullato iuditio princi-
35 pali, annullatur accessorium,† vt in d.§. in veritate, & l.cum principalis ff.de reg.iu. l.ex pupillari ff. de testa. & in c. accessorium de reg.iur.in 6.

Facit, quæ dicit Alexan. in consil.106. in 3. vol.

3.vol, dum dixit ex mente Bal. in l. ex testamento C. de fideicomm. q quando nō valet principalis titulus redditur inutile
36 cōstitutum in eo appositum † secundum Bal. in l. si absentis C. si cer. peta. q si non tenet cōtractus principalis, nec etiam tenet præceptum guarentigię, nec concessio illi accessoria. facit gl. in l. si patronus in verb. (fauiana) ff. si quid. q quando rescinditur principale, rescinditur accessorium. Vt pactū euictionis, seu penæ, quæ glo. multa allegat ad hunc propositum, & doctè Iaſ. in d. l. ex testamento.

Ad prædicta facit, nam liberatio facta super causa principali, trāsit etiam ad ac-
37 cessorium, & ad connexa † l. si cum tibi C. de iu. l. Bar. in l. Aurelius §. Gaius ff. de lib. legat. Iaſ. post Alex. in l. non exigimus in prin. ff. si quis cautio.

Hinc etiam dicimus, q remota causa,
38 remouetur omnis effectus † per glo. fi. in c. significātibus de off. delegat. quę dicit, q pęna promissa in aliquo contractu, vel alio actu, intelligitur si actus principalis valet.

Faciunt dicta Socy. in cōsi. 40. in 1. vol.

Ad idem facit regula quæ dicit, q deficiente fundamento deficit, quod super
39 ędificatum est † l. egi de excusa. rei iud. l. Ateius § si cum l. sec. ff. de aq. plu. arcen. c. cum Paulus 1. q. 1. Socyn. in consil 99. num. 25. in 3 vol.

Cum igitur, ex principali informatione constat, dictum Ioannem Risium nil deliquisse, merito fideiussio præstita nil debet operari per prædicta.

Vltimo cōsiderandum est, q sumus in contractu stipulationis, & stricti iuris, &
40 strictè est intelligendus † l. quicquid astringendæ ff. de verb. oblig.

Et ad cognoscendum contractum, & eius qualitatem similia sunt aspicienda l. sed & reprobari ff. de verb. oblig. ita Socy. concludit in consil. 18. in 1. vol vbi dicit, q celebrato cōtractu sub certa forma, illa seruanda est, per text. l. huiusmodi ff. de verb. oblig. Immo, & in ambiguis contra stipulatorem verba interpretanda sunt l. stipulatio §. in stipulationibus ff. de verb. oblig. & maximè in casu isto, vbi Curia tractat de lucro captando l. nō licet actori § 1. ff. de reg. Nam fiscus in pęnis, causam lucratiuam intend. et Bar. in l. si duos.

His veris consideratis verba fideiussionis apertè apparebit, fideiussores nō promisisse præsentare, nisi prius inquisitus fuisset vocatus, vel requisitus, dicunt verba, Ioannes Risius promisit se præsentare & c. Et ad maiorem cautelā &c. Ex prædictis verbis liquet fideiussores non teneri, nisi vocato principali, & requisito, verba enim sunt clara, ergo non egemus interpretatione l. si quis alij ff. de vsufr. l. continuus §. cum ita de verb. oblig.

Cum igitur fideiussores promiserunt pęnam non præsentando, ergo ad hoc cōpelli non possunt l. si pignore, & l. fideiussor magistratum ff. de fideiuss.

Faciūt dicta Alexan. post Pau. in d. l. 2. §. 1. qui satis coga. quæ dicunt, q si principalis promisit se iuditio sisti, & dat fideiussorē, qui simpliciter fide iubet, talis fideiussor tenet ad interesse si non est adiecta pena Et tali casu non potest sumi initium à fideiussore, vt possit in mora cōstitui, allegat not. per Immo. in l. cum filius §. 1. de verb. obliga. vbi dixit, q quando principalis promisit factum (sicut est in casu isto, quia promisit se præsentare,) ille qui simpliciter fideiussit, non videtur promisisse se facturum, & curaturum. q ille faciat: sed interesse, & in simili casu consuluit in fauorem fideiussorum Ioannes Nicola de Vicarijs, quod consiliū, vt dixi vidi ad pennam. Ex quibus apparet fideiussores non teneri ad presentandum, & ex consequenti, neque ad penam condemnari posse quod consilium ego habui ab Eccellente Ioanne Laurentio Melaria Gubernatore in Ciuitate Andriæ, & me suo iudice existente, in anno pdicto 1595.

Vltra prędicta adducitur tex l. si ff. qui satis coga. verba cuius sunt hæc (qui iurato promisit iuditio sisti nō videtur periurasse si ex cōcessa causa hoc deseruerit) ponderando verba text. ibi (si ex concessa causa) sequitur q cum sit fugatus à Curia ex noua prætensa causa ob quam sistere non potest, & difficultas causata est sine culpa fideiussorum, licet iurauerunt præsentare, non sunt periuri, & ex cōsequenti non tenentur ad pænam.

Ex quibus rescripsi Illustrissime Ducissæ Andriæ pęnam non esse exigendam: & fui in anno 1595. Et antea in anno 1589. In Terra Valenzani absoluerunt Notarium Victorium Latillum. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia. V.I.D.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Concubina receptatrix, non punitur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier receptans rem furatam, debet suspendi.*
2 *Receptator punitur, etiam quando gratis, & sine lucro receptat.*
3 *Receptator non punitur, nisi lucrum consequitur.*
4 *Fur, & receptator pariter puniũtur, quomodo intelliguntur, hæc verba.*
5 *Receptatrix amica, excusatur.*
6 *Amorosus. & fur, æquiparantur, & multa de amore dicuntur.*

DETERMINATIO CXXVIII.

FVRTVM in Territorio Terrę Baruli, fa&tum fuit noctis tempore, & propriæ de Mense Settembre 1591. in quadam posta ouium: à qua fuerunt furto subtracta, quædam bona, & præcisè, quædam caldaria, quodam vtrum, & hæc bona fuerũt inuenta in domo cuiusdam Isabellæ, quæ confessa fuit prædicta bona, & alia in eius domo asportasse, Franciscum Russum, cum duobus alijs; qui Franciscus fuit cognitus, tempore quo furtum in d. Massaria fecit, fuerũt recognita bona, & sunt propriæ illa, quæ fuerunt ad ouium poste furata, dubitatũ fuit, qua pœna hæc mulier receptans, puniri debeat. Sic determinaui.

Primo videtur dicendum, ꝙ debet furca suspendi. Ratio est, ex doct. Bal. in l. seruus ff. de cond. inde. vbi dixit, ꝙ receptans res furtiuas scienter, pœna furti tenetur
1 † per tex. l. eos vbi Doct. C. de furt. vbi Bald. dixit, ꝙ tempore suo, fuit suspensa quędã mulier, quæ sic bona furata scienter receptauerat.

Secundo, est text. in l. 1. ff. de receptat. & tex. l. 3. §. non tantum ff. de incen. Rui. & naufr. & l. 1. C. de his qui latro. hoc tenet etiam gl. in c. Aut facta de pen. dist. 1. & Afflict. in constit. Regni pactarenorum num. 15. sub rub. de pacta. recepta.

Tertio adducitur doctr. Saly in d. l. eos vbi dicit, receptatores puniri, etiã quan-
2 do gratis, & sine lucro receptant, † & per Ang. de Mal. in verbo dicto malefitio semper astitit, & ibi August.

In contrarium est veritas, & primo tũc receptator puniri debet, quando habet aliquod lucrum ex receptatione, alias non
3 punitur † ita Marsi. in consil. 53. num. 28. & melius in consil. 47. in 2. colum. & in consi. 30. num. 7.

Secũdo probatur authoritate Gand. in tract. malef. in rub. de furt. & latro. nu. 5. in versic. (restat videre) vbi dicit, ꝙ licet fures, & receptatores pariter puniantur: istud verbum (pariter) non debet intelligi æquali, vel simili pęna, sed debet intelligi, pariter, scilicet puniũtur, sed tamen
4 diuersa pæna † alleg. tex. in l. vltima in fi. ff. de abigeis. vbi habetur, ꝙ receptator abigei, exulat à Terra, & Abigeus punitur pæna mortis, l. 1. in prima respo. ff. de abig. ita Marsi. in d. consi. 47.

Non obstant iura in contrarium adducta, quia Marsil. formiter respondit in cõsil. 53. nu. 26. ad quem recurre.

Et Barthol. Cassa. in Cõsuet. Burgund. in glo. (Dei iustices) in rub. 1. in §. quinto nu. 9. in add. dixit. Idem, imo dixit vnũ multum notatu dignum, ꝙ mulier amica furis, si receptauerit, ꝙ excusatur omnino. Nam ratione amoris, videtur fuisse in furore, & nihil furore amoris vehemen-
5 tius. † Ita Imperator dicit in §. illud quoque in auth. quib. mo l. nat. effici. legit.

Vnde sicut furiosus, non sentit, sic nec
6 amorosus, & est similis ebrio, † & probatur ex illo carmine, Igneus ille furor, nescit habere modum: Et Philosop. in 2. ethicorum dixit. Vor enim, & concupiscentiæ venereorum, & quædam talium manifeste corpus transmutant. Vt dicit Oldrad. in consil. 210. & facit etiam dictũ Poetæ, (Che non è in somma Amor, se non insania;) & ideo non est afflictis danda afflictio. Et imprudẽtia mulieris amorosæ, quæ iuueni æquiparatur excusari debet, vt est text. l. fur in omnibus ff. de reg. iur.

Et ego in anno 1590. dum esset captus Matthæus de Mola insignis latro, & bona reperta penes eius concubinam, quæ manebat in Terra Rutiliani fuit carcerata, & ipsa in R. P. Audien. Baren. fassa fuit omnia bona furata sibi tradita à Matthæo Concubino, existente causę Commissario Domino Francisco Viuio Regio Auditore, & legum omniũ viuo fonte, vt ex Silu. comm. opi. in lucem edita apparet, & nuper ex decisionibus in lucem emanatis discernitur, sententiauit Matthæum fore suspendendum, & in frustra diuiden-

dum.

Digitized by Google

dum, & dictam concubinam absoluendam prout absoluta fuit.

In casu isto videtur huiusmodi in muliere hac, ergo &c. quia dictus Franciscus eam pro concubina habebat, & notorium erat, & hac de causa eã absolui, & Domino sit laus. Andriæ 1591.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Confessio vulnerati, non inditiat.

SVMMARIVM.

1 *Confessio vulnerati facit inditium ad torturam maximè cum iuramento.*
2 *In articulo mortis, nemo debet mentiri.*
3 *Confessio vulnerati, non inditiat, sed dat materiam carcerandi tantum.*
4 *Non omnis moriens, est Sanctus Io. Baptista.*
5 *Vulneratus, statim efficitur inimicus vulnerantis.*
6 *Inimico, etiã in articulo mortis non creditur.*
7 *In vulnusculo, non habet locum pæna vulnerantis.*

DETERMINATIO CXXIX.

IOANNES de Cassano Ciuitatis Andriæ inquiritur ad quærelam Donati Scarcella custodis vinearum, qualiter vineas custodiendo ad eas Ioãnes accessit in die 4. Septembris 1595. in hora tertia noctis, vuas furandi, & volens ipse eum vti custodem expellere, cum quadam claui de linea caputa, in capite eum vulnerauit. Alij duo custodes vinearum contiguarũ ad gridos, & vociferationes accedentes eum solum vulneratum reperiere, interrogantes quis eum percussit, statim cõquestus est, Ioannem de Cassano ipsum vulnerasse, & hac de causa carceratus extitit, & cõpilato processu determinaui, vt infra.

Pro quærelante, & Curiæ coadiutore dicebatur, dictum Ioannem vulnerantem ad sciendum veritatem torquendum esse, vt dicit Ang. in l. si quis §. si quis moriens ff. Syllania, & in l. mater ff. de calumnia. Dum dixit, ꝙ confessio vulnerati, est sufficiens in-
1 ditium ad torturam † quem sequitur Marsil. in eius Pract. in § Diligenter num. 118. Dicens, ꝙ si cum iuramento id dixerit, & tempore quo confitetur à vulnere nõ est extra sensus, sed est sanè mentis, maximè si vulneratus est vir probe famæ, ꝙ isto casu facit inditium, & idem Marsi. in consi. 5. cum seq. & in sing. 22. & est videre Dec. in consil. 363. num. 2.

Ratio est in promptu, qa in articulo mor-
tis, nemo præsumitur mentiri, & se esse im-
2 memorem salutis æternæ.

Pro reo inquisito dicitur, ꝙ non solum, non inditiat, sed neque potest ex ea procedi ad inquirendum, maximè si mors nõ sequa-
3 tur, † vt tenet Plot. in rep. l. si quando C. vnde vi in verb. (inditium) quẽ sequitur Corradi. in sua pract. in suo versic. decimo &c. licet Boss. in rub. de inquisitio. nu. 48. intrepidè tenet, ꝙ sufficiens est ad inquirendum, & ita Bru. in tract. de ind. nu. 3. Socy. in consil. 54. volum. 3. Ang. in tract. malef. in verbo qui iudex ad probationem, vbi etiã August. nume. 6 & 12. & more solito Iul. Clar. in pract. Crimin. in §. fin. in quæst. 21. in versi.
* (assertio vulnerati) vbi dicit, ꝙ ita est * communis obseruantia, ꝙ tantummodo, ex ea inquisitio formari possit, & ꝙ Ang. melius locutus est in §. si quis moriens, quam in d. l. 2. de calumniato. & secundum Clar. sufficit
* ad carcerandum, & est * communis opi. secundum Gomez in cap. 13. num. 16 & hanc partem veram esse affirmat Lodou. Carr. in rep. l. obseruare curabis in princ. nume. 124. vers. decimum inditium est, per Alexan. plenè in consil. 14. volum. 3. maximè in num. 4. Gand. in tracta. de mal. sub rub. de transact. nume. 16. Par. in tracta. ind. in verb. tortura lo secundo cap. 6. nume. 9 Gramm. Consil. Crim. 42. num. 7. Boer. in decis. 90. nume. 5. & 6.

Et est sufficiens, etiam ad excusandum hæredem à calumnia, secundum glo. in d. l. mater C. de calumnia. Et sequitur Gramm. in consil. crimin. 57. nume. 14. & hanc glo.
* * communiter sequuntur ibidem Bart. Salyc. & Ang. Ias. in l. de die ff. qui satis cogant. in fin. & Socy. in consil. 54. nume. 13. volum. 3.

Ad contraria respondetur cum Bald. in c. 1. §. vassalli de pac. constant, in vsib. feud. ꝙ non omnis moriens est Sanctus Ioannes
4 Baptista, † & Anan. in consil. 17. nume. 7. Marsil. in Practic. Crimin. §. diligenter nume. 117. & 124. & in sing. 22 Clau. Battind. in Practic. Crimin. in reg. 33. Gand. in tract. malef. in rubr. An pax. versic. sed pone quidam, & Bursat. in consil. 165. nume. 41. volum. 2.

Vel secũdo, nã statim ꝙ quis est vulneratus, efficit inimicus vulnerãtis, & odiosus, &
5 testi odioso, nõ credit † vt ĩ §. in auth. de test.

Digitized by Google

Gramm. in consi. 57. Alex. in consi. 14. vol. 3. * & Criminalistæ vbiq;.

Et inimico, etiam in articulo mortis non
6 creditur, † vt doctè Hippol. de Marsil. in §. præterea in eius pract. crimin & declarat in proprijs terminis Bal. in d. l. 2. C. de calumnia. & Gram. in consi. 42. in crim. & Ang. in d. l. mater vbi rectius locutus fuit, Iaf. in l. de die ff. qui satis cogo. Bal. in l. si instituta §. 1. ff. de inoff. testa. Nam quandoq; moriens mentitur Bal. in c. literas de præsumpt. & Alex. in consi. 14. in 3. vol. Non enim omnis, qui moritur est sanctus Ioãnes Baptista Bal. in tit. de pac. cost. in verb. vassalli, & Gram. in d. consi. 57. nu. 15. & dixi supra num. 4.

Tanto magis in casu nostro, vbi fuit vulnusculum, & pellis tantum scissura, & in
7 hoc non habet locum pena vulnerantis † l. si qui eum, ff. de edil. edicto. & est tex. in c. Regni incipiens, qui cũ Ronca ita add. ad gl in verbo minimè, per not. in c. cum illorum de sent. excom. extra l. 1. §. p inde ff. de edil. edi. Determinaui esse liberã sũ sub cautione de se præsentando nouis superuenientibus inditijs in die 15. Octobris 1591. Andriæ, & per antea in anno 1590. Determinaui in Terra Turi, absoluendo Valerium Caracciolum Camerarium tũc Terræ prædictæ, & inquisitum de homicidio sequuto in personã cuiusdam Victoriæ, quæ confessa fuit Valeriũ ipsum percussisse, & quia nulla præsumptio contra eum fuerat, sed solum confessio mortuæ tempore quo viuebat, ipsum per supradicta absolui modo quo, & Andriæ seruaui. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Creditor potest petere annuos census decursos, & rescindere contractum.

SVMMARIVM.

1 *Nemo debet consequi commodum ab eo, quod impugnat.*

2 *Creditor potest agere via executiua, non obstante q intentauit rescißionem contractus pro annualitatibus.*

3 *Petitio vnius, non impedit executionem alterius.*

4 *Dominus census potest intentare actionem realem, & personalem.*

DETERMINATIO CXXX.

MAGNIFICVS Ioãnes Andreas Stãpacchia Ciuitatis Andriæ, vigore publici instrumẽti censualis stipulati in anno 1574. emptionis annui census duc. 56. 2. à Magnif. Lucia Vulpone, & Ioanne Francisco Thesaurario, in quo adest pactum, q si deficerêt à solutione vnius annatæ, q possint cogi pro capitali, qđ est duc. 564. & pro annatis decursis tã pro capitali quàm pro censib^9^ pro quibus petit exequi, & liquidari egit.

Dicebatur pro parte magnificorũ debitorum, q cum sit intẽtata lis super rescissione contractus vigore pacti, q nõ potest procedi ad liquidãdas annualitates decursas: illa ratione, quia quis non debet consequi cõmo-
1 dum ab eo quod impugnat † l. licet cũ glo. C. ad l. Corneliam de falsis l. fi. ff. de inoff. testam. Bar. in l. post legatum in prin. ff. de his quib. vt indig. Alex in consi 14. 6. vol.

In contrarium, q non obstante litis pendentia super rescissione contractus, põt procedi interrogatio, & sic etiam & exequi. videtur probari à simili † ex tex. l. penul. ff. de petit. hæred. vbi habetur q petitio vnius nõ
3 impedit exequutionem alterius † hoc etiam probatur in l. is à quo ff. de rei vend. & licet ibi loquantur, quando comparet tertius ad impediendum. Nihilominus causa finalis illorum est, q illa litis pendentia, non impedit hanc interrogationẽ, vt loquitur etiam Mar. Frecc. in tracta. de præsenta. instrum. in par. 9. quæst. fo. & Canar. affirmat in tract. de executio. instrument. 6 & Lanzilott. in tract. attentato in quæstio.

Faciunt ad probanda pdicta q dicit Cassan. in Cõsue. Burgun. in glo. (Des droiz) in §. 23 in versi. (De los Termes) nu. 17. vbi dicit, q Dominus census põt intentare actionem realem, & personalem † §. sed neq; in
4 auth. de fideiuss. Guid. Pap. in decis. 108. tenet indistinctè, q datur ista cumulatio, & in cõsil. 143. vbi declarat an rescissio contractus, & restitutio in integrum, possint cumulari, & dicit q sic, sed tu vide Cappel. Tholosa. q. 369. vbi dicit, q petens rescissionem contractus, non auditur in possessorio, & vide Cassa. & ibi addi. in loco citato.

Secundo dicebatur, q hæc quæstio decisa est in Sacr. Consilio referente Domino de Franch. in decis. 373. incip. dubitatur an pendente in 2. par. Et secundum hanc determinaui de Mẽse Sep'ẽb. 1591. Et Dño sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Tutor tenetur redere bona pupillo, etiam non reddita ratione, finita tutela.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, curator, negotiorum gestorum, & quilibet administrator, tenetur redere rationem, suæ administrationis.*

2 *Tutor, qui finita tutela non exhibet librum rationum videtur esse in dolo.*

3 *Tutor, tutela finita, vel non, tenetur ministrare expensas pupillo.*

4 *Lex simpliciter loquens, sic debet intelligi.*

5 *Tutor tenetur administrare sumptus litis, secundum veram opi. pendente lite, de ratione redenda.*

6 *Intellectus ad l. Imperatores ff. de tut. & ratio. distrah.*

7 *Tutor tenetur redere bona certa, etiam non finita tutela secundum veram opi.*

DETERMINATIO CXXXI.

IN Ducali Curia Ciuitatis Andriæ, Magnif. Aurelia de Grimaldis, cõtra Magnif. Ioãnem Leonardum de Chiusulo egit, vt tanquam tutor suæ administrationis rationem reddat: necnon ꝙ ponatur in possessionem bonorum in inuentario descriptorum, & interim sibi consignari expensas, ad subministrandam litem, & ad se alendã, maximè quia nupsit, & seruatis seruandis determinaui, vt infra.

Et primo dixi, nullum esse dubium, ꝙ tutor, curator, negotiorum gestor, & quilibet administrator, tenetur reddere rationem suæ
1 administrationis † ita probatur in l. aduersus, & l. rationes C. de administr. tuto deprimis scilicet tutore, & curatore, de negotiorum gestore est tex. in l. 2. ff. de nego. gest. & de quolibet administratore, Roma. in consil. 415. num. 1. tradit Tiber Decian. in respons. 85. nume 22. in 2 volum. de omnibus, ita declarat Socyn. in consil. 73. colum. 2. 1. volum. Deci. in consil. 178. Deci. in consil 90. nume. 7. in 1. par & in consil. 465. nume. 1. in 3. par. Nam reipublicæ interest, vt tutores rationem redant, ita Guid. Pap. in consil. 41. nume. 3. & Tiber. Decian. respons. 79. num. 11. volum. 2. & Ang. de Gambellio. in consil. 43. nume. 8. & 9. & Bellacomb. in titulo de administr. tut. num. 25. lib. com. opi. primo. Et idem in num. 27. & Grau. in consil. 218. num. 1. volum. 2. Natt. in consil. 39. nume. 4. & 5. vol. 1. & idem in consil. 134. num. 9. vol. eod.

Sequitur, ꝙ iste Leonardus tutor, stante tutela finita, ꝙ tenetur reddere rationẽ suæ administrationis.

Et tali casu tenetur ad quatuor principaliter.

Primo tenetur edere codices, seu libros rationum.

Secundo calculum ponere.

Tertio reliqua restituere.

Quarto purgare moram. Soluendo eius quod debetur. Ita est tex. & quæ ibi no. in l. cum seruus ff. de cond. & demonstr. l. si pure §. fi. & l. si pater §. Sticco ff. de fideicommiss. liber. ita Bald. in l. cum Testamento C. de testam. manumiss. Ita Dom. Ias. in consil. 14. num. 15. in 3. vol.

Vnde tutores, qui finita tutela, non exhibent libros prædictos rationum ipsis minoribus, videtur esse in dolo præsumpto, quod
2 sordide administrauerit † ita Petr. de Anch. in consi. 317. incip. in causa quæ vertitur voluit Dom. Ias. in consil. 219 nu. 6. & idẽ Ias. in consi. 14. num. 20. in 3. volum. no. Doct. in l. 1. § offitio ff. de tutel. & ratio distrahen. Dec in d. consi. 90. num. 8.

Quo vero ad secundum pro parte tutoris dicebatur, ꝙ tutor finita tutela; vel non finita, non tenetur ministrare sumptus pupillo
3 causa litis exercendæ † ita est tex. ad literam in l. Imperatores seuerus ff. de tutel. & ratio distrah. verba tex. sunt.

Imperatores Seuerus & Antonius rescripserunt in hæc verba, cum hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus, vel curatoribus debeatur, non habet rationem postulatio tua volentis in sumptum litis ab his tibi pecuniam ministrari) patet igitur ex verbis tex. ꝙ iniusta fuit minoris petitio, & iniusti petenti est deregandus assensus.

Et ideo dicebatur ꝙ ille text. loquitur generaliter, & simpliciter: & sic generaliter, & simpliciter debet intelligi † l. 1. ff. de leg. præstand. cum similibus.

Pro pupilla dicebatur, ꝙ sumptus litis sũt
5 ei ministrandæ † per tex. in l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoff. testa. ibi (placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum) & in l fi. quæ est, si quando C. de ord. cognitio. ibi (si aliqua alia facultas esse non poterit tantum litis sumptus, & alimoniæ subministretur.)

Ex quibus verbis datur verus intellectus, ꝙ ex quo bona pupilli sunt penes tutorem, pendet lis de redẽdã ratione, sequitur ꝙ debentur sumptus litis, & alimonia.

Digitized by Google

Non obstant tex. l. Imperatores, quia multipliciter respondetur, & primo, ideo ibi denegantur alimenta, & sumptus. Litis secundum And. de Pisis. Quia erat lis de quodam
6 debito particulari inter minorem, & tutoré, ꝙ secus est in casu nostro.

Secundo secundum Dyn. Ideo per tex. l. Imperatores fuerût denegati sumpt⁹ litis, & alimonia, qa pupill⁹ habebat vnde se aleret.

Vel tertio in l. Imperatores, nulla erat præsumptio possessionis minoris in tutoré. Secus est in casu nostro, vbi est præsumptio, & est, ꝙ possessio bonorum sunt penes tutoré, merito debent dari sumptus litis, & alimenta, & ita declarat Bar. eandem legem.

Vel quarto ideo pro l. Imperatores fuerût negati sumptus, & alimonia, quia forte apparebat tutorem bona aliũde habere, quàm ex administratione facta pupillo, & forte qa in inuentario nulla bona pupilli erãt descripta, & hac de causa pupillus habebat præsumptionem contra se iuris, per l. si defunctus C. arbit. tutel. & sic nimirum, si ibi minor fuit exclusus, & iste est intellectus Andreæ de Iser. in c. 1. §. quidam tamen nu. 6. de controuers. inter mas. & femi. in vsib. feu. qué refert Vrsill. in decis. 10. Afil. nu. 8. & 9.

Ad tertium dubium, an pendente lite reditionis, administrationis tutelæ, tutor possit condemnari ad certam summã, ad quam tutor notoriæ apparet debitor, veluti vt restituat bona in inuentario descripta, antequã sit redita ratio, & nisi prius liquidatis omnibus datis, & receptis.

Hæc quæstio ardua est, & indiget Imperiali decisione, nam reperio, ꝙ Ant. Negus. in tract. de pign. in 1. memb. vide partis principalis num. 37. dixit, ꝙ promissio reditionis tutelæ, & rationis cum restitutione reliquorum, quæ fit in tutela, non potest separari. Nec aliqua certa quantitas, quæ forte in inuentario esset apposita, potest de per se peti, sed insimul tota ratio reuideri debet; cũ possit contingere, ꝙ tutor plus ostẽdat. In rationis reditione, se impedisse in rem pupilli, q̃
7 ipse habuerit † per tex. l. 1. §. præterea si tutelæ ff. de contrar. iud. tutel. & ita secundum eã concludit Alex. in consil. 192. visis narratis in 7. vol. & hanc opin tenuit etiam audacter Crau. in consi. 275. quæritur in hac causa maximè in nu. 13. assignat etiam rationé dicens ꝙ administrator non tenetur aliquid reddere, nisi prius omnibus liquidatis, datis, & receptis, & soluto ei debito suo, per not. per Anchar. in consi. 285. versic. præterea propter incertum.

Assignatur, & alia ratio, quia in inuentario, & in instrumẽto tutelę, tutor promictit bona inuentariata, & discribẽda in libro rationum restituere, & reddere rationem administrationis, & ideo tanquam copulata debent concurrere per notata per Ploc in l. si quando nu. 33. & 34. C. vnde vi, & hanc partem etiam firmat Frecc. in suo tracta. de præsenta instrum. in 7. par. q. 12.

Barth. Socy. in cõsi. 42. in 1. vol. tenet pro pupillo, & dicit, ꝙ bona clara, & liquida in inuentario descripta, sunt restituẽda minori, & Domino ante redditam administrationem.

Comprobatur hac ratione, nam liquidũ, non retardatur propter illiquidum, per l. fi. de compensatio. & tradit Corn. in cõsi. 223. in 2. vol. & Alex. in consil. 99. vol. 3. & hanc
* Socy. determinatiorem magis con muniter receptam esse attestatur. Rota Bononiensis, Bene intend. in decis. 90. incip. Tutor, quam comprobat, & sequitur Borgogn. Caualcan. in tract. de tuto. & cura. nu 214. 215. & 216. in Tomo Tracta. 8. in 2. parte, vbi dat cautelam, ꝙ si tutor non potest reddere rationem, & liquidare suum creditum infra tẽpus executionis, sufficit minori, Aut eius hæredi, & Domino, deponere aliquid cum protestatione, ꝙ si apparebit plus teneri, ꝙ soluet, & debet incontinenti dare fideiussorem de soluendo dictum residuum, per no. per Ang. & alios in l. 4 § ait prętor ff de re iud. Ias. in l. 1. versi. nota tamen ff. qui satis cogan. & Rota Bononien. in decis. 77. nu. 2. vbi expresse declarat, ꝙ ille qui tenetur redere rationé, quæ importat reliquorum reditionem, & alias vt in l. cum seruus alias allegata ff. de condi. & demonstr. propter obscuritaté, & ante liquidationem, possit præstare satisdationem depositato vno Nummo, cum protestatione, quòd si apparebit in plus teneri, quòd soluet l. statu liber rationem in principio de statu. liber. & sic determinaui in causa prædicta in die 12. Octobr. 1591. in Curia prædicta. Ex Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Euictio non debetur, quando res euincitur à non habentibus causam à venditore maximè quãdo sic est promissa.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Victa re, emptor agit contra venditorem regulariter.*

2 *Euictio non debetur, si non causatur ex facto venditoris quando reuenditur ei, ex quo causa nascitur.*

3 *Euictio promissa ab habētibus causam à venditore, nō debetur si causatur aliunde, quàm facto suo.*

4 *Filius emancipatus, dicitur extraneus, & persona diuersa à patre.*

5 *Euictio sequuta ab alio quàm ex persona promittentis, tenetur restituere pretium receptum.*

6 *Venditor paciscens, vt non teneatur de euictione, nihilominus debet pretiū restituere.*

7 *Venditor paciscens vt teneatur de euictione, neq; ad pretij restitutionē, tunc nō tenetur.*

DETERMINATIO CXXXII.

EVICTIONE sequuta in eadem Ciuitate Andriæ in Anno prædicto 1591 de Mense Octobris, fuit determinatum in causa Magnificæ Lauræ Gaietæ, & Magnifici Ioānis Bernardini Mele Ciuitatis prædictæ, vt infra.

Magnificus Aloysius Mele erat debitor Domino Ioāni Paulo Binetto in ducatis tercentum, & decem vigore publici instrumēti omni sollemnitate vallati, & cum omnibus clausulis, cōstituti, & precarij hypothecauit omnia eius bona, & præsettim quandam Matinā, detta de Gurgo. Postea Ioannes Donatus eius filius V.I.D. dictam Magnificam Lauram de Gaieta Ciuitatis Tarēti vxorem duxit, cui fuerunt consignati ducati mille pro dote, & pro lucris maritalibus eidē constituti duc.--- facto casu restitutionis dotiū, dicta Magnifica Laura pro dotibus, & lucris prædictis recepit medietatem dictę Matinę, quam vendidit pro eodem pretio, Magnifico Ioanni Bernardino Mele filio Aloysij, & fratre dicti quondam Ioānis Donati, & promisit dicta Laura euictionē ab habentibus causam ab ea tantum, & non aliter.

Euenit, ꝙ dictus de Binetto vigore suarū cautelarū egit assistentia super Matina prædicta pro dicta summa ducatorum trecentū: dictus Ioannes Bernardinus laudauit in authorem dictam Magnificā Lauram pro summa prædicta pro cuius parte dicebatur.

1 Quòd licet regula sit, ꝙ re euicta, emptor agit contra venditorē † l. euicta re, & l. venditor de euictio l. emptor l. si cum quid l. qui rem C. eod. plenè per Didacum in lib. 3. varia. resolut. c. 17. in prin. per Cano. in c. fi. vbi Ant. de Burgos de emp. & vend. extra. Ratio est illa, qui venditor tenetur rem tradere cū effectu l. ex empto ff. de act. empt. & de Matina Grama. in consi. 22. per totum.

Nihilominus non habet locū in casu isto, quia Paulus de Binetto agēs, habuit causam à prædicto Magn. Aloysio Mele; qui Magn. Aloysius in solutum dedit ipsi Magn. Laurę dictam medietatem Matinæ, quam ipsa postea vendidit Ioāni Bernardino Mele eius fo-
2 torio, & filio d. Aloysij † ita in proprijs terminis consuluit Socy. in cōsil. 116. nu. 61. in 2. vol. per tex. l. fundum meum de euictio.

Tanto magis in casu nostro, vbi ipsa promisit euictionem de facto suo tantum, nā tali casu euincitur ex authore particulari ipsi Magn. Laurę, qui est Aloysius, & pro suo debito, & propterea ista nō tenetur de euictio-
3 ne † secundum gl. sing. in l. si cum fundum ff. de verb. oblig. & per Fran. de Crem. in singu. 31. declarat doctè Ant. de Burgos in d. c. si venditori de empt. extra nu. 15. versi. (Addas tertiū) in vers. quid autem) quando dicit ipse venditor in Tom. Rep 4. & hoc voluit etiam Gaspar. Gaball. in tract. de euict. in §. quinto, nu. 2. in 1. fall. & aliquid dicitur per Fabia. de Monte in tract. de emp. & ven. in d. q. princ. in 19. memb, nu 76. in tom. tract. 6. par. 1. & Fely. in cōs. 22. n. 2. incip. plura sūt.

Pro parte Ioannis Bernardini Mele dicebatur, ꝙ ipse in isto casu est extranea persona, dictās à M. Aloysio eius patre, qui viuit, & est emancipatus, viuitq; seorsum à pře cū sua familia, & non potest dici ex sui persona nasci euictionem, vt possit ei dici quē tenet
4 euictio ipsum repellit exceptio † l. vendicantem ff. de euict. l. cum à matre C. de rei vend.

Et propterea qñ venditor promictit euictionem ab habente causam à se tantum, vt est casus istius M. Laurę, licet euictio sequatur ab alijs extraneis, nihilominus ipsa tene-
5 tur ad pretij restitutionem † per tex. clarū l. emptorem §. qui autem habere licere ff. de actio. emptio. vbi post glo. Pau. de Cast. Imo si esset pactum, vt non teneatur de euictio-
6 ne, ꝙ tali casu tenetur ad pretium † ita Iulian. in d. §. declarat. Rationem assignat ibi (neque enim bonæfidei contractus hanc patitur conuentionem, vt emptor rem ammitteret, & pretiū venditor retineret) ex quibus verbis clarè liquet prædictam Mag. Lauram saltim teneri ad pretiū receptum, & euictum: tunc ad nihilū teneretur, quādo pactū

Digitized by Google

esset hoc modo, vt si res euincatur, quod nō teneatur neque ad interesse, neq; ad pretium, nam secundum Ioannem tale pactum valet
7 †ita declarat glo.in d. § qui autem in verbo (retineret) allegat text.l.in emptionibus ff. de pact. & l.ex empto §.1. ff. de actio.empt. sequitur Gaspar. in d.tract.in eod. §.quinto in 6.quæst.versi. (similiter) nec tenetur ad pretij restitutionem) num.217.in d.tract.6. par.1.Ias.in consi.211.num.19.in 2.vol. & idem in consi.173.in 4.vol.num.14.

Tanto magis in casu nostro vbi expressæ fuit ita pactuitum, his verbis, cum pacto habito, & conuento inter partes ipsas, sollemni stipulatione vallato, quod vbi forte dicta bona, vt supra vendita per dictam Magnificam Lauram, dicto Magnifico Bernardino in totum, vel in partem euincerētur à quibuscunque hominibus, & personis, non habentibus causam à prædicta Domina Laura in tali casu prædicta Domina Laura non teneatur ad defensioné, & euictionem dictorum bonorum, nisi solum bonum facere teneatur supradicto Domino Ioanni Bernardino debitum prædictū duc. 1105. pro quibus fuerūt, vt supra prædictæ Dominæ Lauræ insolutum data bona prædicta.

Ex quibus colligitur Magnificā Lauram teneri ad restituendum duc.310.ex causa euictionis secutę à dicto de Binetto. In causa prædicta, & ita determinaui in anno, & mense prędictis, & sic fuit executum, & non aliter appellatum. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Prior in tempore præferri debet.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore, potior in iure.*
2 *Separatio debitorū fieri debet, & sic procedat Reg. prior in tempore.*
3 *Limitatur Regula prior in tempore.*

DETERMINATIO CXXXIII.

FVIT etiam tractatum in eadē causa Andreæ Stampacchie cum aliis creditoribus, si in deposito facto preferri debebat.

Pro parte sua allegabatur, quòd in anno 15.....Magnificus Ioannes Frācifcus Thesorerius vendidit annuum censum ducatorū 77. super Matina detta dello Gurgo, & tanquam prior in tēpore præferri debebat vul-
1 gatis iuribus, †& toto titulo, qui pot.in pig.

Pro parte creditorum dicebatur, & maximè Ecclesiæ, quod licet appareat esse potiorem respectu Ioannis Francisci, nō autem respectu Bartholomei Patrui, qui tempore viuebat, vendidit annuum censum ducatorū viginti, & Baldassarro d'Accetta annuos ducatos decem super eadem Matina expressæ eam eis obligando. Et licet morte Bartholomæi, dicta Matina peruenit ad Ioanné Franciscum non per hoc in curribus quinq; Bartholomæi Stampacchia est anterior, sed tantum in curribus duobus, quos tempore suæ obligationis possidebat, Nam facta separatione bonorum, & debitorum Ecclesia, & accepta, reperiūtur anteriores in bonis Bar-
2 tholomæi † per tex.l.primæ ff. de separat. & l.1.C.eodem.

Et regula prior in tempore non habet locum in casu isto, & per prædicta sub die 20. Octob. 1591. Determinaui in fauorem Ecclesiæ facta separatione prędicta, & sic executum inter eos. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mater non petendo tutorem filio, an si nubat priuatur hærede, & quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio hac tractatur à Cano.*
2 *Mater in annum luctus nubens, non petito tutore priuatur successione filij.*
3 *Mater non priuatur successione, ipso iure, sed per sententiam.*
4 *Mater nō priuatur hæreditate filij, si filius moritur in pupillari ætate.*
5 *Mater non priuatur hæreditate filij, si filios alios habuerit, vt prouiderent.*
6 *Mater ammittit omnia, præter vsumfructum, & quando.*
7 *Mater nubens de cōsensu filiorum expresso, vel tacito, non priuatur.*
8 *Mater non priuatur successione filiorum, si morirentur antequam nubat.*
9 *Mater priuatur successione filij, ob non petitum tutorem videlicet de bonis paternis, secus de alijs.*
10 *Mater succedens cum filijs, pro qua parte succedit.*
11 *Mater in bonis in quibus habet vsumfructum, debet cauere.*

Erit

12 *Erit cautio, vt finito vsufructu, restituatur proprietas.*
13 *Mater excusatur si pupillus nil habet in bonis.*
14 *Intellectus ad materiam.*
15 *Auia non excluditur.*

DETERMINATIO CXXXIV.

EXCELLENS Domine Nicolae Francisce de Polo V.I.D. mi compater ad quæ doctè dixisti de matre transeunte ad secunda vota, non petito tutore si moriente filio in pupillari ætate, si ipsa succedit: sic corroboro.

Hanc quæstionem Cano. tractant in c. pe.
1 & fi. de secun. nup. extra † & ciuilistę in l. 1. & in auth. his idē C. si secun. nup. mul. Ang. in §. sinautem tutelam in auth. de nup. & in l. sciant C. de leg. hær.

Et ꝙ mulier infra annum luctus secundo nubens, nō petito tutore, in eius pœnam datur ei priuatio successionis filij, consuluit
2 † etiam Pau. de Castr. in consi. 262. est etiam videre Dom. Barthol. Socy. in consi. 39. 1. vol. & Affl. & postea Vrsill. in decis. 75. est tex. formalis vbi oēs in l. 2. §. si mater ff. ad Tertullia. & in l. matres C. eod. tit. l. si minor. §. sunt autem, & l. Diuus ff. qui petant tuto. Paris. consil. 8?. num. 18. vol. 1. & Bar. in consil. 18. incip. Viso testamento in versic. 3. est videndum.

Sed est sciendum, ꝙ ista priuatio, non est ipso iure, sed debet priuari per sententiam
3 † ita dicit gl. in l. 3 C. de secun. nup. per tex. l. omne C. ad Senat. Tertull. voluit Bar. in authen. sacramenta C. quando mulier tut. off. fung. pot. Idem met Bar. in l. si quis sub conditione ff. de testa. tut. & Bald. in d. auth. his idem, & Bal. in l. 3. C. ad Tertull. & ad materiam vide Iacob. Philip. Port. in conclus. 4. & 5. lib. 5.

Limita hanc regulam procedere, si pupil-
4 lus in pupillari ętate moriatur † ita etiā Bal. in l. precibus C. de impub. nume. 6. Quia si filius (facto adulto) moriatur mater non excludit ita tex. in l. matres C. ad Tertull. iuncta glo. 1.

Secundo limita, matrem nō priuari si poterat esse cōsultum ipsi pupillo de legitimo tutore, vt de fratre, vel alio cōsanguineo, fa-
5 ciunt † no. per Bar. in auth hoc locum C. si secund. nup. mul. Ang. in §. cum igitur, & in §. res peximas in auth. de non elig. 2. nub. & in §. soluto in auth. de nup. Petr. de Anchar. in consi. 104.

Et quando mulier ammictit omnia, præ-
6 ter vsumfructū, † iux. tex. l. fœminæ vbi Bal. C. de secund. nupt. Lodou. Roma. in sing. in verbo mulier, declarat.

Tertio limita, vt mater nō priuetur si nu-
7 psit de consensu suorum filiorum † per glo. in auth. de nō elig. 2 nub. voluit Ang. in d. l. mater C. ad Tertull. vel si adfuerit aliqua iusta causa, vt per Bursat. in consil. 8. num. 40.
* vol. 1. & dicit hanc esse * communem opi.

Quarto limita, vt nō procedat, si filij omnes moriuntur, antequam mater trāsiret ad secunda vota; nam si postea transit, non pri-
8 uatur † ita Ang in §. hoc autem in d. auth. de non elig. & Bal. in auth. ex testamento C. de secund. nupt. & in auth. vxor C. eod.

Quinto limita prædictam regulam procedere, quantū ad bona paterna: secus quo
9 ad alia bona si extantia filio aliunde † vt in §. hinc nos in auth. de nupt. & in §. cum igitur in auth. de non elig. & in l. 1. C. si mulier secundo nupser. Doctè explanat omnia Ang. de Aret. in §. penul. inst. de Senat. Consul. Tertull.

Nota ꝙ quando mater succedit cum alijs filijs vtrinque coniunctis, succedit in 3. quartę partis si sunt infra quatuor, si plures in se-
10 missæ † vt in auth. nouissima C. de inoff. testa. & in auth. de fundo C. ad Tertull. In vsufructu rerū patris seruata proprietate, post eius obitum, alijs fratribus: ideo debet ma-
11 ter cauere secundum dispositionem † l. hac edictali §. fi. C. de secun. nupt. & ibi Bald. in l. 1. C. de vsufru.

Erit ergo cautio, vt finito vsufructu per
12 mortem, restituatur proprietas † l. fin. & ibi Bar. ff. si cui plusquam per l. Falcid. & per tex. l. primæ §. cauere ff. de vsufr. quemadm. caueat, & in l. si tibi ff. de vsufr. ent. rer. & plenè per Ruyn. in consi. 8. num. 18. & 19. in 3. vol. & sic vobis satisfecisse credo.

Vltimo notādum est, ꝙ si pupillus nil habet in bonis, excusatur mater, si non petat tutorem, vel curatorem, casus est singularis
13 † in l. 2. §. si mater versi. (sed si penitus egenis) ff. ad Tertull. ad hoc ibi not. Alber. de Ros. Mars. in sing. 302. mater. Corn. Benincas. in tract. de pauper. in quæst. 4. num. 20. & Dom. Franc. Viui. in decis. 364. incip. considerandum num. 15. quem post hæc scripta vidi, ad quem recurre, & Vezzin. in rub. qui petant tuto. nume. 11. versic. mulier in tract. com. opi. 1.

Est etiam notandum, ꝙ prædicta procedunt, quando mater acceperit tutelam filiorum, & deinde transierit ad secunda vota nō

po-

Digitized by Google

14 tito alio tutore, quia tunc priuatur † ita colligo ex tex. l. omnem: ibi (ea legitima liberorum tutela suscepta) & ibi (neq; ei tutorem alium fecerit ordinari) ex quibus verbis hęc mea non leratio verissima iudicatur.

Alius casus ponitur à Guid. Pap. in consi. 50. nu. 2. & in consi. 43. & 44.

Pondera etiam prædicta nõ procedere in auia, quia non ammictit hæreditatem, si tu-
15 torem non petierit † ita Bar. in d. consil. 18. versi. tertio est videndum &c. in 1. par. & per Bal. in consi. 92. & consil. 154. in 2. vol. Ang. in consi. 114. incip. Auia. Pau. de Cast. in cõsil. 245. Petr. de Ancha. in consil. 104. & per Ang. de Gabellio. in consil. 78. per totum, & Emanuel Costa. in c. si pater de testa. in 6. in par. 2. in versi. (superstite matre) nu. 17. tom. tract. 5. & Franc. Cosci. in rub. de off. delega. nu. 54. tom. rep. 2.

Et dictus meus Excellens Cõpater in hoc articulo dicebat, matrem à successione filij impuberis morientis non cadere, licet tutorem non petierit, si legitimum tutorem haberet, vt dixi in nu. 5. quam comprobauit per Doct. Bal. in l. precibus nu. 25. in fi. C. de impub. Non enim refert fiat per quem sibi fit l. cum seruus ff. de verb. oblig. arg. tex. l. si pupilli in prin. ff. de neg. gest. stante enim legitimo tutore, mater non tenetur se intromictere, vt in d. l. matres, & in l. 2. §. his illud C. quando mul. tut. off. fung. potest. Ita tenet etiam Saly. in l. sciant nu. 3. C. de leg. hær. & per Alex. in consi. 105 nu. 12. versi. (alia etiã ratione) vol 6. ita Gabriel. sub rub. de tut. in 1. conclus. in limit. 14. Allegat quotas inter alios Maria. Iunio. in consi. 16. vol. 2.

Est in hac materia notandum, quod quando mater tutorẽ petere debet, debet probari, infra annum petitum nõ fuisse, ita dicit Alex.
* in consi. prędicto nu. 11. esse * communẽ opi. & Gabriel in loco prædicto in 13. amplia. & Dona. à fina in rub. qui petant tuto. nu. 1. in tom. com. opi. 1. nu. 2. 4. & 5. Calca. consi. 32. & hanc moram, mater purgare non potest: ita Ang. in §. si inst. ad Tertull. & in §. actionum nu. 5. inst. de actio. & Bellac. in rub. prędicta qui petant tuto. nu. 13. vers. mater post annum. in dict. 1. tom. com. opi.

Secundo debet probari matrem istam esse maiorem 18. annorum, licet de iure cõmuni annorum 25. præcisè, alias non incideret in priuationis pęnam, cum simus in pęnalibus, & odiosis, cap. odium de reg. iur. in 6. & tenet Cagnol. in l. si quis maior nu. 40. C. de transact. & de Franch. in decis. 167. in fin, in 1. par. & Bellac. in alleg. lo. num. 13.

Excusatur si mater esset rustica, & in loco vbi non sunt Doctores. Ita Pau. de Castr. in l. Clodius nu. 6. ff. de acquir. hæred. Gabriel in cita. lo. in 10. ampliat. in 2. limitat. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Maritus vendens rem dotalem ipsemet rei vendicare potest offerendo pretium, & interesse.

SVMMARIVM.

1 *Vendens, de euictione tenetur.*
2 *Quem tenet euictio, ipsum repellit exceptio.*
3 *Euictio promissa, semper debetur in quocunque contractu etiam prohibito.*
4 *Maritus non tenetur de euictione solũ, sed etiam ad pęnam.*
5 *Nemo venire potest cõtra factum proprium iuratum.*
6 *Maritus rei vendicans rem dotalem venditam, tenetur offerre pretiũ, & interesse.*
7 *Maritus rem dotalẽ vendens, ipse rei vendicare potest.*
8 *Maritus licet tenetur de euictione, nõ excluditur à rei vendicatione.*
9 *Nemo potest venire contra factum propriũ à l. non improbatum, ita procedit regula prædicta.*
10 *Maritus rei vendicans rem dotalem, si in ea succedit, non habet locum. num. 15.*
11 *Qui vult subsequens, videtur velle antecedẽs necessarium.*
12 *Cautionem qui dare tenetur, dabit si petitur.*
13 *Temerarius litigãs dicitur, qui errat in iure.*
14 *Venditor pro re euicta, debet offerre pretiũ, & interesse.*
16 *Habet locum in Economo.*

DETERMINATIO CXXXV.

REMEDIO appellationis corã me Auditore Illustrissimi Domini Marchionis Capursij, causa Viti de Cola Rella Terra Noiæ in anno 1575. introducta fuit, iste Vitus rẽ dotalem suæ vxoris vendidit deinde ad certum tempus eam rei vendicare voluit, non obtulit pretium, neque interesse, & licet obtinuit sententiam in Curia Noiæ, consultore Ioanne Bernardino cognitore Ciuitatis Andriæ, ipsum ad interesse, & damna non condemnauit, fuit ad me appellatum, & discussa

scussa causa determinaui, vt infra.

Pro parte Iustini dicebatur, quod iste marit', cum iuramento vendidit, & sic sequit, quod tenetur de euictione † l. 2. ff. de emp. & vend. l. nó dubitat C. eod. & cum tenetur de euictione, exceptione repellit, quia quē tenet euictio ipsum vend. l. vendicātem de euictio. cū simil. immo hęc est cōis opin. vt ciuilistę tenent in l. cum vir. ff. de vsucapio. & Cyn. in l. & si is C. de præd. & alijs reb. minorū nume. 2. in fi. & cano. in c. cum contingat maximè ... in nu. 19. de iur. iura. extra Spec. in tit. de empt. & vend. in §. 2. nu. 27.

1

2 repellit exceptio † l. cum à matre C. de rei

3

Tanto magis quia in contractu venditionis promisit euictionem prędictam, & regula est clara, quod in contractu quantumcunque à l. prohibito, si euictio est stipulata, debetur † ita Bar. in l. quemadmodum num. 7. C. de agr. & censi. lib. 10. lo. de Fermo in Reper. in verb. Maritus alienans nu. 98. Et in isto casu non solum tenetur ad euictionem promissam, sed etiam ad pęnam in instrumento stipulatam, præsertim ipso empt. re ignorante † ita Specula. quem Alexander in consil. 109. in 4. vol. per totum defendit contra lo. de Immola, tenentem contrarium in dict. l. cum vir.

3

4

Secundo dicebatur, quod iste maritus vendidit, & isto casu gessit factum proprium cum iuramento, & nemo contra factum propriū iuratum contrauenire potest † l. post mortē ff. de adop. & l. si quis maior C. de transact. cum simil. & glo. in l. quemadmodum C. de agr. & cens. lib. 1 . & l. 1. C. de lib. cau. & l. muri leg. li. C. de muri. legul. lib. 11.

5

Tertio dicebatur, quod quatenus debuisset audiri, debebat à principio offerre oīa damna, & interesse, ad quæ iure empti tenetur, † ita est tex. l. emptori ff. de euict. quæ est l. 67. & l. si fideiussor. ff. de dol. mal. mat. excep. vbi Doct.

6

Pro parte mariti vendicātis dicebatur, quod maritus alienans rem dotalem, ipsemet rei vendicare potest † ita dicit glo. in verb. (interdictæ) inst. quib. alien. licet, in prin. in verbo (cum enim lex:) Bar. Imo. & Doct. omnes * in l. cum vir ff. de vsucapio. Imo. in c. cum contingat nu. 19. de iur. iur. extra Saly. in l. vnica §. & cum lex C. de rei vxor. actio. & ibi glo. in verbo (alienare) Specul. hoc affirmauit in tit. de emp. & vend. §. 2. num. 7. & hæc opin. * quod sit communis Areti. refert in prin. inst. in alleg. tit. & declarat Fran. Turzan in tract. com. opi. 4. in Reg. 115. ad fatuitatem lo. Baptista de Castellio. in allega. 2. versi. (quarto etiam ex abundanti) & Bald. nouell. in tract. dot. in 7. par. in primo priuil. in 12. limitatione, & lo de Campegg. in tractā dot. in q. 220. incip. an maritus vendens in 4. par.

7 vendicare potest † ita dicit glo. in verb. (in-

Non obstant argumenta in contrariū adducta; nā licet teneatur de euictione secundum Doct. in locis prędictis, non excluditur à rei venditione soluendo oīa quæ veniunt nomine euictionis † ita post alios reperij hanc conclusionem per plura argumēta declarare. Nicell. in tract. concord. glo. in concord. 20. in tom. tract. 18.

8

Non obstat secūda ratio de tex. l. post mortem, quia facilis est responsio: nam refert quid fiat, an sit prohibitum à lege † ita glo. in d. l. post mortem, & declarat Bar. in d. l. quemadmodum nu. 1. C. de agr. & censi. lib. 10. & clarè Salyc. in d. l. cum lex nu. 1 ... & quod in isto casu potest venire contra factum proprium. voluit Alex. in consi. 93. col. 1. in fi. in 2. vol. & Fely. in c. lator de re iu. Ang. in d. l. quemadmodum, ante eos Bart. in l. ... C de Sacrosā. Eccl. nu. 10. & Gramm. in decis. 12. nu. 14. & Laur. Calcan. in consi. 125. nume. 6. & Natt. in consil. 198. nume. 23. & 24. vol. 1. & idem Natt. in consil. 293. nu. 4. & 5.

9

Vel secundo, vt dicit tex. l. cum vir procedit, quādo maritus succederet in re dotali in vniuerso, quia tunc non potest venire contra factum proprium. secus cōstante matrimonio, † vt post scripta certe vidi Anto. Nicell. in cōcord. ... glo. 20. tom. tract. 8.

10

Non obstat tertia ratio. Nam dicebat maritus, quod non tenebatur expressè offerre, nam ipse rei vendicando † l. promittēte, & cui vult subsequens videtur, & velle necessarium antecedens l. ad legatum, & l. ad rem mobilem ff. de procura. rei vendicando ergo videtur tacitè offerre ad quæ tenet pro prędicta.

11

Facit ad propositum. Nam debitor impetrans dilationem debet cauere: hanc cautionem non tenetur offerre, nisi petatur † ita Ias. in l. 2. post alios C. de precib. imp. offerend. in casu isto licet ipse teneretur non tamen fuerunt petita interesse, & damna, ergo debet excusari à condemnatione expensarū, & obtinere.

12

Tertio respōdetur ille dicitur temerarius litigator, qui errat in iure † l. eum quem temere de iud. declarat Lanfranc. in c. quoniā contra de probatio. At iste maritus iusto iure petijt, in iure non errauit ergo &c.

13

His sic expositis ponderaui Corn. in consil. 139. per totum vol. 4. viso themate, vbi cōcludit, quod venditor pro re euicta debet expressæ

lon.38.vol.1.Ruyn.consil.92.vol.4.& consil.44.vol.3.& consil.77.num.6.vol.2. Ant. Gabr. in rubr. de vsufr. in conclus.1.nu.26. in tom.tract.3.com.opi.Card.Paris. in consil.25.1.vol.Bal.in l.2. C.de transf.

Et ꝙ agēdo in iuditio dicitur molestiam
4 inferre † est tex.in auth.in prin.ibi in verbo (molestijs) de fideiussor.in tantum, ꝙ hæres contraueniendo vno de prædictis modis, debet priuari hæreditate, & sic succedere de-
5 bet Cappella Corporis Christi † ita in proprijs terminis consuluit docte more solito Alex.in consi.52.in 2 volum. & aliqua in materia in consi.34.volum.1.& in consi.77. eod.& plenè per Bart. in l.amplius non peti num.3.& ibi add. ff.rem rat.hab.& Alexan. in consi.195.num 7.vol.6.

Bald.in l.quamuis C. de in ius vocan. dixit, ꝙ si quis in contractu promisit pęnam, si veniet contra contractum, ꝙ si talis promittens postea fecerit citare eum in iuditio ad aliquid quod erat contra promissa in d.contractu, ꝙ si solum citauit, & nō est persecutus, nec aliquid incommodum natū est parti, ꝙ iste in casu isto non dicitur contraue-
6 nisse, nec pęna erit commissa † ita sequitur Franciscus Curt.in l.si quis maior nu.13.C. de transact. veric. quartum principale requisitum.

At hi hæredes solum citauerunt legatariam, ne accederet ad possessiones, non aliter postea persecuti fuere, ergo &c.

Aliqui dicunt, ꝙ licet testator ita prohibuerit, ꝙ talis prohibitio debet intelligi, si iusta fuerit, alias si iniusta hæreditate non
7 priuatur † ita dixit Pau. de Castr. in consil. 211.in 2.vol.Curt.Iun.in consi.173.habita diligenti nume.13.& hoc colligitur ex mei verbis tex d.l.vnicæ C. de his qui pen. in final.ibi (ꝙ si aliquid facere, vel legibus interdictum).

Ad hæc comprobāda adducitur tex.l.Seius Augerius ff.ad l.Falcidiam, vbi traditur regula, quod illud, ꝙ non valet per viam dispositionis, si apponitur per viam condictionis pęnalis, ꝙ reijcitur conditio, & pęna
8 habetur pro non adiecta, ratio istius rationis est, qa pęna videtur scripta in fraude legis.

Facit ad prædicta regula illa: nā licet voluntas testatoris pro lege habet §.disponat in auth.de nupt.illa ratione, qa valet argumentum de verbis legis ad verba testatoris
9 † l.si quis ita legauerit ff.de lega.1. Imo for-
10 tius est præceptū testatoris, quàm legis, † vt dixit Socy.Iun. in consil.113.nu.45.vol 1.si voluntas non est contra legem eiqi non repugnat, vt dicit Bertrand.in consil.173. ex themate num.10. vol.3 in par.2 et in casu isto prohibitio dicitur iniusta ergo.

Ad prędicta facit etiam quod voluit Bal. in d.l.vni.nume.47. dum dixit, ꝙ si testator mandauit hæredi, ne molestet vxorem, intelligitur quando malo animo, & malo mo-
11 do molestaret, † & idē Barba.affirmat, dum dicit, ꝙ intelligitur quando hæres de facto, & iniuste molestaret, secus si de iure, quia non incidit in pęnam per no.in l ab Aurelio §.Caius ff.de lib.leg. glo.in l.Lutius in d.§. tres hæredes in verbo (molestia) ita consulendo tenet Ias. in consil.40 nume.7.8.9. in 1.vol.& Bald. in consil.87.incip.omnes in 3.vol.vbi dixit, ꝙ si testator ipse aliquid facere non potest, certe, nec iubere potest, vt fiat, & si iubet vt fiat, licet non fiat in pęnā,
12 non incurrit. † Ratio est, quia est apposita
13 per præceptum inualidum † l.quod de bonis §.frater ff.ad l.Falcid & l.Cerdonem ff. de oper.libert.& eum sequitur Pau.de Cast. in d.consi.Idem Ias.in consil.82.nu.2.vol.3. num.10.vbi expresse declarat, ꝙ quādo pęna priuationis est adiecta contra ius, certè si contra fiat, cessat priuationis pęna, per tex. d.l.Cerdonem.

Facit ad prædicta si non valet actus prin-
14 cipalis, neq; accessorius pęnalis † glo.est in d.l.si patronus § patronum in verb.(fauiana) ff.si quid in fraudem patro. & doctè Fely.in c.causam quæ nu.24 de rescrip.extra, vbi dixit, ꝙ prohibitus aliquid molestiæ inferre; potest molestare de iure. Ita vult glo. in c.1.versic.(inferatis) de statu.monach.& Ang.in tracta.de testa in glo.93.incip.& mandauit, vbi dicit, ꝙ si hæres petierit ab vsufructuario cautionem quā testator prohibuerat sub pęna ammissionis hæreditatis, ꝙ nō dicitur turbare si petit ab eo quod ius
15 mandat, & promictit † l.quæro §.locatorē ff.locati per Bald.& Doct. in l tribus C.de vsufr.& per Io.dilect. in tract.de arte testan. sub rub.de varijs testat. præcept.in cau.1.& in caut.3. Pau.de Castr. in consil.221.vol.2. Deci.in consi.265.Fely.in c.causam quæ de rescrip. Alex.consi 177.vol.5 Ruyn.consil. 51. Ant.Gabriel in rubr.de vsu. conclus.1. num.23.in tom.3.com.opi.

Et ꝙ clericus legans concubine, legatum
16 est contra ius, & non valet † est tex.in l.miles, vbi glo Bar.& Ias.& alij scrib.ff.de mili.test.& Bar.in l.si ancillam C.de donat.int. vir.& vxor.per Roma. in consil.43 in 4.dubio.Ant.de Butr.in consil.14. Bal. in consil. 247.& 262.in 1.vol.Card.Alba.in d.l si an-

cillam

Digitized by Google

cillam Bart. in l.donationes in concubinam ff. de donat. & in l.affectionis ff. eod. Abb. in c.1.de cler.egrotante Deci.in consil.132. Grau.in consil.229.& hanc partem declarauit Gallus Aquilius relatus à Valerio Maximo in lib.7. in rubr.de priua.iud.Franc.Niconit.in rub.de testa. nu.238. Couarr.in §. 2. in 2.par. relationũ in reg. de illicita acceptatione in 1.par. Ias.in consil.37.volum.3. vbi rationes allegat. Et Rip.in d.l.miles dicit hanc esse * communem opi.& dixi supra ad saturitatem in Determinatione incip. D. Eustachius num 1.

Sed, ꝙ hæres priuari debeat, in terminis consuluit Abb.in consil.44. 2.vol. vbi dixit, ꝙ si per testatorem est ꝓhibita molestia, videtur etiam prohibita,& iusta. Ita dicit ipse arg.l.Nepos ff.de verb.signif.& ad hanc materiam est videre Maria.Iunior in cõsil.113. vol. --- & Ruyn.in consi.42.vol.4. & Iacob. Philip.Port. in conclus.18. versic. (quarto amplia) in lib.suarum conclus.Reg.& com. op.3. & hanc partem,ꝙ molestiam inferẽs etiam iuris seu facti sequendo Abb. in d.cõsil.44.tenet Ioannes de Selua.in tract.de benef.in par.3.q.13.nu.4.& 11.in fi.num. & Pet.Rebuff in tracta.de nominatio. in q.vlt. num.4.in tom.tract.15.par.2. & Ioannes de Selua in tom.tract.15.par.1.

Tanto magis in casu isto, in quo testator dixit hæc verba,ꝙ legatariam non molestet, & in re legata nullam penitus iuris,vel facti controuersiam pati,& nullo modo molestet. Per quæ verba clarè liquet hæredes incidisse in pęnam à testatore ordinatã,vt per Bart. in l.Lutius §. tres hæredes ff. ad Trebell. & sic loquitur Abb.in d.consi. & Alex.in consil.82. viso testamento lib.2. & per Deci. in consi.603. Domina Catherina, & per Alex. in consil.195.lib.6.& secundum hãc cautelam concludit Io.Dur.de art.testand.in cautela 3. in tom.tract.8.par.1.

Hæredes hoc videntes se quieuere, & intereos se concordarunt. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulier potest agere contra nomen debitoris mariti, non obstante, ꝙ in obligatione conuentionali non sit dictum.

SVMMARIVM.

1 *IN generali obligatione, non veniunt iura, actiones, & nomina debitorum.*

2 *Nomina debitorum sunt tertia species bonorum.*

3 *In tacita hypotheca neq; prædicta veniunt.*

4 *Mulier habens conuentionalem hypothecam, non potest agere etiam ex tacita contra tertium; sed agere prius contra hæredes mariti.*

5 *Mulieri si non est prouisum ex hypotheca hominis, succurritur ex hypotheca legali.*

6 *In tacita hypotheca, veniunt actiones, iura, & nomina debitorum.*

7 *Pactum hominis, non potest facere deterius ius dotis.*

8 *Mulier si agit contra nomen debitoris, rectè agit.*

9 *Sententia quæ fecit transitum in rem iudicatam, semper valet.*

10 *Exceptio excussionis opposita, quia non est seruatus ordo, non procedit.*

11 *Exceptione discussionis opposita à tertio pro suo interesse admittitur.*

12 *Exceptio discussionis pro interesse apposita habet magnam æquitatem.*

DETERMINATIO CXXXVII.

PORTIA Melillo Terræ Casamaximę tempore quo nuptui se tradidit cum Francisco Cacabo, dictus vir obligauit bona sua mobilia, & stabilia &c. in casu soluti matrimonij dotes restituere, & ducatos quinquaginta ꝓ messio,& metamessio, & quartam generalé constituit: & facto casu restitutionis dotiũ, Portia ipsa egit contra Vitum Mosellam debitorem quondam sui viri, & in prima instantia nihil opposuit: & fuit condemnatus, in secunda vero instantia introducta per appellationem dicebat meam determinationem declarari nullam ex infradictis. Et primo.

Dicebat debitor, ꝙ tempore contractus matrimonij ipsa prouidit, ꝙ vir obligauit bona stabilia, & mobilia, ita ꝙ in hac obligatione non veniunt iura,actiones,& nomi-
1 na debitorum † per text. l.quam Tuberonis §.alia ff.de pecu.lega.& not. in l.à diuo Pio §. in venditione ff.de re iud.

Ratio est illa, quia iura, & actiones, & nomina debitorum sunt tertia speties, &
2 non veniunt in hac generali hypotheca † ita etiam declarat Ias in consil.5. num.11. vbi dicit, ꝙ hæc opi. * est communis, firmata ꝑ Bar. & alios in l.potest ff. de autho.tut. & in l.mouentium ff.de verb.signif.Bald.in l.2.in princ. C. de quadrien. præscrip. Doct.in l.si constante §.si.ff.solu.matr.Abb.& Cano. in c.nul-

Digitized by Google

c. nulli de reb. eccl. non alien. & Iaſ. in conſil. 194. num. 6. lib. 2. Deci. in conſi. 237. Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. (bona) num. 8. C. de reuocan. donatio. Cotta. in memoriali in verbo nomina debitorum. Gabriel. in cõcluſ. 7. Iul. Clar. in §. Donatio queſt. 19. Roland. à Vall. in conſil. 288. incip. Dominus nume. 40. & 41. & in tit. de oblig. & actio. in nun. 46. in 1. tom. com. opi. & idem donaà fina in ead. rub. & lo. nu. 68. & 69. & nu. 101.
* & ꝙ hęc eſt * communis opin.

Hæc mulier egit directo contra nomen debitoris ergo.

Secundo dicere poterat, ꝙ non allegauit pars ipſa, ꝙ ſi voluiſſet agere ex tacita, neq;
3 poſſet † per glo. in l. 3. C. de hær. actio. quæ dixit, quòd in tacita hypotheca quã habet vxor in bonis mariti, & è contra, non veniũt nomina debitorum, ita declarat Iaſ. in §. ité Seruiana nume. 43. inſt. de actio. & licet Bal. in d. l. 3. teneat contrarium, procedit eius dictum in nominibus præſentibus, & non futuris, & facta prius diſcuſſione de bonis mariti: niſi in inſtrumento ſint mandatæ directę actiones. Ita add. ad Iaſ. in loco prædicto.

Et Iacob. de Aret. in tract. de ceſſio. actio. in rubr. de his quæ fiunt circa iuditiũ agentis iure ceſſo nume 82. in tertia par. tract. in 2. parte dixit quòd mulier habens expreſſam hypothecam, poteſt conuenire prius debitores viri, ſecus ſi ommiſiſſet expreſſam: quia ex tacita non poteſt, vt in ſimi-
4 li dicitur in fiſco † per text. l. non prius C. quando fiſc. vel priua. per no. etiam in l. moſchis ff. de iur. fiſci.

Hanc opin. in tertio dubio videtur tenere Salyc. dum dixit in l. nomen C. quæ res pigno. oblig. poſſeſſ. numero 3. quòd licet omnia bona mariti, & ſic etiam nomina debitorum ſunt pro dote obligata. Vt l. vni. §. & vt plenius, & in princ. C. de rei vxor. action. tandem prius conuenire debet hæredem mariti, quàm hæreditarios debitores per text. in l. hærede mariti C. de hæred. actio. At hæc mulier non ſic egit ergo &c. & ſecundum hanc videtur tenere Vincent. de Franch. in deciſ.

Pro parte mulieris dicebatur, ꝙ licet ex hypotheca hominis nõ ſit plenè prouiſum, nihilominus competit ſibi tacita hypothe-
5 ca legalis † l. vni. in princ. §. vt plenius C. de rei vxor. actio. & in tacita hypotheca veniunt iura, actiones, & debitorum nomina,
6 † ita Bald. Salyc. in dict. l. hæredem, & Bar. in l. pater in fin. ff. de dot. prælega. & idem Salyc. affirmat in dict. l. nomen in allegato loco, ex parte contraria. Voluit Nicoſant. in tracta. pignor. in ſecunda parte principali in tertio membro numero 30. gloſſ. in dict. l. 3. de hæredita. actionib. in verb. (poſtulas) verſic. ſed videtur etiam, ibi (ergo, & nomina).

Ergo agendo mulier iſta, ex ſua hypotheca legali, non obſtante ꝙ ſibi prouiderat per conuentionem: quæ deficit ratione contrariæ partis, quòd iuſta actione egit, & quòd in iſto caſu deficiente prouiſione hominis, quòd ſuccurritur ex ꝓuiſione legis, eſt glo. notabilis Io. in l. fin. in verb. (contentam) C. de pact. conuent. ſup. dote, quæ gloſſ.
* communiter * recipitur, vt declarat Alexan. in conſilio 57. numero 3. volumine 7. & ſecundum gloſſam prædictam Boer. affirmat, ita deciſum eſſe in deciſio. 332. incip. & Petrus de Bellapertic. vbi concludit, ſiue maritus obligauit bona tempore matrimonij, vel poſtea, ſemper tacita firma remanet.

Et ratio ſecũdum omnes eſt illa, quia pactum non poteſt conſtituere ius dotis dete-
7 rius † per text. l. ſi vnus §. quid in ſpetie ff. de pact. & Salycet. in l. aſſiduis in 7. quæſtio. ante eum Cyn. in dict. l. fin. in 4. quæſt. & ibi dicit Boer. ꝙ ſecundum Salycet. ita
* omnes * tenent.

Hinc Bald. nouell. in tracta. dot. in ſexta par. in priuil. 68. dixit, quòd mulier ex tacita, rectè agit contra nomen debitoris, & eandem opinio. ſequitur, & corroborat, & firmat Nicoſant. in dict. tracta. pigno. in ſecunda parte principali in quarto membro numero 84. & dicunt, quòd in contradictorio iuditio in fauorem mulieris fuit obtentum, & ſecundum eos, ita deciſum eſſe teſtatur Boerius in dictam deciſionem 332.

Secundo dicebatur, dato quòd eſſet, quòd male egiſſet, ex quo ſententia fecit tranſitum in rem iudicatam, & in principio non fuit oppoſitum, quòd ſententia valet,
9 & tenet † text. eſt Aureus in l. cum putarem ff. famil. erciſcund. per quem ita dixit Bart. in l. ſi Titius ff. de verbor. ſignificatio. & Roman. in conſilio 377. verſiculo quoad tertium.

Nec obſtat de exceptione ordinis, quia non fuit ante litem conteſtatam oppoſitum, nam exceptio diſcuſſionis eſt dilatoria ergo.
10 † in terminis eſt conſil. Petr. de Anchar. in conſil. 294. ex prædictis, & in conſil. 317. ex prædictis ſubtilius. Et per Corn. in conſ. 85.

Digitized by Google

in litera S. vol. 4. Blan. in tract. de compromiss. in princ. num. 48. & 49. Brun. in consil. 19. nume. 8. & 9. Affl. in l. Regni violentias nu. 93. Guid. Pap. decis. 554. Caccher. in decis. Pedem. nu. 1. nu. 28. Luc. de Penn. in l. si cũ te pater C. de Decur. lib. 10. Viui. in Silu. nupt. in op. 96. vol. 1. incip. legatus nume. 4. Asin. in pract. iud. in §. 3. c. 23. Franc. Bursa. in consil. in nu. 19. Decis. Rot. Genuæ in decis. 78. num. 3. Menoch. in sua arbit. in q. 51. nume. 8. lib. 1. Anton. Thesau. in decis. 166. fideiussor num. 2. versi. (nec officit) & Vberius in decis. 52. incip. excussio, & in decis. 52. & hanc * communem dicit Rerchou. in tract. com. op. in cent 2. Sumus in Regno in quo proceditur Summariæ, & in iuditio summario exceptio prędicta non competit. Ita Maria. Socy. in consi. 24. in fin. col. vol. 1. Aret. in consil. 126. Ias. in l. si constante. nume. 205. ff. solu. matrim.

Cum in præsenti casu fuit opposita, quod nõ erat seruatus ordo, ergo admicti debitor nõ debuit, quod secus foret si allegasset, faciendam esse, ratione sui interesse asserens partem esse soluendo: huic casui esset audiendus, quia
11 non dicitur de apicibus iuris † ita respõdet Corn. in consil. 55. lib. 3. Neguf. in tract. pigno in 8. par. in 1. memb. nu. 51. Grauett. in consi. 226. Deci. in l. fin. nume 22. & 23. ff. si cert. petat. dicens quod quando opponitur huiusmodi habet magnam æquitatem, & in iuditio, vbi proceditur secũdum ęquitatem
12 admicti debet. † Ita Bello. in decis. Genuæ 78. num. 3. Marc. Ant. Blanc. in alleg. tracta. de compromiss. in prin. num. 47. 48. & 49. vbi dat modum opponẽdi, & Anto. Thesau. in decis. prædicta 52. & in isto casu in Ciuitate Ruborum in simil. causa me existente Gubernatore ita determinaui, & hoc voluit Affl. in d. l. Regni si ciuiliter agens, & Troys. in Pragmatica assist. nu. 2. ex prædictis Determinaui in fauorem dictæ Portiæ, & Vitus contrarius soluit. Ex prædictis est respõsum Argumentis contrarijs.

Fuit dubitatum, an prædicta procedant, quando principalis obligauit omnia bona sua cum constituto, & precario, vtrum tertius habet ius excussionis. Ang. & Alex. in l. exitus ff de acq poss. Card. Paris. consi. 103. in 3. vol. Commentator Annib. Cauens. in d. Pragmatica assistentiam quod non.

Decis. Perusi. 45. nume. 15. limitat etiam hanc conclusionem dicens, procedere quando ageretur via executiua, secus quando intentatur hypothecaria in rem sic ipse. Caccheran. in decis. 2. num. 14. dicit, quod si tertius sciuisset priorem hypothecam arg. l. fin. §. fi. ff. de leg. 2. Sed quando ignorauit debet audiri, & admictitur tertius non obstantibus prædictis clausulis. Ita in terminis respondens ad prædicta concludit Aym. Grauet. in consil. 263. incip. Agit magnificus Dominus Iacobus. Vbi pulcherrimè.

Benedictus de Plumbino in tracta. de discussionibus in tom. tracta. 3. par. 1. dicit in nume. 23. in quęst. 19. quod doctrina Alexan. & Ang. procederet quãdo adesset constitutum solum: sed quando est pręcarium, ille qui pręcario rogat naturaliter possidet, l. quod meo, & l. interdum ff. de acquir. poss. Idem Foll. in add. ad Maran. in 6. par. in 2. par. principali in actu 9. nu. 40. Et sic dictum Ang. & Alex. procederet in constituto. secus in pręcario possidente, quia potest possessionẽ alteri vẽdere, & ille habet exceptionem excussionis, sic ipse respondet, & dicit obtinuisse Sed tu vide Affl. in decis. 139. nu. 7. & Capic. decis. 54.

Hanc cõclusionem super Pragmatica dispendia litium tenere in glo. sola facti veritate inspecta sub tract. de modo articul. Marcel. Cala. nume. 73. vsque ad numerum 76. quem videas. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Mater sola in omnibus filij bonis mortui succedit, & filij natiuitate substitutio expirat, etiã filio sine filijs deinde mortuo.

SVMMARIVM.

1 *Mater exclusis omnibus si sola est filio sine filijs moriẽte ab intestato succedit.*
2 *Ad bona peruenta ex patre patruus præferri debet*
3 *Mater excludit omnes in bonis filij vndecunque acquisitis.*
4 *Filius adeundo hæreditatem nõ dicuntur bona amplius defuncti, sed propria.*
5 *Opi. Bar. declaratur.*
6 *A verbis testatoris non est recedendum.*
7 *Condictio debet impleri in forma specifica.*
8 *Conditione non impleta, deficit dispositio.*
9 *Conditiones prout ruditer cõcipiuntur, ita ruditer ad literam sunt adimplendæ.*

10 Mens

10 *Mens, & voluntas in vltimis voluntatibus attenduntur.*
11 *Natiuitate filij, fideicommissum euanuit.*
12 *Conditio semel impleta, sufficit.*
13 *Legatum factum vxori si peperit filium. Si nascitur, licet moriatur lucratur.*
14 *Bona peruenta ad filium, dicūtur propria ipsius filij.*
15 *Per superuinentiā filij, fideicommissum expirauit.*
16 *Fideicommissum non expirat, si ex coniecturata mente testatoris, aliud appareret.*
17 *Appellatione filiorū, non cōtinentur nepotes.*
18 *Omnium à testatore interpretatur secundum ius ciuile.*
19 *In substitutione appellatione filiorum nepotes non continentur.*
20 *Qualitas iuncta verbo si verificatur secundum tempus verbi sufficit.*
21 *Numerus pluralis debet verificari saltim in duobus.*
22 *Vnus filius sufficit, vt conditio remoueatur.*
23 *Res data cum conditione si morieris sine hærede, si nascitur hæres, licet moriatur, non reuertitur.*
24 *Ponitur quæstio Io. Andreæ in fauorem matris.*
25 *Fideicommissa non præsumūtur, quia odiosa.*
26 *Fideicommissum, onus, & grauamen, cōtinet.*
27 *Ponitur quæstio à Io. Vincentio d'Anna in fauorem matris.*
28 *Cessante fideicommisso extincto, cessat ipsius fid. conditio.*
29 *Conditio apposita in prima conditione, videtur repetita in alijs seq.*
30 *Ex tacita mente testatoris substitutus admittitur.*
31 *Paria sunt non esse hæredem, vel mori in pupillari ætate.*
32 *Grauatus restituere post mortem patris, procedit si fuit emancipatus.*
33 *Vxor grauata post mortē, admittitur substitutis, si transit ad secunda vota.*
34 *Substitutus filio post mortem admittitur, si filius efficitur Sacerdos.*
35 *Idem erit in substituto post 25. annum.*
36 *In claris non est opus coniecturis.*

DETERMINATIO CXXXVIII.

IACOBVS de Maroldo in vltimis constitutus suum cōdidit eulogium, instituitq; suos filios, ac reciprocæ substituit his verbis.

Instituit suos vniuersales hæredes super omnib⁹ bonis suis stabilibus, & mobilibus, præterquam in infrascriptis legatis: Vitum, Ioannem Berardinettum, & Camillam, eius filios legitimos, & naturales susceptos, & procreatos ex se, & nobili Laura de Thesaurerijs eius legitima vxore, oēs videlicet, pro æquali portione, & ꝙ tam mares, quàm fæmina præscripti succedant, vnus alteri, quotiescunque morirētur, seu ipsos, aut eorum alterum mori contigerit, non remanentibus filijs legitimis, & naturalibus ex eorum corporibus descendentibus, omnibus vero deficientibus absq; liberis, vt supra, substituit eisdē venerandā maiorē Ecclesiā Andriensē.

Euenit ꝙ Ioannes Berardinettus vxorem duxit magnif. Isabellam quartam, & ex eis natus fuit Scipio: qui mortuo patre super vixit per aliquos annos. & tandē, vt Domino placuit, ab hac vita ab intestato sine filijs decessit, superstite Isabella matre, & Ioanne Aloysio patruo.

Dicta eius mater, ad filij luctuosam hæreditatem præferri petit: patruus Aloysius dicit ipsum præferri debere: saltim ratione fideicommissi reciprocæ facti, postquā Scipio mortu⁹ est ab intestato, & sine filijs fuit tandem dubitatū, quid iuris. Ego auditis partibus Determinaui, vt infra.

1 Ad primum, ꝙ mater præferatur † est tex. in auth. defuncto, & ex corp. vnde sumitur C. ad Senat. Cōsul. Trebell. Nam bona filiorum decedentium (nullis relictis liberis,) ad ascendentes spectare ius voluit l. scripto hærede §. non sic parentibus ff vnde lib. l. sancimus C. commun. de success. §. si igitur in auth. de hær. ab intest. ven.

Replicabat Aloysius patruus, & dicebat, ꝙ ad bona peruenta ex parte patris, & sic de Merolda, ipse succedere debet, mater vero ad bona peruenta ex parte matris per Theo-
2 ricam † Bart. in l. quod scitis C. de bonisq; liber. & in auth. itaque nume 2. C. de success. & glo. in verb. (vtroq;) in versi. in bonis, & plenè post alios Ias. in l. post dotem num. 105 ff solu. matrim. & hanc Bar. opin. veriorem esse refert Couarr. in tract. de suc-
* cess. ab intest. nu. 2. communiorē * esse dicit Boer. in decis. 192. Benedict. I Repet. c. Raynutius in verb. vxorē nu. 637 & Vincen. de Franch. in decis. 59. nu. 6 & 7. in 1. par.

Bal. vero in d. auth. defuncto tenet contra opi. Bar. dicens, ꝙ mater excludit omnes posteriores ex omnibus bonis filij vndecunq;
3 acquisitis, † & eum sequitur Saly. & Pau. de Castr. ibidem, & Cuman. in consil. 122. vbi dicit, ꝙ opin. Bald. est vera contra Bart. se-

quitur etiam Iaſ. in conſil. 66. num. 19. in 3. vol. aſſignat rationem dicens, ꝙ poſtquam filius adiuit hæreditatem bonorũ vndecunque peruentorum, illa bona dicuntur pro-
4 pria ipſius filij, etiam ſi eſſet infans † l. ſed ſi plures §. filius ff. de vulg. & pupill & in §. 1. de hær. qual. & differentia inſt. per glo. & Doct. in l. 1. §. veteres ff. de acq poſſ. & glo. in l. hæres per ſeruũ ff de acq hæred. voluit idem Iaſ. in conſi. 3. num. 7. & in conſil. 120. num. 12. lib. 1. Deci. in conſi. 318. col. fi. & in conſi. 419 num. 10. Cephal. in conſi. 45. nume. 18. Fran. Becci. in additione in d. conſil.
* Iaſ. 120. nu. 12. & ibi refert hanc eſſe * communem opi. Voluit etiam Ruy. in conſi. 91. nume. 11. vol. 2. vbi dicit, ꝙ mater excludit auiam paternam, etiam in bonis à patre acquiſitis, & ita deciſum eſſe reperij per Ant. Theſau in Deciſ. Pedem. 27. incip. bona filiorum, & hoc expreſſæ declarat Matthesill. in tracta de ſucc. ab inteſt. in 2. artic. principali nu. 4. allegat tex. §. conſequens in auth. de hærede ab inteſtat. & in d. auth. defuncto, vbi dicit, ꝙ Iacob. Butrigar. qui contrarium tenuit, non bene dixit; Hoc idẽ affirmat ibi add. & Alex. in conſil. 114. in 2. vol. & idem in conſi. 70. in 1. vol. Pau. de Caſtr. in conſil. 844. in verſi. præterea vol. 2.

Opinio Bar. & ſequatium procedit, quando aſcendentes ſunt in pari gradu, quia tũc vnuſquiſq; ſe bona ſua recuperat, ſecus ſi in diſpari; quia tali caſu proximior ſuccedit in omnibus bonis vndecunque quæſitis, exclu-
5 ſis remotioribus † ita Cyn. in tract. de ſucc. ab inteſta. par. 2. nume. 4. in tom tracta. 8. par. 1. & ſic reſpondet in dict. deciſ. Pedemon. 27.

Et ſecundum hanc opi. Bal. Determinaui in fauorem matris, excluſo Aloyſio patruo de Menſe Nouembris 1591. Andriæ.

Quò vero ad ſecundum, an per illa verba ſi mori contigerit non remanẽtibus filijs ex eorum corpore deſcendentibus vnus, ſuccedat alteri, ſi ex hac reciproca ſubſtitutione inductum fideicommiſſum videatur.

Et pro reſolutione huius quæſtionis præmittendum eſt, qualiter à verbis teſtamenti, & præſertim in conditionibus in eo appo-
6 ſitis, non eſt recedendum † l. non aliter ff. de leg. 1. l. ille, aut ille §. cũ in verbis ff. de leg. 3. & tex. § nos igitur in auth. de reſti. fidei, dicit, ꝙ ſubtiliter teſtamentorum verba ſunt conſideranda.

Secundo conſiderandũ eſt, ꝙ natura conditionis eſt, vt adimpleatur in forma ſpecifi-
7 ca † per text. l. qui hæredi, & l. Mæuius ff. de cond. & demonſtr.

Hinc dicitur, ꝙ ea non impleta in forma
8 ſpecifica, deficit diſpoſitio vulgata † l ex facto § ſi quis autem ſuſceperit ff. ad Trebell. & l. generaliter §. cum autem ibi (euaneſcere ſubſtitutionem) C. de inſt. & ſubſt. & Io. de Anan. in conſil. 22. dixit, ꝙ conditiones prout ruditer cõcipiuntur, ita ruditer, & ad literam ſunt adimplendæ maximè in condi-
9 tionibus voluntarijs † l. Gallus §. & quid ſi tantum vbi Bar. nu. 2. ff. de lib. & poſth. & ſic in iſtis conditionibus ſolum eſt attendẽdum merum factum, vt dixit Socy. in l. 1. nu. 14. ff. de vulg. & pupill. & Iber. Decian. in reſponſ. 34. nu. 3. vol. 3.

Tertio eſt valde etiam attendẽdum, ꝙ in vltimis voluntatibus, mens, & volũtas ſemper attendendæ ſunt, etiam ſi ſint coniecturatæ, & contra propriam verborum ſignifi-
10 cationem † ita eſt tex. in l. hę edes meæ § cũ ita ff. ad Trebell. l. penul. ff. de leg. 1. ibi (niſi voluntas) l. in fideicommiſſi § item ſi quis ff. de leg. 3. l. quiſquis ff de verb. ſignif. l. inter Seuerinam in princ. ff. de condit. & demonſtr. l. quidam C. de neceſſ. ſer. hær. inſtitu. vbi Bald. dixit, ꝙ lex pedetentim vadit, poſt mẽtem teſtatoris, ſicut venator poſt leporum veſtigia.

Pro parte matris dicitur, ꝙ reciprocum
11 fideicommiſſum euenit cõſideratis verbis teſtatoris. Dixit enim teſtator ibi, & q tam mares, quàm fœmine præſcripti ſuccedant vnus alteri, quotieſcunque morirentur. ſi ad ipſos, aut eorum alterum mori contigerit, non remanentibus filijs legitimis, & naturalibus ex eorum corpore deſcendentibus.

Sed quia ex ipſa Magnifica Iſabella, & Berardinetto filio, & hærede inſtituto à teſtatore, eſt natus Magnificus Scipio eius filius, ergo conditio fuit impleta, quia natus eſt filius: & conditio ſemel impleta ſufficit, licet ſit mortuus nunc Scipio filius, qui ſuper vixit poſt mortem aui teſtatoris. & Berardinetti primi hæredis inſtituti, & patris Scipionis nunc in ætate 18. annorum mortui
12 † per text. l. ſi quis hæredem C. de inſtitu. & ſubſti. l. in ſubſtitutione ff de vulg. & pupill. Bonus text. in l. hæredibus ff ad Trebell. vbi eſt caſus, quòd teſtator inſtituit filios vtriuſque ſexus vniuerſales, & rogauit ſingulos, vt qui ſine liberis decederet, partem ſuam hæreditatis, matri reſtitueret, quòd ſi vnus procreauit filium ceſſat fideicommiſſum, non obſtante quòd poſtea filij nati moriantur, & Iaſ. in conſil. 166. num. 23. volum. 3.

Ad

Digitized by Google

Ad idem est tex. in l. cum vxori C. quādo dies leg. ced. vbi est casus, q̃ maritus relinquit vsumfructum vxori suæ cuiusdam fundi, & si filios procreauerit, legat proprietatem: euenit, q̃ vxor peperit filium, qui filius deinde mortuus fuit. Fuit dubitatum, an vxor debet consequi proprietatem, dicit Imperator (q̃ statim proprietas legati dies cedit, nec quicquam obest si is decedat). Ecce non obstante q̃ filius moriatur, mater cō-
23 sequitur proprietatem, † & Iacob. Menoch. in consi. 117. nu. 1. & 10. incip. Neque noua in 2. vol. vbi expressę declarat, q̃ conditio semel impleta sufficit, vt est videre per eum. Nam quicquid sibi eueniat, quærendum nō est, sic in casu nostro est dicendum, tunc frater primo institutus succederet alteri, quando morire͡t sine filijs, sed Berardinettus frater, mortuus est cū filio Scipione, ergo euanuit, & licet Scipio sit mortuus, non per hoc fideicommissum, per eius natiuitatē extinctum, reuiuescit, & sic illa bona fuerunt ip-
24 sius Scipionis filij propria † per text. l. sed & si plures §. filio ff. de vulg. & pupill. & per text. §. primi insti. de hær. qual. & differentia, & in l. qui Titij ff. de his quibus, vt indig. & est glo. ordinaria, vbi scriben. in l. 1. §. veteres ff. de acq. poss. & ex cōsequenti mater vti proximior admictenda est per ea, quæ diximus in primo casu.

Ad idem est glo. ordi. in l. ex facto §. si q̃s rogatus in verb. (ex voluntate) ff. ad Trebell. ibi (dummodo viuant liberi post mortem testatoris).

Nam in casu nostro, mortuo testatore, supervixerunt primo instituti, Berardinettus primo institutus mortuus fuit, relicto filio Scipione, qui per annos fere 18. superuixit,
25 merito fideicōmissum euanuit † ita in proprijs terminis consuluit Oldrad. in vulgatissimo consil. 21. incip. thema tale est testator: & idem etiam hoc voluit in consil. 141. incip. thema tale est Dominus G. in quibus cōsilijs determinat casum istum, vbi expressæ declarat, q̃ si nascitur filius etiam q̃ postea moriatur fideicōmissarius substitutus perpetuo excluditur, sic etiā determinat Io. Andr. in add. Specul. in tit. de testa. §. Imp. erga finem: Pau. de Castr. in l. ex facto §. si quis autem num. 5. ad Trebell. Alexan. in consil. 31. in 3. vol. Hanc opin. firmat Gabriel. in conclusio. 7. in rubr. de fideicomm. vbi infinitos Doct. allegat ad quem te remicto: Hanc etiā opin. firmat, & doctè Ias. in consil. 66. incip. viso testam. per totum, & doctè more solito Franc. Bursat. in consil. 1. in 1. volum. & hæc opin. sine dubio est magis recepta à Doctoribus, * vt nouiter refert Anto. Thesaur. in Decis. Pedem. decis. 96. nu. 4. vbi doctè examinat quæstionem prædictam, & in nu. 34. declarat, & limitat hanc opin. ab Oldrad. consilio extractam, non procedere, quando ex coniecturata mente testatoris aliud appa-
16 reret † ita Grat. in consil. 5. nume. 86. lib. 2. Deci. consil. 477. & 480. Paris. consil. 75. nume. 6. Menoch. consil. 327. num. 34. lib. 4. & alios per te ibi videre poteris. Et Deci. in consil. 585. in 4. parte. Et Tiber. Decian. copiosè in respons. 84. num. 2. volum. 3. & in respons. 74. num. 2. volum. eod. & respon. 93. nu. 5. volum. eod. & Grauet. in consil. 62. num. 1. vol. 1.

Ad hoc corroborandum adducitur illa fortissima ratio: nam in prima institutione instituit filios nominatim, & nullam fecit mentionem de nepotibus, & quando institutio est facta huiusmodi, casus remanet in dispositione iuris communis. Dixit enim testator (non remanentibus filiis) ergo Scipio Nepos testatoris non includitur in substitutione cum appellatione filiorum non conti-
17 nentur Nepotes † l. liberorum ff de verbor. signific. & infra dicemus cum testator etiam dixit (vnus succedat alteri, & sic intelligitur de primis hæredibus nominatim institutis, & substitutis, & quando casus est ommissus à testatore, recurrimus ad ius commune
18 l. commodissimæ ff. de liber. & posthum. l. si cum dotem in princ. ff. solu. matrim. cum similibus.

Patet igitur Scipionem non esse in substitutionem, quia testator non dixit, & si morirentur sine filijs, seu liberis, & sic in substitutione appellatione filiorum nō continentur Nepotes transuersales, vt esset in
23 sibi imputetur. † Ita post glo. pulcherrimè declarat Pau. de Castr. in alleg. l. si ab hostibus, nume. 3. per tex. notabilem l. idemq; ff. pro sot. & Socyn. sequitur in consil. 78. in 2. vol. & Gram. in consi. 49. num. 5.

Et vt securius (quia iuuenis eram) pergerem, hanc meam determinationem ad Illustrem Aloysium Carmignanum Neapolim misi, qua visa ꝑ eum confirmata, ac eius propria manu subscripta his verbis dicens.

Aloysius Carmignanus Aduocatus Neap. secundum quam in anno 70. in Terra Noiæ in fauorem dicti Lutij fuit prouisum ad Dei laudem. Sempronius Ascia V. I. D.

A R-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Homicidium in ludo pilæ commissum dicitur casuale.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium cum pila commissum, dicitur casuale.*
2 *Consuetudo habet vim statuti.*
3 *Consuetudo excusat à delicto.*
4 *Guarda, guarda exclamans, excusatur.*
5 *Vulneratus culpa sui, vel parentum moriens sibi imputatur.*
6 *Moriens post aliquot tempus ex vulnere non letali, non ex vulnere mori præsumitur.*
7 *Casus fortuitus, ab improviso distat.*
8 *Homicidium quando dicitur commissum sine dolo.*
9 *In delictis consideratur animus.*
10 *Voluntas, & propositum distinguunt malefitia.*

DETERMINATIO CXLV.

LVDENS Cæsar Tanga [à pallamaglio] in via, quæ vulgo dicitur de Sancto Antonio Terræ Rutiliani, vbi nobiles tali ludo ludere solent, propè antrum quodam, puer cuiusdam rustici manebat, in capite à pila percussus fuit, ictu cui⁹ post certos dies mortuus fuit, fuit dubitatum, qua pęna veniret puniêdus.

Consideraui, quod ludus pilæ, seu mallei, non est à iure improbatus, aut illicitus, ita quod homicidium cum pila commissum est
1 † casuale, & percutienti non imputatur. Ita est tex. & quæ ibi notat Abb. in cap. continebatur, & in cap. lator de homicidio extra.

Secundo iuuenis iste, & nobilis, ludebat in strata, in qua ab antiquissimo tẽpore, qđ non est hominum memoria, ludi solitum e-
2 rat, & est, & hæc consuetudo † habet vim statuti, & priuilegij spetialis l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æsti. & Abb. in cap. super quibusdam de verb. sign. extra, & hæc consuetudo ipsum iuuenẽ lu-
3 dentem à qualibet culpa, si qua foret † excludit l. itẽ mela ff. ad l. Aquil. Nec huic dolus, vel culpa imputari potest, quandoquidẽ pluries acclamauit dicens antequã proij-
4 ceret, [Guarda guarda] † argumento quæ notantur in d. cap. continetur, & cap. lator de homicid. Nec culpa argui potest, eo quod ariolari non poterat, quod propè antrum puer ipse manebat. Arg. text. l. si putator ff. ad l. Aquil.

Tertio constitit etiam apertè, quod propter parentum negligentiam, & medicorum
5 imperitiam puer mortuus fuit. Quo † casu ipsis, & non ipsi nobili ludenti culpa adhibenda est. Est tex. in l. qui occidit, vbi Bal. ff. ad l. Aquil. & l. qua actione § fi. & l. seq. ff. ad l. Aquil. Accedat, quia puer ipse post 25. diẽ mortuus fuit, quo casu in dubio ex percussione illa non mortali per medicos à princi-
6 pio non considerata, decessisse † non præsumitur per glo. in l. 1. in verbo depulsa C. de emendat. seruo. & est tex. in cap. 2. de cler. percussor. cum glo. & notat Bar. in l. fin. ad l. Cornel. de Sicar.

7 Præterea cõsideraui etiam, quod iste † casus fuit fortuitus, & nõ improuisus. Ita glo. in l. 1. ad l. Cornel. de Sicar. per Bar. in d. l. 1. de Sicar.

Vltimò consideraui, quod istud homicidium non potest dici commissum dolo, neq;
8 culpa, & ideo in nullo puniri potest. † Ita est tex. in d. l. eum vbi Bar. C. ad l. Cornel. de Sicar. & in cap. significasti il 1. & in cap. Ioannes, vbi Abb. de homicid. extra. Voluit Lodou. Carr. in §. 4. in verbo circa homicidiũ Socy. Iun. in consil. 49. Deci. in consil. 9. & Hippol. in suo sing. 176.

Accedat, quia in homicidio, & in quo-
9 libet delicto debet considerari † animus. Nã voluntas, & propositum distinguunt male-
10 fitia † l. qui iniuriæ ff. de furt. Cũ hoc puero nulla erat inimicitia, cum eius parentibus nullum odium, merito nulla pęna tenetur.

His veris, habita cõsideratione, quod aliqua negligentia potuit ei imputari, tãto magis, quia puer visus fuit, & non aliter acclamauit, vt præsuppositum est. Determinaui ipsum exulandum per annum à Terra Rutiliani in anno 1585. à qua mea Determinatione, cum fuisset appellatum. Deinde non aliter eã prosequutus fuit, & sic ad Dei laudem Determinaui, vt supra.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Dos mortuo patre in filiam consolidatur, & est eius legitima quæ in vita debetur de iure Regni.

SVMMARIVM.

1 *Dos mortuo patre consolidatur in filia*
2 *Mortuo viro, vxor habebit messium, quæ-*

Digitized by Google

quartam.
3 Pro messio, & quarta in tempore non solutis, debetur quarta.
4 Mater succedit in hæredis filia.
5 Dos sine matrimonio, esse non potest.
6 Dos non dicitur legitima filia.
7 Dos in Regno est filia, & loco legitima.
8 Paragium debetur in vita Patris.
9 Mulier de dote sua potest testari.
10 Intellectus ad contraria.

DETERMINATIO CXLVI.

DOTEM restitui Magnifica Iulia Musella Terræ Casamaximę vxor quondam Ioannis Malloni in Anno 1591. in curia Terræ prædictæ ob mortem viri plura petijt, & primo.

Primò, quòd restituatur dos.

Secundò messium duratorum triginta.

Tertiò quarta generalis sibi in secundo die votorũ à marito constituta, iuxta dispositionem l. Longobardorum, & consuetudinem Ciuitatis Bari obseruatam in Terra prædicta Casamaximæ.

Quartò interusurium dictæ quartæ sibi non solutæ, post obitum dicti sui viri.

Quintò ex quo remansit grauida, & per obitũ viri nata fuit filia posthuma Rosa, quę in ætate infantili mortua fuit, quod sibi tradatur medietas hęreditatis dictę Rosæ: postquam non supererat, nisi Felix masculus filius, & frater dictæ Rosæ.

Vltimò, quia mortuus fuit Felix filius cũ testamento, & legauit eidem matri tumulos quinquaginta frumenti, quod ei tradantur.

Ad primum fuit per me determinatum, quod eidem Iuliæ dos prædicta restituatur, illa ratione. Nam pater dictæ Iuliç mortuus est. Ita quod dos consolidata est in ipsam
1 Iuliam filiam † per tex. l. vni. §. videamus igitur C. de rei vxor. actio. iuncta glo. in verbo (visum) hanc opinionem firmat Varisius. Iacob. de Rauen. Petr. de Bellapert. Riccard. Malumbra, & hos refert Alb. de Rosat. in d. l. vnica in d. §. videamus & Deci. in consil. 106. incip. & pro tenui, vbi dicit, quod hęc est communis opinio, & sic ad ipsam competit exactio.

Ad secundum fuit dictum idem, nã mortuo marito potest mulier messium, & quar-
2 tam habere † ita est tex. ad litteram in Consuetud. Bari. in §. 1. sub rubr. de donat. inter virum, & uxorem incip. si mariti morte, vbi Commentator Maxilla, & illud idem affirmat in alia Consuetud. incipiente, pro messio in eadem rubr. numero 1. versic. sed quæro.

Ad tertium determinaui, quod pro messio, & quarta, non solutis à die moræ mulie-
3 ri competit interesse † ita Gramm. in decis. 103. num. 96. contra Afflict. in decis. 291. & Capic. in decis. 65. & hanc partem in terminis nostris firmat Vincen. Maxill. in §. soluto matrimonio, nume. 12. sub rub. de iur. dot. asserés quod istud interesse debet solui, sicut soluitur pro dote ad rationem septem pro centum, vt per Gramm. in decis. prædicta 103.

Ad quartum fuit dictũ, quod hæreditas
4 huius filiæ, ad matrem spectat, † ratio est illa, quia in Regno existentibus masculis, fœminæ non succedunt, sed debent de paragio dotari, de qua diximus plenè in determinatione per Cõst. Regni in aliquibus sub rubr. de success. filiorum ibi (dum tamen sorores, aut amitas, aut neptes, pro modo facultatũ suarum, & filiorum superstitum numero secundum paragiũ debeant maritare) ex quibus verbis etiã à successione ab intestato fœminæ excluduntur, cum igitur non succedunt, non transmictunt ad suos hæredes illa ratione, quia ista dos est conditionalis, & sic si maritabuntur habebunt, alias nihil cõ-
5 sequentur. Nam dos sine matrimonio † esse non potest l. 3. ff. de iur. dot. & hanc partem tenet Bar. in l. Titio centum §. Titio genero de cond. & demonstr. ff. & consuluit Pau. de Castr. in consi. 8. & 9. in 2. vol. & ratio, quia
6 non dicitur † legitima Alber. Brun. in tract. quod exist. mascu. fœm. non succ. in 11. articulo principali in 3. quæst.

Sed in casu isto aliud est dicendum; nam verba statuti non simpliciter loquuntur, quod debeant maritari: sed plus dicens (secundũ paragium) ita quod istud paragium est sibi traditum à iure ipsi filiæ, & mortuo patre, (masculis existentibus) pure, & incontinenti debet ipsi filię etiam si nõ nuptui se tradide-
7 rit erit sua † legitima portio, quæ debetur in bonis patris, ita Iser. & doctè Deci. in d. cõsil. 106. num. 3. & ibi tenet, quod isto casu dos succedet loco legitimæ, & Afflict. in d. constit. & l. Regni in aliquibus, vbi etiã dicunt, quod istud paragium non potest esse minus legitimæ suæ, quæ sibi cõpetit si ab intestato succederet, & quod debetur colligitur ex illa quæstione, quod si noluisset maritari, & stare domi etiam habere debet, & Natta in rep. cap. quamuis num. 187. & idem in cõsil.

Et prima ratio est illa, nam quando extra ludum, & in rixa dicitur conuitium, semper attenditur, quod fuit animus iniuriandi,
7 di,† & propterea actione iniuriarum punietur, etiam si dixisset veritatem, cum tali casu non interest rei publicæ, & sic quilibet
8 potest agere † de sua iniuria, licet par sit iniuria per text. l. negāda C. qui accus. nō poss. quæ etiam est canonizata 3. quęst. 11. & cap. veniens de iur. iur. extra.

Hac ratione vera existente dicitur, quod dictus Notarius Franciscus, qui non solum dixit mentiris, quia tunc esset absoluendus, sed dixit eidem [cornuto] ergo debet puniri per prædicta. Non nego, quod licet puniri debet, tamen mitius est puniēdus ita in terminis dixit Floria. in d. §. cum arietes, & voluit Abb. in alleg. cap. & concludit hoc etiam Stephan. Aufre. in add. ad decis. Capp. Tholosan. in num. 127. incip. item fuit quęsitum in princ. & secundum hanc opinionē determinat Ang. de Aret. in tracta. malef. in verbo (verba contumeliosa) versic. (quid si aliquo dicto) num.---- Et ita Sacrum Consilium determinauit testante Capicio in decis. 58. in causa, & Gram in voto 23. nu. 13. & Felyn. in cap. peruenit el 2. de iureiuran. extra.

Non obstant in contrarium adducta: nam procedunt, quando simpliciter dixisset, tu mentiris: quia licet de se sit verbū iniurio-
9 sum, vt diximus, † tandem si prouocatus dixerit ad sui iniuriam propulsandam, mentiris non puniretur, secus si dixerit aliam, vel similem iniuriā, quia tunc puniri debet, sed mitius. & est casus noster.

Non obstat secunda ratio; quæ est, quod delicta paria mutua compensatione tollun-
10 tur, quia procedit circa idē, † secus si sunt circa facta diuersa. Ita Specu. declarat in alleg. loco, & Aufrer. vbi sup.

Non obstat, quod fuit prouocatus, & calore iracundiæ dixerit, quia procedit modo quo supra, & sic quod punitur. Sed ratione iræ mitiori pœna, vt dicunt Doct. & sic dicitur ad vltima rationem, vt dixi supra.

Ex quibus habita deliberatione, condemnaui solum ad ducatos quadraginta, appellauit, & prosequutus non est prædictam appellationem. Et Domino sit laus.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Tortus non confitens licet conuictus non potest puniri.

SVMMARIVM.

1 *Depositioni testis primæ iuratæ, & nō secundæ statur.*
2 *Testis contra primam depositionem deponēs dicitur infamis.*
3 *Ex depositione emanata metu excōmunicationis criminaliter agi non potest.*
4 *Stilus seruandus est.*
5 *Fraus legi fieri non debet.*
6 *Testi inuerisimilia deponenti, non creditur.*
7 *Aduocato deponenti contra clientulum non creditur.*
8 *Furtum in cassa, debet probari de recēti rem fuisse positam.*
9 *Inditia remittuntur iudicis arbitrio.*
10 *Per torturam inditia purgantur.*
11 *Tortus licet conuictus negans debet absolui.*

DETERMINATIO CXLVIII.

Ad tiremes per quinquennium quidam de C. punito non conuictus licet tortus, & repetitus, & quod nihil cōfessus fuit per Curiam Terræ prædictæ, pro quodam prætenso furto, noctis tempore in castro eiusdem, Terræ Patrato, mediante querela Illustris Decij Carraccioli, cui pecunia subtracta fuit, condemnatus fuit, à qua condemnatione ad me Auditorem secūdarum causarum Illustrissimi Marchionis in anno 1591. appellatum fuit. Visoq; dicto processu determinaui absoluendum esse, prout iam absolui his viuis rationibus

Ponderatum fuit primo dictū Marci Antonij Pencelusij testis, qui cum iuramento interrogatus, deinde factis in Ecclesia monitionibus, testis ipse totum contrarium asseruit, & cum iuramento postmodum affirmauit, & propterea dicitur, quod cum sint due depositiones in iuditio iuratæ, quod ta-
1 li casu standum est primæ, † & non secundæ depositioni, ita dixerūt Doct. in cap. cum in tua de test. extra, & Bal. hoc expressæ declarauit in l. verba in 1. col. versi. (& nota, quod si testis) num. 6. C. de adult facit auth. at qui iuncta glo. fi. C. de test. Idē Bal. in l. qui falsi nu. 1 ff de test. Vberrimè explanat hoc Bar. in l. si postulauerit §. penul. ff. de adul. & glo. in authen. de test §. illud tam coll 7. & hanc opinionem veram esse affirmauit Guid. Pap. in decis. 546. incip. testis in vno iuditio, quæ
* opin. * communiter à Doctor. recipitur, teste Gabriele in conclus. crim. 29 in rubr. de crim. cau. & idem Guid. in decis. 593. Ratio est.

Digitized by Google

est sensatissima quia in secunda depositione deponit il 1, quod contrarium cum iuramento primo dixerat. Immo iste efficitur in-
1 famis † l. Lutius ff. de his, qui not. infam. & & Specul. in rub. de testi. §. 1. versi. item ex-
* cipitur quod est infamis, & hanc* opinioné communioré esse, quod primo dicto sit standum Tindarus in tract. test. in 2. par. principali in cap. 15. sub rubr. de teste, qui dixit vnum prima vice, secundo vero cõtraria nu. 3. & in to. vndecimo tract. in par. 1. & Boer. in decis. 108. num. 4. Dec. in consi. 135. nu. 7.
* vbi dicit etiam quod hæc est * communis opinio. Gramm. in voto 34. Crat. in consil. 42. num. 29. lib. 1. Clar. in §. fi. in Pract. quęstione 53. (prædicta autem) Alcia. in tract. de præsump. in 2. reg. in præsumpt. 29. num. 7. Couarr in cap. 13. post nume. 8. in lib. 2. variar. resolut. per tex. cap. sicut nobis, & ibi Franc. de Aret. Corn. in consi. 27. lib. 3. in littera B. & Franc. Burs. in consil. 216. nu. 120.
* vol 2. vbi affirmat hanc* opin. communem, & in num. 118 vbi ampliat etiam, si secunda depositio emissa esset in tortura.

Secundò dicebatur, qualiter ista depositio secunda emanata, fuit excommunicatio-
3 nis metu, & ad reuelationem, † ex qua depositione non potest, nec debet procedi criminaliter. Ita dixit Abb. in cap. ex litteris de test. extra nu. 6. Fely. in cap. 3. de rescrip extra, & hic est etiam Stilus Romanæ Curiæ, & repugnantia contraria stilo, non est obser-
4 uanda. † ita Felyn. in cap. cum causa el 2. de testi. & Marc. Mantu. in suo primo dialogo, & 11. ex tali ergo depositione ciuiliter, & non criminaliter agi debet, & plenè Corset in reper. Abb. in littera C. ĩ verbo Curia.

Nec obstat, quod obijcebatur, quod corã Capitaneo cum iuramento facta fuit hæc. Secunda quia respondetur, vt primo diximus, vel alio modo respondemus, quod si
5 hoc concederetur, † legi fraus fieret. Prouisum est igitur per ll. Canonicas, quod depositiones factę in sententia excommunicationis non, nisi in causis ciuilibus fidem faciat, vt etiam prouisum est in Sacr. Concil. Trid. in sess. 25. in rubr. de reformat. in cap. incip. quamuis ibi. (nec ad eos) si igitur hæc cautela vera foret, vtiq; prædictæ ll. seruirent de vento. ergo.

Tertio dicitur, quod huic depositioni, tan
6 quàm inuerisimili non est standũ, † q̃a omne q̃d est remotum à verisimili, est falsitatis imago l. milites §. oportet C. de q̃stionibus, & plenè diximus in Determinatione, & vult Hippol. de Marsi. in consi 3. num. 17. vol. 1. Deponit ipse, quod inquisitus causa eundi ad furandum, quod ostendit ei scalam, forfices, seu tenalia pro scasciando cascia, seu arca. Nonne dicẽdum esset, quod aut iste erat fatuus, aut ipse erat cõsotius, & quia hoc stare non potest. Ergo.

Nec debet esse in cõsideratione depositio Pauli Trauaglia, quia erat suus Aduocatus, & pace tanti viri sciebat bene ipse, quod nõ debet deponere, & quatenus deponeret, ei
7 non creditur, † ita dixit Afsl. in l. Regni Aduocatorum, in 2. notab. in versic. & si aduocatus, & declarat more solito Illust. Vincen. de Franch. in decis. Sacr. Consi. Ergo.

Ponderaui etiam processum, & in eo non reperij, quod eodem sero, vel die antea positi erant in eadem arca dicti ducati cẽtum,
8 & in furto hoc valdè attenditur, vt declarat Gramm. in consil. 41. in princ in quo docet quomodo probandum est furtum in genere, ex quibus omnibus euidentissimè patet inquisitum non potuisse torqueri licet indi-
9 tia iudicis arbitrio remictantur † l. 3. §. tu magis scire potes ff. de testi. quia ad quæstionandum inditia debent esse, vt declarat glo. in l. fi. C. tam herum maximè remota, & vbiq; criminalistæ. Et maximè Brun. in tracta. de indit. in q. 7 principali nu. 7. per tex. cap quinta vallis, & cap. veniens de iur. iur. Pau. de Liaza in cap. gratis de depos. extra, immo iudex puniri debet. Ita ipse in citato loco. Et in l fi. Doct ff. de quæstio.

Et licet Iudici inditia sufficientia fuisse, visum esset & quod propterea bis inquisitũ quæstionauit, erat cõsiderandum, quod per torturam repetitã (negatione facta) purga-
10 ta fuerunt, † & sic nullo modo condemnari potuit, immo dubitatur in conuicto, quando torquetur, & negat, quod est liberandus
11 † quanto magis est iste, ita dixit Alber. de Rosa in l. edictum, vbi bona glo. ff. de quæstio. Barthol. Cepoll. in consi. Crim. 32. Ang. de Aret. in verbo comparent dicti inquisiti, & negauerunt totum, Hippol. in d. l. edictũ, & idem in sing. incip. quod volui, nolui, & quod nolui adimplere nequiui. Boer. in decis. 108. in fi. verbis. Bar. & criminalistæ in l. vnius §. 1. ff. de quæstionibus.

Quibus maturè consideratis in die 7. Iunij 1591. Determinaui malè iudicatum, & bene appellatum, à qua sententia licet Illustris quærelans appellasset, me audito, se quieuit, & dictus inquisitus absolutus fuit.

Sempronius Ascia V.I.D.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Venenans non punitur, nisi morte sequuta, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Affectus punitur non sequuto effectu in arduis.*
2 *Atrocius est veneno, quam gladio occidere.*
3 *Iure Regni est pena capitalis in venenante.*
4 *Medico credendum est.*
5 *In delictis occultis lex prona est ad puniendum.*
6 *In delictis in quibus probatio haberi non potest præsumptio vehemens sufficit.*
7 *In delictis atrocioribus licet iura transgredi.*
8 *Ad torturam non prouenitur, nisi legitima adsint inditia.*
9 *Affectus effectu non sequuto, non punitur.*
10 *Affectus non consummatus punitur eadem l. sed non eadem pena.*
11 *Delicta etiam vigore statuti, non sunt punienda non consummata.*

DECISIONES CXLIX.

VENENVM in quadam olla fabarum Laudomiam, maritum, & filias occidendi causa per Domenicam Terræ Casamaximę in anno 1590. immissum fuit, contra quã porrecta fuit quærela, & cõpilato processu, determinaui. Vt infra.

Pro parte quærelantium dicebatur, quod sumus in delictis atrocioribus, in quibus af-
1 fectus non sequuto effectu punitur, † tex. est in l. si quis non dicã rapere, C. de epis. & cle. voluit hoc Bar. in l. 1 C. ad l. Pomp de parricidio, casumq; nostrũ decidit, ratio est, quia
2 atrocius est veneno extinguere, † quam gladio l. 1. C. de venef. & malefi. & l. 1. ff. de Sicar. Alb. de Rosat. in tract. statutorũ, in quæstione 99 num. 1. in tom. tract. vol. 2. Sebast. Monticalus in tract. de patr. potest. versi. matrimonium num. 66. eod. tom. hoc dixit glo. in l. Regni mala noxia in verbo atrocius, sub rubr. de mal. eono medi. lib. 3. & declarauit Rex Robertus in cap. qui mala noxia sub rubr. de venefi. lib. 3. vbi imponit sententiam
3 capitalem illis, qui mala, seu noxia † medicamenta ad alienandos animos, seu venena porrigunt, vt ibi clarè est videre, & Iul. Clar. in lib. 5. §. fi. in quæstio. 92. incip. quæro per totum, vbi latè hanc materiam tractat, & Gram. in vot. 3. vbi ad plenum.

Et quod ista Domenica debet puniri fuit probatum, quod visa fuit accedere ad ignem ollamq; accepit reuoluendo, & quod ab eius pectore quandam cartulam, in qua erat puluis, quam puluerem in ollam proiecit, ita quod de sero incontinenti omnes comedentes ægrotarunt, accessit medicus, dixitq; quod illud erat venenum, cui in arte perito
4 credendum est † per text. l. semel C. de re milit. lib. 10. l. comparitiones C. de fide instrum. cap. significasti el secundo de homicid. ext. Bart. dixit in l. si rixa in fin. ff. de Sicar. Notatur in cap. præposuisti de probatio. Voluit Alexan. in consi. 115. in 3. volum. causa propter quam dicebatur, quia repudiauit sororem ipsius Dominicæ, & causa se vendicandi hæc fecerat. tex. & doct. in l. 1. ff. de vent. inspicien.

Tertiò contra eam dicitur, quod quando sumus in delictis occultis, quæ clam fiunt, & ab vno solo, lex contenta est facilioribus
5 † inditijs ad torquendum, ita Bald. in l. nemo C. de Episc. Audit. consuluit Alexan. in consil. 77. primo volum. & in consil. 62. 3. volum. immo in casu nostro nõ solum potest deueniri ad torturam, sed etiam potest deueniri ad condemnationem, ita est text. in cap Michael. de filijs presbyterorum cap. veniens il secundo de test. Canonistæ in cap. 3. loco de probatio. & Bald. in l. in illa stipulatione si calendis in fin ff. de verbor. obligat. vbi dixit, quòd in omnibus, in quibus clarè, & liquidè probationes haberi non possunt, sufficit, quod iudex ex vehementi
6 opinione se informet, † quia tali casu coniecturæ habentur loco plenæ probationis, dixitq; Ange. in l. si quis ex argentarijs §. Prætor ait ff. de edend. & ibi Ias. & Gramm. in voto 1. nume. 8. & in voto 36. num. 1. vbi dicit, quod sicut affectus punitur in homicidio, sic in porrigente venenum.

Vltrò adducitur, quod hic tractatur de enormissimo delicto, & quãdo sumus huius-
7 modi, licitum est iura transgredi † per text. l. per omnes C de defens. ciuit. Voluit Bald. in c. adiectus in rub. qualiter olim feudũ alienari poterat in vsi. feu. Gram. i voto 3. pdicto.

Pro parte contraria dicebatur quod ad tortu-
8 ram nõ peruenitur, nisi adsint inditia † sufficientia, & legitima, ite dicit glo. alleg. in l. 2. C. fam. erc. Docto. in l. 1. & fi. de quæstionib. Bald. in consi. 229. incip. vltra inquisitiones in 3. vol. item debet esse clara, ita quod sub-
9 sistant. † Marsill. in consi. 20. nu. 2. & ad condemnationẽ non peruenitur nisi adsint probationes luc meridiana clariores l. fi. C. de probatio.

X

batio. l.adictos C. de appella. l.absentem de pen.& in cap.Pisanum 5.quæst.vlt.& Brun. in tracta.de ind.in 5.quæst.num.3. & Guid. de Suzzar.in eod.tract. in prin.num.2.versi. (tertio notandum est) Bal. in eodemet tract. in cap. 1.num. 1.& seq.

Item considerandum est, quod consuetudine totius Italiæ non punitur affectus non
9 sequuto effectu,† iura sunt clarissima,in casu isto nullus sequutus est effectus, omnes conualuere, ergo &c. Ratio est in promptu, quia in atrocioribus licet puniatur affectus non sequuto effectu,tamen quando effectus non fuit consumatus, & perfectus licet puniatur eadem l.non autem punitur eadẽ pœ-
10 na. † Ita dixit Cyn. in d.l.si quis non dicam rapere. voluerunt hoc Ang.& Pau.in l.1.ff. quod quisque iuris. Afflict.in decis.21.præsertim, quia delicta nisi fuerint consumata
11 non sunt punienda etiam in statutis, † ita Bar.in l.1.C.ad l.Corne.de Sicar.Io.de Imo. in cap 1.de præsumptio. & Afflict.in d.consti.mala noxia in num 6.vbi dicit,quod illa constitutio non habet locum nisi morte sequuta, ita Barthol. Cępoll. etiam in consil. crim.81. Gram. in decis.2. & in decis.33.& in voto 3.& in decis.74.num.16. quo in loco declarat casum hunc, & Iul.Clar.in dict. quæst.92.& plenè per Menoch. in sua arbitra.in casu 360. & p Fely.in d.tract.de cona.

Quibus bene pensatis stante resolutione ad contraria per prædicta,& quia etiam fuit habita remissio, considerato etiam, quòd dicta Domenica est puella, & testis examinatus contra eam fuit puer octo annorũ, considerato etiam, quod non solum non fuit sequuta mors, sed neq; aliqua infirmitas, nisi breuis, & facto colleggio medicorum ante Illustrissimam Dominam Mariam de Aquauiua de Aragonia in quo fuit per dictos cõclusum,quod ille dolor ventris poterat euenire ex qualitate fabarum, quæ sui natura sunt ventosæ, & quia semper est capienda occasio exclusiua delicti per glo. in cap.continentes 81.distinct.fuit dicta puella per me admissa ad quandam tollerabilem compositionem, attenta eius qualitate, & paupertate, motus etiam ex Constitutione Regni, in qua est limitatum in ictu scoppectæ, & balistæ, vt est pragmatica incip. vbi verò non est prouisum in spetie, tunc consuetudo attenditur. Ita etiam Iul. Clar. in d.quæst.92. in fi. & propterea ego modo quo supra determinaui, & Gramm.in voto 36. num 2.& Pau.de Cast.in consil.299.in 2.volum. & Pari.in tracta.sind.in verbo tortus cap.3. incip.mandauit Rex &c. & ita ad Dei laudem exequutum fuit sub Præsidatu Illustrissimi Domini Pompei Visconti Capitanei militiæ S.C.Maiestatis,qui ita vir strenuus est,quod semper in nauali bello, & in anno sequenti, & in alijs bellis, ita se habuit, quod apud Catholicam, & Regis maiestatem Philippi valdè commendatus fuit.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Confeßio sotij contra Camerarium non inditiat.

SVMMARIVM.

1 *Ante omnia de delicto constare debet.*
2 *Inquisitus confitens furtum fecisse, de quo non constat, iudex debet mittere exploratores.*
3 *Inquisitus tortus sine inditijs nil probat contra socium.*
4 *Confeßio in tortura non iurata est nulla.*
5 *Socius criminis contra socium non inditiat.*
6 *Socius, vt probet contra socium non debet esse diffamatus.*
7 *Officialis bonus semper præsumitur bonus.*
8 *Officialis non præsumitur, quod aliquid mali gerat.*
9 *Delictum cõtra officialem debet probari per testes omni exceptione maiores.*
10 *Confeßio trium latronum contra sotium inditiant, & non vnius.*

DETERMINATIO CL.

FVRTVM in Terra Casamaximę in anno 15 -- Quo Gubernator eram noctis tempore, in quadam apotheca plateæ cum fractura Ianuæ quo tempore. Leonardus de Marchione Camerarius erat, commissum fuit post multos annos dum furtum simile patratũ esset,fuit capta informatio cõtra custodes nocturnos,inter quos fuit vnus, qui etiam fuit custos tẽpore primi furti, & torti. Ille cõfessus fuit se commisisse non solum istud vltimum, sed etiam illud primum, & ꝙ Camerarius participauit,contra quos similiter procedi, & determinaui, vtsupra.

Pro parte Camerarij dicebatur, quod antequam sit ꝓcedendum ad quempiam puniẽdum de aliquo delicto. ante omnia de eo
1 constare debet † vulgata l.1.in d.§.illud autem ff. ad Sillania. declarauit Bart. in l.fin. de quæstionibus. Voluit Gandi. in rubr. de præsumpt.& indi.indubita, & affirmauit Ang.in tracta.malef.in glo. fama publica in

versi.

versic. 12. & in versic. an Iudex, & ibi declarat, quod quando aliquod furtum factũ esse dicitur, quod ad illum locum iudex debet ad
2 inquirendum, & explorãdum mittere † alias tenetur in sindicatu, & Hippol. in consil. 46. num. 1. volum. 1. & in l. 1. ff. de quęst. cum in casu, de quo quæritur non plenè constat de dicto furto in genere, ergo, & Brun. in tract. de ind. in quæst. 3. 2. partis num. 11. versic, item nota. & idem in ead. tract. in 5. quęstio. principali num. 10. & 11.

Secundò confessio torti nullum debet afferre ipsi præiuditium, qui quandoquidem
3 absq; legitimis inditijs tortus fuit, † & sic cõfessio illa nulla, & inualida est, vt per Docto. in d. l. 1. & in l. milites, & in l. eandem ff. de quæstionibus, & Ang. in d. glo. fama publica voluit Alex. in consil. 63. in 2. vol. & Hippol. in consi. 46. num. 3. vol. 1. ergo tam contra ipsum, quàm contra Camerarium confessio est nulla.

Ad conualidandum dicitur, quod ista cõ-
4 fessio non erat iurata † quod erat ligatus in tortura, & sic non obstat, vt habetur in l. iusiurandũ C. de test. Hippol. in sua Pract. Crimin. in §. diligenter num. 62. vbi dicit, quod Socius criminis contra consotium, non iuratus, non inditiat, tanto magis, quia Socius criminis non facit inditium contra socium,
5 † vt in l. quoniam liberi ff. de test. & Hippol. in alleg. loco num. 59. & in consil. 22. nu. 13. Gramm. in decis. 28. nume 19. qui dicunt, quod socius criminis in casu, in quo nõ debet interrogari, interrogatus nihil probat, Salyc. in l. fi. ita dixit C. de accus. & Hippol. in d. consi. 22. num. 5. quod sine alijs inditijs contra sotium nihil inditiat. Doctrina Bart quæ videtur obstare, loquitur in famosis latronibus, non autem, in simplicibus furtis, vt est casus iste.

Iterum considerandum est, quod socius, vt inditiet contra socium, necesse est, quod
6 non sit diffamatus † de alio crimine secundum Gramm. in consil. 28. nume. 22. & Hippol. in sing. 209. Alex. in consi. 64. 1. volum. Salyc. in l. quoniam liberi de testi. Hippol. in consi. 45. num. 8. Sed iste est varijs, & diuersis furtis conuictus, & confessus, & sic est vilis, & infamis persona, Gramm. in decis. 10. Hippol. in consi. 64. nu. 25. Per Nigr. de Cãpania in cap. frequenti in nu. 56. & assertio socij non est sufficiens ad torturam, Alex. in consi. 8. num. 1. 2. 3. & 4. vol. 3.

Accedat, quod in administratione sui officij, ita fideliter se gessit, quod nemo de eo tunc temporis conquestus fuit, in tantum
7 quod pro eo semper præsumẽdum est, † tex. est in l. licet de officio cuius, & quod ab eo omnis dolus, & culpa absit præsumitur l. 1. de magistra. conuend. Paris de Puteo in tracta. sind. in versic. sindicatores num. 5. & 27. nam ibi dixit, quod non præsumitur, quod officialis aliquod illicitum commiserit, nec
8 præsumitur, quod malè egit, † & iustè præsumitur facere quod facit, ità est tex. in cap. bonæ memoriæ de electio. & Paris, vbi supra num 8. & 9. Hinc est quod si contra officialem, vel familiam eius aliquid mali præsumitur, debet probari per testes omni excep-
9 tione maiores, † per Paridem vbi sup. nu. 9. & 10 & habetur in l. qui sententiam ff. de pen.

Præterea in Regno est prouisum, qd contra nominatum, debent esse tres depositiones, vt est cap. Regni incip. fiequeris sub rubr. de test. public. disrob. & ibi Campa. in casu nostro non adest, nisi confessio v-
10 nius, † & propterea consideratis his omnibus scilicet bona vita, fama, & conditione istius inquisiti, ætatis annorum ferè 55. ipsum absolui, de se præsentando nouis superuenientibus inditijs, & sic determinaui, & sic exequutum fuit ad Dei laudem, in anno prædicto in Terra Casamaximæ.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Laudemium quando debetur.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium debetur ex noua inuestitura ab emptore.*
2 *Laudemium non à venditore, sed à nouo emptore debetur.*
3 *Laudemium est quinquagesima pars pretij, vel secundum loci consuetudinem.*
4 *Dominus laudat ideo dicitur laudemium.*
5 *Onus impetrandi à domino licentiam spectat ad venditorem.*

DECISIONES LVI.

LAVDEMIVM à quibusdã emphyteutis, qui vendiderunt bona emphyteotica Illustrissimi Abbatis Samuelis Terræ Baruli à Franchino Pastorino eius procuratore petitum fuit.

Andrienses asserebant non teneri, quia nunquam tale laudemium soluerunt, ego vero eos condemnaui his rationibus.

Digitized by Google

1 Primò per tex. singularem † in l.fin. C.de iure emphyt. ponderando verba tex.ibi (nisi quinquagesimam partem pretij, vel extimationis) iuncta glo.in verbo partem. Et istud Laudemium à nouo emphyteota sol-
2 ui debet,† ita dicit glo.in ead.l.in verbo accipere clarius Ias. in l.præd.in 11.col. versi. quæro Boer.in consuet. Sed tene Bitruens. in rubr.de consuet.feud. & cens.§.4.Barthol. Cassan.in Consuetud.Burgund.in consi. des censes in rubr. 10. in §.1.in princ. Amodeus de Ponte in tract.de Laudonio in quæst.1.in prin.in tom.tract.10.par.2. & Bursat. in cōsil.127.num.55.vol.2.

Ratio est, quia datur (ista quinquagesima pars, quia tantum est Laudeminiū pre-
3 tij, † vel quantitas illa secundum aliquam consuetudinē regionis statuta) debetur nouo domino, pro nouo consensu, quem ipse præstat nouo emphyteutæ, ita dixit Paris de Puteo in tracta.de feud.reintegr.cap 85.nume.2.& secundum Afflict. in cap.1. § similiter nume. 13. de Capitaneo Corradi, quia dominus laudat, propterea laudemium di-
4 citur à laudo, quia laudat, † & approbat contractum nouum, & propterea soluitur ab ipso nouo emptore emphyteota, ita Imo. in cap. potuit locati, extra Bertrand.consi.3. volum.2.& in consil.65.nume.13 & dictus de Ponte in d. tracta. quæst.9. & Franc.Bursa.in consil.56.num.16.vbi copiosè, qui declarat, quod onus soluendi laudemium spectat ad emptorem, sed onus obtinendi licentiam spectat ad venditorem, & ita exequutum fuit in Ciuitate Andriæ, & an debeatur ex retrouenditione, & à quo, & quantum sit laudemium declarat Cagnol. in l.2. C.de pact.inter emp.& vend.dict.num.235. vsque ad num.238.in quæst.82. & debetur domino directo ex locatione facta per emphyteotam ad vitam cōductoris. Ita Deci.in consil.204. nume.1. & per totum parte 1. & quod laudemium debeatur ab omni nouo emphyteota propter inuestituram, declarat Bursat in consil.137.num.23. & in hac materia ad eum recurre volum.2.& in consil.181.nume.18.vol.eod.& quod acquirens, vel emptor ex noua inuestitura tenetur soluere laudemium voluit Bonacoss. in rubr. de contrahend.empt. nume.116. in versic. laudemium, licet vbi vtramq; opin. affirmatam approbat, sed est quod venditor tenetur impetrare consensum à directo do-
5 mino † in tom. comm. opin.1. & Menoch. in consil.444.nume.15.& 17. vbi etiam declarat, quod istud laudemium est onus reale, & rei emphyteoticæ annexum in nume.18.& ideo non priuilegio personæ, sed priuilegio prædiorum præstatur in num.51.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Ad probandum valorem rei in mat. l. 2. de resc ind. vend. post publicatum non admittitur probatio per ocularem inspectionem.

SVMMARIVM.

1 *Experti post didicita testificata admittuntur.*
2 *Probatio per ocularem inspectionem potest fieri etiam testificatis didicitis.*
3 *Probationibus æqualibus pro reo iudicandum est.*
4 *Testes, qui per indirectum inducuntur non probant.*
5 *In maiori summa inest minor.*
6 *Testibus de minori summa deponentibus standum est.*
7 *Intellectus ad Bartol. in l. si quod ex Pamphila.*
8 *Recurritur ad ocularem probationem, quando non est probatum de valore rei in termino.*
9 *Ocularis probatio in capite omni tēpore admittitur si ibi est vulnus.*
10 *Probatio ocularis omnem fraudem excludit.*

DETERMINATIO CLII.

REMEDIO l. 2. C. de rescind. vend. in Curia ciuili Sancti Nicandri intentato, & valore rei in termino per testes probato, fuit pro parte vnius (facta publicatione) petitū, vt pro sciendo vero valore rei super faciem loci Curia accederet, per Gubernatorē præfatæ Terræ, quod Curia accedat, prouisum fuit, à qua prouisione ad me vti Auditorem secundarum causarum appellatum extitit petitumq; decernerem si malè, vel bene iudicauit.

Pro corroborando prædicto decreto dici potest, huiusmodi expertos post didicita te-
1 stificata admittendos esse, † ita voluit Bart. in l.si quod ex Pamphila,ff.de le. 2.& Bal. in repe.d.l.2.nu.49. vers.itē nota, C.de rescin. ven.& Floria.in l.si seruū nu.3 ff.ad l.Aquili.& Paulus de Castr. in dicta l.secunda ad finem.

Digitized by Google

finem. Alex. in l. prętia rerum ff. ad l. Falcid. & Plot. in rep. l. si quādo in §. 54. C. vnde vi. quod intitulatur tract. de in litem iurand.

Accedat, quia, quando tractatur de probatione facienda per facti euidentiam, possunt produci testes post didicita testificata,
2 † hoc voluit Bal. in l. si quis testibus C. de testi. in fi. versi. quem sequitur Rom. in l. si vero §. de viro nu. 62. versi. 6. probatur ff. solu. matr. Ias. in l. fi. col. 1. ff. de in litē iur. & Hippol. in rub. de probatio nu. ibi ergo &c & ante eū Bal. in d. rub. in 1. col. versic. reddo igitur ad primū, & ibi Pau. de Cast. nu. 2. Hoc vltimo reperi affirmare, & tenere per multa iura Franc. Bursa. in consi. 260. incipiēte inter Illustres Dominos de Fassono, nume. 45. in volum. 3.

Contra decretum opponebatur, quod actor, & reus bene probarunt eorū intentionem, vnde cum testes vtriusque partis sint in tali conflictu contrarij, tunc nō curritur ad expertos, sed Docto. dicunt iudi-
3 candum esse pro reo † etiā si alij essent magis idonei, ita dixit Abb. in cap. cum te, nume. 13. de appella. per gloss. in d. cap. clerici 81. distinct. & ibi dicit, ita limitandam esse glo. in cap. in nostri præsentiam in versi. sed aduersa in fin. de testi. volentes, quod, quando testes producuntur ad aliquid probandum per indirectum alij inducuntur in contrarium, vt esset in præsenti casu. Nam, & hi quasi testes assumuntur cap. pro-
4 posuisti de probatio. quod tunc statur † secundis.

Adducitur etiam Afflict. in decisio. 240. & ibi Vrsill. nume. 11. vbi testatur in consil. decisum fuisse, quod testes discordantes in quantitate, non autem in tempore, & in bonis, dicuntur concordes, & quod tali casu in
5 maiori summa inest minor, † & creditur testibus de minori summa deponentibus, & Vrsill. in num. 14. declarat practicam, & modum in faciendo coaceruationem summatum, & si sunt tres capitur tertia pars,
6 † & dixi ego latius in Determinatione mea.

His veris.

AD contraria respondetur, nam dictum Bart. & aliorum non obstat, quia pro-
7 cedit quando de valore rei † non esset probatum, quod secus est in casu, de quo quæritur.

Ad secundo illud idem dicitur, quia procederet, quando reus eius intentionem per
8 testes non probasset, † ita dicit Bald. in d. l. si quis testibus ponendo exemplum de te-
9 stibus deponentibus de morte alicuius, † & vulnere illato in capite, tunc contraria probatio potest fieri per inspectionem capitis, in quo potest discerni, si est illatum vulnus, vel cicatrix apparet, & ratio est illa, quia ab hoc probandi genere, quilibet suburnatio-
10 tionis timor cessat, nimirum † sed in casu nostro talis suspitio militat, & esse potest, & sic non amictenda in casu isto, & Ange. in l. prætia rerum ff. ad l. Falcidiam dicit, quod in materia l. 2. ista practica expertorum, & ęstimatorum, non valet vnum obolum, quia extimatio debet fieri secundum tempus contractus, quod oculi præsentes non vident, & Cagnol. in d. l. 2. nume. 265. versi. quarto, sciendum, sed contraria, quando procedere potest vide eum.

Ex prædictis ergo, & alijs mentem meam mouentibus determinaui malè iudicatum, & bene appellatum. Ad Dei laudem in anno 1581.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Copia instrumentorum in libello mentionatorum debet edi sumptibus petentis non sic libelli.

SVMMARIVM.

1 *COpia instrumenti in libello limitatiuè mentionati edi debet sumptibus actoris.*
2 *Editio ad finem deliberandi semper fieri debet.*
3 *Copia libelli datur sumptibus actoris.*
4 *Scripturarum quæ penes actorem sunt copia edi debet.*
5 *Actor si non habet scripturas penes se, debet declarare vbi sunt.*
6 *Editio fieri debet, vt fiat communicatio cum reo.*
7 *Copiam reus scripturarum suis sumptibus capiet.*

DETERMINATIO CLIII.

INstrumentorum copia in libello mētionatorum in causa illorum dello Russo cū

Digitized by Google

Atthomi Macchitella in Terra Valenzani, & eius curia sumptibus libellantis edi petita fuit.

Pro reo dicebatur, quod copia prædicta semper sumptibus actoris maximè, quando ea
1 fit mentio limitatiua † ita in terminis, quod dari debet consuluit Ioannes de Amic. in consil. 135 Guid. Pap. hoc tractauit in decis. 116. incip. Actor Alex. in consil. 5. in 2. vol. Deci. in consi. 301. Rota in antiquis decis. 470. Aufret. in add. ad Cappell. Tholosa. 244. & Docto. in l. edicta C. de edend.

Pro actore dicebatur, quod editio ad finem
2 nem deliberandi semper fieri debet, † vt in d. l. 2. Doct. & in c. 1. de probatio. extra.

Quo vero, cuius sumptibus est danda, & tunc aut petitur copia libelli, & hoc est ex-
3 peditum, quod debet edi sumptib. actoris, † ita est glo. magistralis in clem. 2. in verbo (oblatos) de appell. ext. quæ opi. communiter recipitur, & in Regno hoc est expeditum per Regiam Prag. n. incip. comparente reo, & in hoc non est dubium.

Quò vero ad editionem scripturarum, dicta editio fieri debet secundum Deci in prædicto consil. 302. Sed intelligitur de illis scripturis & instrumentis, quæ reperiuntur
4 penes ipsos actores. † Ita Bal. in l. 1. ff. de eden. etiam, quod ille scripturæ essent inualidæ, & si penes eum non reperiuntur, debet declara-
5 re tabelliones, † qui eas, vel ea tenent, vel quemlibet alium, & ista editio fieri debet, vt fiat communicatio, & detur petenti, & desi-
6 deranti potestas describendi † tex. est clarus in l. maritus §. post aditam ff. ad l. Falcid. & est magis apertus tex. in l. argentarius §. edi ponderando illa verba, totasq; membranas inspiciendi describendiq; potestas fiat. Ecce igitur effectus inspectionis, & editionis, vt possit fieri à petente inspectio, & descriptio, quæ debet fieri ad eius libitum, & suis ex-
7 pensis † non autem actoris, qui tenetur solummodo in publicum deducere, vt fiat communicatio, vt supra.

Ex quibus, & alijs declaraui editionem esse faciendam scripturarum, & instrumentorum in libello mentionatarum, & mentionatorum, sed tantummodo reus si voluerit ipsorum copiam suis sumptibus capiat, & ita determinaui Valenzani in causa prædicta in anno 1586. & sic inter parte exequutum fuit ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Res dotalis potest permutari, & permutata alienari non potest.

SVMMARIVM.

1 *Res dotalis constante matrimonio permutari potest.*
2 *Res effecta dotalis est inalienabilis.*
3 *Maritus rem dotalem vendens ipse reiuendicare potest.*
4 *Quicquid in fundo seritur, & plantatur fundo cedit.*
5 *Qui contra iura mercatur malæfidei possessor est.*
6 *Nemo debet ius ignorare.*
7 *Contrahens cōtra ius, dicitur malæfidei possessor.*
8 *Qui contra iura mercatur est bonæfidei ad agendum de euictione tantum.*
9 *Habens titulum excusatur à fructibus, qui percepi potuissent, non à perceptis.*
10 *Bona fides non prodest, quando contractus est nullus l. prohibitione.*
11 *Titulus contra iuris dispositionem habetur pro non tit.*
12 *Ex alienatione probibita nō transfertur possessio.*
13 *Res dotalis non præscribitur. & quomodo.*
14 *Malæfidei possessor condemnatur ad fructus perceptos.*
15 *Melioramenta quomodo recuperantur.*
16 *Bonæfidei possessor melioramenta recuperat, & excomputat cum fructibus perceptis.*
17 *Expensæ in disboscando non repetuntur.*

DETERMINATIO CLIV.

1 RES dotalis cōstante matrimonio consensu mulieris permutari pōt † ita est tex. in l. ita constante, & l. quod si fuerit factū ff. de iu. do. & l. si mulier ff. de pact. dotal. cum simil. intantum quod res permutata, & subrogata efficitur dotalis § fuerat inst. de actio. & declarat Angelus de Gambellio. in consil. 128. nume. 29.

Sequitur, quod cū sit effecta res permutata dotalis ipso iure prohibita est alienari,
2 † ita est tex. in l. lex Iulia ff. de fund. dotal. & in l. vnica §. & cum lex C. de rei vxor. actio. & inst. quib. alien. licet in principio, & in tantum est vera ista conclusio, quod si maritus etiam iuramento rem dotalem alienasset, quod ipsemet maritus venire potest cōtra factum pro-

3 † proprium, & ipsam rei vendicare offerendo prius pretium, & interesse venditori, vt diximus in Determinatione 133. per ea, quæ concludunt cano. in cap. cum contingat, vbi Imo. num. 19. de iureiur. ext. Bar. & idem Imo. & alij in l. cum vir ff. de vsucap. declarat glo. in d. §. & cũ lex in verbo (alienare,) & in versi. interdicta, & ibidem Salyc. scribent in inst. quib. al. licet Bal. nouell. in tractat. dot. in 7. par. in pri. priuil. in 12 limit. Et
* hæc opi. * est communis teste Francisco Turzano in tract. commu. opi. in reg. 115. sequitur Io Baptista de Castellio. in allega. 2. versic. 4. & Ang. de Gambell. in cõsil. 15. nu. 33.

Tertiò considerandum est, quod quidquid in fundo seritur, plantatur, & fit solo cedit
4 † l. si quis sciens C. de rei vend. l. adeo §. ex diuerso, & §. fi. ff. de acq. re dom. & in §. cũ in suo in t. de re diuis. l. 2 ff. de rei vẽd. l. qui domum ff. ad l. Aquil. & Alex. voluit consil. 44. nu. 3 in 7. vol. & in hoc non disceptatur.

Sed quæstio inter Giustitiam de Maratia, & emptorem rei prædictæ subrogatæ dotalis fuit, an iste emptor dicatur bonę, vel malæ fidei possessor.

Quod qui contra iura mercatur, malæfidei
5 possessor dicitur † text. est in l. quemadmodum C. de agri. & cens. lib. 11. & est text. in cap. qui contra de reg. iur. in 6 & est text. in simili, in cap. Imperialem in prin. de prohib. feu. alie. in vsi. feud. & ratio est, quia talis iuris vulgaris non præsumitur, ignorantia
6 † l. leges sacratissimæ, & l. fi. C. de leg. Bar. & Ang. in l. sed & si lege §. scire ff. de pet. hæred. & est alia ratio, quia vbi contractus est ipso iure nullus, ex quo est reprobatus à l. semper emens præsumitur malęfidei posses-
7 sor † quoniam debuit explorare emptor, an res erat alienabilis, vel non, & nõ explorando fuit in culpa. Ita not. in d. l. quemadmodum, & plenè exorditur Imo. in cap. si quis presbyterorum in 8. col. de reb. eccles. non alie. extra, & Corn. hoc firmat in consi. 243. in littera D. in 2 vol. Ideo glo. in cap. vulteraræ dixit 12. quæst. 2 quod iste, qui contra iura mercatur est bonæ fidei possessor quo-
8 ad venditorem ad agẽdum de euict. † & glo. in cap. non licet Papæ ead. quæst. & cau. dixit, quod iste malæfidei possessor, ex eo quod habet titulũ excusatur à fructibus, qui per-
9 cipi potuissent † nõ autem à perceptis. Glo. in l. si fundum, in verbo (percepissem) C. de rei vend. & Imo. in d. cap. si quis presbyterorum dixit hæc verba, quod emptor, qui emit contra iuris prohibitionem ne dum tenetur ad rei restitutionem, sed fructuum, & Ant. de Butr. in eod. cap. dixit, quod bona fides nõ prodest, quando contractus est nullus ob le-
10 gis prohibitionem, † quia titulus tunc ha-
11 betur pro non titulo, † quam opi. con probat Roma. in consil. 454. in penul. col. & Fely. in cap. cum causam num. 27. de senten. & re iud. hanc opin. firmat Abb. in cap. cũ causa, de off. delega. ex. nume. 5. vbi dixit, quod vbicunq; titulus est contra iuris dispositionem, habetur pro non titulo, & propterea Dynus in d. cap. qui cõtra dixit, quod in tali alienatione nõ transfertur dominium, nec
12 paratur perscribendi titulus, † & iureconsultus dixit, quod vbi lex prohibet, bona fides possidenti nihil prodest. Ita est text. in l. vbi lex ff. de vsucap. etiam in l. 2. C. de vsucap. pro emptore, & in l. alienationis verbo ff. de verb. signif. hac de causa Bart. in l. cum iur. num. 5. dixit, quod res dotalis non præscri-
13 bitur, tam à sciente, † quam ignorante, & in l. in rebus C. de iur. dot.

Cum igitur emptor rei dotalis prohibitæ alienari est malæfidei possessor, & tenetur ad fructus perceptos, & titulus, quem habet, habetur pro non titulo, est igitur malafidei possessor, quoad præscriptionem. Quo verò ad agendum pro euictione cõtra suum venditorem dicitur bonæfidei, vt in principio diximus.

Malæfidei ergo possessor cõdemnatur ad restituẽdum rem vna cum fructibus perce-
14 ptis, † & qui percipi potuerint iuxt. tex. l. domũ C. de rei vend. & l. nauis ff. eod. in casu isto tantummodo excusatur à percipiendis, ita glo. in cap. non licet 12. q. 2.

Melioramenta recuperanda, sic considerando esse dixi. Aut consideramus expensas
15 factas in re dotali, † & tunc reficiuntur illæ expensæ in re dotali factæ tantum tempore quo factæ fuere, ita est tex. in l. diuortio, vbi de meliorationibus factis in villa, erit eius impensæ petitio §. impedit; est bene considerandum, quod si magis sit impẽsum, quã sit melioratio, & in isto casu Dominus fundi, non potest plus soluere, quam dicta melioratio valet. Ita est glo. in l. in fundo, in verbo (plus pretij) vbi Abb. & alij ff. de rei ven-
* di. & est * communis opin. & Abb. in cap. 1. de rest. in integ. num. 4. sequitur Felyn. in d. cap. in causam nume. 28. de re iud. Paul. de Castr. in consil. 270. num. 8. in 2. vol. Ratio est, quia sufficit possessorem nõ esse in damno: nõ autem, quod ex hoc lucrum capiat, vt in d. l. diuortio in d. §. impendia ff. solut. matrim. & l. vtilium ff. de imp. in reb. dotal. fact. & in vnica §. sed, nec ob impensas C. de

Digitized by Google

de rei vx. act. & per Vincent. de Franch. in decis.

Bonæ fidei ergo possessor nõ amictit me-
16 lioramenta † l. sinecessarias in prin. ff. de pigno. actio. Est bene verum, quod tenetur excomputare cum fructibus perceptis respectu ipsius rei, ita est text. in cap. ad nostram de reb. eccles. non alie. Dec. in consi. 93. Alexan. ad Bart. in d. l. in fundo in verbo cõpensaui. Et Capic. in decis. 17. & Nicosan. in 10. conclus. in par. 5. principali in 4. membro, num. 11, in fin. sed si de fructibus perceptis, & tantũ lucratus, q satisfactum est de sumptibus, & labore, & tunc nihil aliud consequi debet, vt l. sumptus ff. de rei vẽd. Nicos. in cit. loco l. insulam § fructus ff. solu. matr. Cap. in decis. 95.

Est etiam aduertẽdum, quod illæ expensæ factæ in desboscando, vel arando terras
17 non reficiũtur, † sed solum, quæ facta sunt in plantando arbores fructiferas, per text. in l. 3 ff. de impens. in reb. dotal. fact. & Pau. de Castr. in consil. 270 in nu. 6. cum seq. in 2. vol. & Nicos. in citato loco num. 11.

Fuit determinatum in fauorem dictæ Iustitiæ Maratiæ in anno 1579. & licet fuisset appellatum in Mag. Curia Vicariæ per Ioannem Antonium de Gutterra reum, tandem non fuit aliter prosequuta ad Dei laudem. Amen.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Valor rei in materia l. 2. C. de rescind. vend. quomodo probari debet.

SVMMARIVM.

1 *TEsti afferenti meliorem rationem credi debet in probando valorẽ rei.*
2 *Per anticipationem pagæ fit conditio venditoris melior.*
3 *Pretium augetur, & maius dicitur, quando de contanti soluitur.*
4 *Persona conducentis offerentis meliorẽ conditionem, consideranda est.*
5 *Pretium ex loco consideratur, & augetur, & diminuitur.*
6 *Extimatio fructuum præsentis anni debet fieri, secundum fructus recollectos per 3. annos diuersos.*
7 *Spes, emi potest.*
8 *L. 2. C. de rescind. vend. non procedit in inditio sortis.*
9 *Testis dicens, tantum valet, quia emerẽ ego pro tanto, non concludit.*
10 *Pretium commune, & non singulare attenditur in materia l. 2. C. de rescind. uend.*
11 *In mat. l. 2. si læsio in aliquo deest, quam esse debet, reus est absoluendus, & è contra.*
12 *In contractu finito l. 2. C. de rescind. uend. non habet locum.*
13 *Non entium nulla sunt qualitates.*
14 *Restitutio in integrum debet peti in quatriennium à die celebrati contractus.*

DETERMINATIO CLV.

SENTENTIA per Eccellentẽ Iulium Cæsarem de Ricchitijs Ciuitati Materæ præceptorem meum colendissimum, in Curia magistri nundinarum Aquauiuæ, in causa vertente inter Mag. Iacobum de Iacobellis, & Ioannem Ritium de Ioia lata fuit, per viam reuisionis de communi partium consensu, vt ipsam reuideam commissa fuit, & auditis eorum magnificis aduocatis eam his rationibus comprobaui. Et primo dicebatur p parte, quod in cõductione parci fuit summoperè læsus, & ideo iustum pretium sibi restitui petebat, & per testes probauit, quod tempore, quo locauit hebagium erat maioris valoris pretij quam ipse locauit. Contrarium fuit probatum per alios testes partis contrariæ, & sic fuit dubitatum, qui ex testibus afferant meliorem rationem, vt recta possit ferri sententia. Alex. in consil. 64. vol. 2. & in consil. 54. num. 4. 5. & 6. volum. 6. & Doct. in vulgata l. pretia rerum ff. ad l. Falcid. Alciat. in l. 1. §. stipulanti nume. 40. dixerunt, quod debent considerari dicta testium affirmantium, & negantium, per not. glo. in l. diem proferre §. si plures ff de arbit. & firmat Lusitanus in l. 2. in 3. par. cap. 4. num. 14. vbi expresè declarat, quod iudex debet attendere, quis ex dictis testibus meliorem afferat rationem.
1 † Contra dicta per Bald. in l. 2. nu. 29. C. de rescin. vend. cum igitur in præsenti locatione fuit anticipata paga, quod valdè ista consideratio est attendenda, vt per eam, quia per talem anticipationem, fit conditio vendito-
2 ris melioris † per text. l. eum, qui §. melior ff. de in diem adiectio: quem ponderat Alex. in d. l pretia rerum, & Ripa in l. 1. §. si hęres num. 28. ff. ad Trebell.

Augetur enim, & maius reputatur pretium, quando de contanti, & statim solui-
3 tur, † nam ex dilatione quodammodo minuitur l. circa legem ff. ad l. Falcid. præl. in d. l. 2. in par. 3. cap. 4. nume. 34. Notatur in §. plus

Digitized by Google

plus inst. de actio. congerit Tiraq. in tracta. de vtroque retr. & lignager. §. 1. glo. 18. nume. 34. Petr. de Bella Pert. in l. stipulatio ista habere licere §. ff. de verb. oblig.

Debet considerari etiam persona conducentis, si probaretur, quod aliud meliorem
4 non offerat conditionem, † vt notatur ex d. §. melior, in illis verbis (persona ementis idoneor sit). Debetq; considerari locus, quia
5 ex loco, pretiũ augetur, & diminuitur † tex. est in l. & si fine §. quæsitum ibi, (quæ fortuitis casibus subiectæ sint) & in l. verum §. penul. ibi (ruinosa) & ibi multis casibus obnoxia ff. de minor. & vno ore fatentur cõ-
* muniter* omnes in d. l. 2. & in l. pretia rerũ.

Est etiam considerandum, quod extimatio est facienda, quando tractatur (de extimandis fructibus) secundum quantitatem, quæ colligi potuit, tribus proximioribus an-
6 nis, † ita dicit Afflict. in tit. per quos fiat inuestituea §. sed & res nu. 40. in vsib. feud. & Lusita. in d. l. 2. & par. 4. alleg. nu. 30. & est videre Cagno. in d. l. 2. nume. 233. Crema. in sing. num. 174. Caual. in decis. 46. num. 189. & 289. 1. par.

Considerandum est etiam in casu nostro,
7 quod fuit empta spes, quę emi potest. † Nam videtur conduxisse iactum retis, & ratione incertitudinis remedium l. 2. non competit
8 † per notata per Bald. in l. ait prætor §. vlt. ff. de minor. & Lusit. in ead. l. 2. in 2. par. in c. 1. dixit, quod in iuditio sortis, lex 2. non habet locum. Ratio est clara, quia læsio debet iudicari secundum tempus contractus, & non dependere à futuro euentu l. si voluntate C.
* de rescin. vend. communiter * Doct. in l. de fideicomm. ff. de transact. vbi quasi in term. Alex. nu. 2. Deci. in cõs. 567. nu. 18. & Iacob. Philip. Por. in cõclus. seu reg. 36. in prin. lib. 1.

Considerandum est etiam, quod si testis dixerit, tanti res valet, quia tãtum ego eme-
9 rem † ista ratio non est concludens, & ideo non probat, attenditur etiam in materia læsionis l. 2. de qua tractatur commune præ-
10 tium, & non singulare, † vt Docto.* om-
* nes post glo. in d. l. 2. & Couarr. in lib. 2. var. resol. cap. 3. Faciunt dicta per Veronensem in tract. de simul. contr. nume. 24. quem Lusita. refert in d. l. 2. in 3. par. cap. 4. nume. 18. quia non sequitur volo emere pro tanto, ergo res tanti valet. Ita Bart. in l. cum emptor §. fi. in fi. ff. de damn. infect. & in l. Falcid. obseruandum §. fi. in princip. ff. ad l. Falcid. per tex. in l. ad rescindendam C. de rescin. vend. & in l. si seruum ff. ad l. Aquil. ibi. (sed quanti omnibus valet) per not. per Cano. in cap. cum causam de test. Doct. in d. l. pretia rerũ, Ang. & Ias. in §. si quis agens inst. de actio. & consulendo respondiderunt Bertrand. in consil. 256. num. 7. lib. 3. & Curt. Iun. in cõsil. 165. colum. penul.

Dicitur etiã, quod quando sumus in materia l. 2. quod lęsio debet probari, quia si nõ probatur vltra dimidium, & aliqua quantitas etiã minima in quantitate deficeret, reus
11 est absoluendus, † ita Bart. in l. 1. nume. 9. C. de rescind. vend. Imo. in cap. cum contingat de iur. iur. sicut enim quãdo vnus nummus excedat dimidiam iusti pretij, tunc datur remedium d. l. 2. vt in d. l. omnes ita, & multo rationabilius non debet dari, quando deest in aliqua minima summa, ad hoc, vt
12 seruetur æqualitas. † Ita Alexan. in consil. 109. nume. 14. volum. 4. Visill. in decis. 322. nume. 9.

Vltimò fuit consideratum in isto casu, quòd ista conductio fuit ad certum tempus facta quod diu est elapsum, & iã inter partes fuit adimpletum: ideo in præsenti casu non datur rescissio contractus, cum nonentiũ nul-
13 læ sunt qualitates † l. eius qui in prouincia ff. si cert. petat. & omnino hoc voluit Dec. in consi. 583. num. 7. & per scrib. in l. si quis cũ alter ff. de verb. oblig. vbi dicũt quod in venditione temporali annos quatuor duratura locum non habet l. 2. licet Pinell. in allega. loco contrarium sentiat, & male; & Decius in consi. 218. num. 6. in 2. par.

Nec profuit conductori allegare tempore conductionis se fuisse minorem, quia in casu nostro fuit intentatum remedium l. 2.
14 & non restitutionis in integrum. †

Tanto magis in casu prædicto, quia conductio sunt ferè anni septẽ, & restitutio debebat peti intra quatriẽnium à die celebrati contractus cap. 1. de rest. in integrum lib. 6. & in l. petendæ C. de tempo. in integr. resti. glo. in l. 2. vbi Salyc. eam commendat Rodor. Suarezz. in allega. 21. vbi omnes allegat.

Ex quibus apertè apparet nullam lęsionẽ esse probatam, & propterea respõdendo voce pluries magnificis Aduocatis declaraui sententiã nõ bene fuisse latam, & remedium l. 2. in hoc casu locum non habere Aquauiuæ in Anno 1584. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Rusticus committens falsum, à pena ordinaria excusari debet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Falsum est veritatis mutatio.*
2 *Falsum pluribus modis committitur, & inter alios, dictq.*
3 *Testis committit falsum, celans verum.*
4 *Pœna debet tenere suos authores.*
5 *Falsum non committitur, sine dolo.*
6 *In rustico simplici non cadit dolus.*
7 *Rusticus sibi contrarius, non dicitur periurus.*
8 *Qui excusatur à dolo excusatur à pœna.*
9 *Testis subductus euitat pœnam falsi.*
10 *Testis videtur deponere iuxta articulum.*
11 *Cum sponte confesso, mitius est agendum.*
12 *Sententia, quæ misericordiam negat, non dicitur sententia.*
13 *Melius est redargui de misericordia, quam de seueritate.*
14 *Iudex consequitur maiorem honorem in absoluendo, quam in condemnando.*
15 *Nemo præsumitur delinquere.*

DETERMINATIO CLVI.

RVSTICVS falsum commisit, fuit dubitatum qua pœna puniri debet, consideraui plures rationes, & primo pro intelligentia materiæ sciendum est quod.

1 Falsitas est mutatio veritatis, † vt in auth. de fid.instr.in prin. & inter alios modos, di-
2 cto committitur, † vt est in teste, qui scien-
3 ter falsum asserit, & verum cælat, † & supprimit l. nullum C. de testi. in fin. cap. 1. de crim.fals.ext. l. 1. §. præterea de Sicar. cum simil. at iste Ioannes Antonius pauperrimus rusticus, & simplex ita deposuit, ergo pæna à iure, & Regijs Pragmaticis instituta puniri debet, ad hoc, vt pæna suos teneat authores,
4 † & aliorum sit exemplum l. sancimus C. de pœn.

His non obstantibus contrarium in casu istius pauperrimi rustici inquisiti taliter est concludendum, & quatenus aliqua pœna est puniendus, leui, & minori pœna puniri debet, vt ex infrascriptis ostenditur.

Primo falsitas non committitur sine dolo
5 l.nec exemplum C. de falsis l. diuus ff. eod. & ad hoc, vt quis falso teneatur, requiritur, qđ dolus adsit Capic. in decis. 67. nu. 75. per iura prædicta, ita concludit in proprijs terminis Barth. Cepo. in consi 24. num. 6. in crim. ita dicit tex. in l. 1. ibi (dolo malo) ff. eod. & ibi Hippol. in d. l. 1. in nu. 3. & 4. dixit, quod ille, qui tulit falsum testimonium sine dolo, non punitur, quia si credit dicere verum, & dicit falsum excusatur, & sic Gramm. in consil. 65. num. 16. Bursi. in consil. 166. nu. 8. volum. 2. & est communis * opinio, ita Scyn. Iun. in consil. 39. nu. 53. lib. 2. Clar. in §. falsum, versi. excusatur. Pet. Fiscard. in rubr. ad l. Corn. de fals. nu. 71. in 2. tom. com. opin.

Secundo, quód stante rusticitate, & simplicitate inquisiti, quod in eo non cadit do-
6 lus, † & ab eo excusatur, ita est text. in l. si quis id quod ff. de iur. om. iud. & in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. plot. in l. si quando §. 44. num. 17. C. vnd. vi.

Et ideo in proprijs terminis dixit Ang. in §. & licet in auth. de test. quod rusticus sibi contrarius in eiusmet depositione, non erit
7 periurus, † quoad pœnam.

Ex qua doctrina decidit casus istius pauperrimi, & rustici, quam opin. Ang sequitur. Gram. Regnicola, qui Prag. Regni non ignorauit in consi. 58 num. 3. & Ias. in l. qui iurasse ff. de iur. iur. dixit, quod qui excusa-
8 tur à dolo, excusatur à periurio, † & hanc opin. quod rusticus excusatur à pœna periurij, & falsi tenet Io. de Arno. Regnicola in caut. 96. & in singu. 78. intendo. Et illud idé dicit Alex. in consil. 92. nu. 13. qui more solito quotas allegat 1. vol.

Tertio, quod iste inquisitus non tenetur pœna falsi, est quod liquet ipsum ad deponédum ab alijs inductũ fuisse, & sic fuisse deceptum, & quando sumus huiusmodi eui-
9 tat pœnam falsi. † tex. est in l. maiorem C. de fals. vbi ad literam dicit, quod si fuit deceptus se liberat, & ibi gl. i verbo (se liberat) &c. & nimirum, quia credidit bono viro, nam gl. in l. Titio fundus in verbo (actiones) ff. de cond. & demonstr. quam sequũtur, & Doct. quod quis excusatur, credendo homini, vti videbatur credendum.

At ita fecit iste pauperrimus inquisitus, præsertim cum fuit ei dictum, quod ita erat articulus, vt ipse fatetur, & testis videt deponere iuxta tenorem articuli, seu interro-
10 gatorij, † ita Bald. in l. Lucius ff. de his, qui not. infam. Bald. in l. si defensor §. qui interrogatus ff. de interro. actio. Fely. in cap. cum tu 3. colum. ex. de testi & Alex. in consil. 55. num. 30. vol. 4. & quando falsitas sit punibilis in consil. 588. num. 7. & 15. vol. 3.

Quarto patet ex informatione, qualiter iste pauperculus, & inquisitus sponte confessus fuit, & cũ sponte confesso mitius agi-
11 tur, † vt no. glo. 5. quæst 1. in summa. & in cap. quidam maligni, in fina. verb. & ibi glo. ead. & glo. in cap. de hoc de simo. ext. & ita in crimine falsi concludit Bartho. Cepoll. in con-

consil. prædicto 24. num. 14. ex quibus animus Eccellentis Domini iudicare debentis debet esse in absoluendo, vel mitiori, & leui pęna scilicet in exilio condemnando, stante qa sumus in periurio in causa ciuili patrato, & sine dolo: quia sententia, quæ misericordiam, & compassionem negat non dici-
12 tur sententia, † vt est tex. ad literam in cap. pēderet in fi. 50. distin. cum vera iustitia cōpassionem habet, cap. omnis, qui iustè iudicat. dist. hinc dicit tex. in cap. alligant onere 26. quæst. 7. melius est, vt quis repræhenda-
13 tur de misericordia, quam de rigore † cum pęne sint potius molliendæ, quam exasperandæ, vt l. pen. ff. de pen. & cap. pen. de pen. dist. 1. & Anchar. in consil. in final. verbis dixit, quod iudex cōsequitur maiorem honorem in absoluendo, quam in condemnando,
14 † & Deci. in consil. 176. colum. fi. ex quibus simul iunctis concluditur qualiter mitiori pęna est puniendus per prædicta.

Contraria non obsunt, quia procedunt in falsario vero, & dolosæ falso commisso per allegata in contrarium, & sic procedunt, & iura communia, & Pragmaticæ Regni, nam intelliguntur, quando dolosè quis incidit in falsum, vt in simili notatur in glo. in l. huiusmo li ff. de leg. 1. vbi dicitur, quod intelligitur de actu valido, at in casu isto sumus ext. prædicta, maximè, quia nemo præsumi-
15 tur delinquere † l. merito ff. pro sot. & quilibet præsumitur bonus cap. fin. de pręsumptio. extra.

Quibus ponderatis fuit determinatum d. inquisitum condemnandum etiam ad triremes per triennium, & sic exequutum fuit, ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Pater occidens ira filium pæna mitiori debet puniri.

SVMMARIVM.

1 *David filium Absalon amare fleuit licet ei proditor esset.*
2 *Filius amor interpretatur.*
3 *Nullus amor vincit paternum.*
4 *Pater iniuriam filij, sicut suam repellit.*
5 *Paternum officium est filium defendere.*
6 *Homicidum inter amicos dicitur casuale, & non dolosum.*
7 *Amicus dicitur alter ego.*
8 *Medicis standum est.*
9 *Pater occidens filiū tenetur pęna parricidij.*
10 *In delictis attenditur principium.*
11 *Semper præsumitur contra eum, qui dat operam rei illicitæ.*
12 *Percutiens ad sui defensionem excusatur.*
13 *Excessus punitur. quando ex proposito exceditur.*
14 *Prouocatus delinquens culposus dicitur, & non dolosus.*
15 *Animus probatur ex Armis.*
16 *Ebrius occidendo excusatur.*
17 *Homicida culposus punitur pęna exilij.*
18 *In Regno pro pęna exilij non datur tortura.*
19 *Homicida casualis debet absolui.*
20 *Via excludendi delicta capienda est.*

DETERMINATIO CLVII.

PARRICIDIVM in Terra Aquauiuæ per Iudicē, nomen cuius taceo, requisitus, qua pęna pater iste veniret puniendus determinaui, vt infra.

Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te fili mi Absa-
1 lon. Ita Dauid filium fleuisse legitur † in lib. Reg. in cap. 18. non obstante, quod contra eum crimen læsæ maiestatis cōmisisset: Hoc quod natura, cum filius amor interpretatur.
2 † Hinc est, quod Imperator in l. cum furiosus ibi. Quis enim talis effectus extraneus
3 reperiatur, vt vincat paternum † C. de cur. fur. l. isti quidem ff. quod met. cau. cum simil. per glo. allegatis in ead. l. in verbo curatorē. Hinc etiam legimus, quod pater iniuriā fi-
4 lij sicut suam repellere potest: † quia pater-
5 num est defendere filium † l. sedet si vnius §. quod deinde ff. ---- & glo. mag in cap. 1. §. 1. de pace tenend. coll. 10. Hinc est, quod amoris patris ardor licitus tollit omnem voluntatis contrariæ præscriptionem. Vt dicit Franc Burs. in consi. 15. num. 23. vol. 1.

His præsuppositis dicendum est, quod dicimus de amico, nam homicidiū inter ami-
6 cos dicitur casuale, & non dolosum † l. 1. C. de sicar. ratio, quia amicus dicitur alter
7 ego † l. verum ff. pro sot. si in amico hoc est, quanto magis, & in patre, vt est iste miserandus casus, & quod dicitur homicidium casuale ex infrascriptis demonstratur.

Percussio, vt prætenditur cum baculo fuit, ex qua percussione post 13. dies superuenit mors, & secundum physicos, & chirurgicos pcussio illa fuit causa mortis, qui-
8 bus secundum aliquos standum est: † vt in l. 1. §. & ideo nemo ff. de vent. inspi. & cap. signi-

Digitized by Google

significasti de homicid. ex. lo 2. maximè, si
percussio est in capite, vt ibi, & casus iste ex-
tat, intantum quod non curatur si non mor-
tuus fuit intra triduum, vt vult glo. in l. 1.
C. de emend. seruo. vel infra octo dies, vt in
cap. cōtinebatur de homicid. ex. ibi. (morta-
le vulnus non curatur, si incontinenti, vel ex
interuallo) vt Bolog. declarat in consi. 5. vi-
sis igitur attestationibus, & Abb. in cap. pre-
sbyterum num. 3. de homicid. ext. & sic licet
sit mortuus in 13. die, sat est, quod ex vul-
nere sequuta fuit, ergo tenetur pena parrici-
9 dij † l. 1. C. de parri quæ est vltimi supplitij,
vt Iul. Clar. declarat in sua pract. in §. parri-
cidium homicida aspectet quid fecit l. nemo
de Epi Aud. C. procedens ex dicto Domini,
quod qui de gladio ferit, de gladio perit, se-
cundum quæ dignus iste miser pater mortis
est.

Adhuc dico nullo modo puniri potest,
nisi extraordinaria, immo si credendum est
Floria. in l. si ex plagijs § tabernarius, quod
debet absolui, & plenè per Hippol. in consi.
91. in 2. vol. num 21. qui idem affirmat.

Quod sit (vltra prædicta) considerandum
casuale ex prædictis etiam demōstratur. Ap-
paret ex processu filium iniuriasse patrē di-
centem, [ch'era imbriaco, & si haueua pie-
na la testa di vino] ecce qualiter ipse fuit ori-
go delinquendi, & in delictis semper prin-
10 cipium attēditur † d. l. si ex plagijs §. taber-
narius ff. ad l. Aquil. Nam præsumitur, qui
11 primo operam dat rei illicitæ. † Item contra
primū vulnerātem, & qui primo aggreditur
l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. Pau. fecisse
dica. Item contra eum, qui primò cępit di-
cere verba contumeliosa, & iniuriosa, vt hic.
Ergo sequitur, quod si pater percussit, fuit ad
suam defensionem, & ex consequenti non
12 potest puniri pęna ordinaria † l. vt vim ff. de
iust. & iur cum simil. & quatenus tenere-
tur de excessu, dico, quod in casu isto non
punitur de excessu: quia nō excessit ex pro-
13 posito occidendi, † sic non puniri potest de
excessu, vt voluit glo. no. 249. in summa quæ
mouetur per text. præallegatæ l. si ex pla-
gijs § 1. ff. ad Aquil.

Præterea, quod iste non possit puniri de
homicidio dolosè, patet ad sensum. Nam pa-
ter iste à filio ob illas turpes iniurias ad ira-
cundiam prouocatus fuit, & taliter delin-
quens nō de dolo, sed magis de culpa puni-
14 tur †, facit l. respiciendum §. delinquunt de
pen. & l. lege Cornelia §. 1. de Sicar. & in l. 1.
§. quæri ff ad turpillianum, ita consil. Ioan-
nes de Port. in consil. 76. in fin. in lib. diuers.
consi. crim. & Alex. de Neuo se subscribens
dixit, quod si ex ira, vel dolore percussit,
non debet puniri alleg. Specul. in tit. de ac-
cus. §. 1, versic. quid si vocaui te latronem:
quem sequitur Floria. in d. §. cū arietes di-
cens, quod Specul. ita residet. in casu isto
constat patrem fuisse motum ex iracundia,
quisnam non crediderit potius ipsum cor-
rigendi, quam occidendi pcussisse? hoc ar-
15 guit exarmis, † nam fuit cum bāculo, & nō
cū armis prohibitis, & offensiuis, vt not. in
in c. Regni, qui cum Ronca, & ibi scrib. sub
rub. de arm. acut. ibiq; Sebast. & Nig. de Cāp.

Si filius dixerit verum, tāto magis debe-
ret absolui, quia ebrius nō punitur occiden-
16 do in ebrietate, † vt Abb. declarat in cap. si-
cut nobis ex. de test. & ebrietas excludit om-
nem dolum l. 1. de Sicc. facit, & congerit Af-
flict. in Const. Reg. terminum vitæ nu. 23. &
54. in fi. de homi. puni. lib. 1.

Aut, quod percussio sit ex ebrietate, aut
ex calore iracundiæ, quæ impedit animum,
ne possit cernere verum: Delictum non est
dolosum: si considerabitur casuale: vt esset
considerandū iste p f del et absolui, & nō da-
ri alia afflictio huic Afflicto, & infelici patri.

Si considerabitur delictum culposum, &
dico, quod pęna ex exilij per quinquenniū,
17 † ita pulchrè concludit, qui respondet ad
tenentes contraria. Bartho. Cepol. in consil.
crim. 29. & 30. & Gram. in consil. 18. & 63.
num. 11. & vot. 19. nu. 7. & in alio consil. 56.
nume. 17. & videatur Alexan. in consil. 76.
1. col. 1. vol. & in consi. 140. in 2. vol.

Quando igitur istud homicidium culpo-
sum in extraneo punitur per quinquenniū
in exilium. Multò minus procedere debet
in hoc paupere patre, in Regno p pęna exi-
18 lij non datur tortura † cap tormenta Ergo.

Firma sit conclusio citra veri præiuditiū,
quod nō est delictum dolosum: si culposum
pæna est exilij. Si casuale, vt est iudicandum
per prædicta iura in prin. adducta, quod de-
19 bet absolui † per l. etiam qui ledes, & l si
fortuito ff. de incend. Ruyn. & naufra. & se-
quitur Hippol. in consi. prædicto 91. nu. 21.
in 2. vol. Quæ in contrario dicunt. procedūt
in homicidio doloso, quod non fuit in casu
isto. Nec puto sufficere circa prædicta licet
posset articulari de malo regimine de pessi-
mo suo regimine: & quod vulnus non fuit
mortale maximè temporibus istis. & præser-
tim in eadem Terra, & Prouintia Bari vigee
ista herisipilis, ex qua moriuntur, & multi,
& hic non sunt tres, vel quatuor dies ex he-
risipili mortuus est Archipresbyter Terræ
Ca-

Digitized by Google

Casamaximæ iuuenis absq; vulneribus ergo &c.& multa alia, quæ remitto magnifico causæ patrono. Hæc dixi,& ita iudicarem in mitiorem partem,& viam excludendi delictum caperem: † vt glo. dicit in cap. continentes 81. dist.arg.l.merito ff.pro sot.cum simil. & ita in absoluendo,vel saltim inexulando per modicum tempus iudicarem,tandem fuit compositus. Et Domino sit laus Aquauiuæ in anno 1583.

20

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Inditia in homicidio, quæ esse debent, & minor non torquetur, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Inditia remittuntur iudicis arbitrio.*
2 *Probationes in Crim. debent esse luce meridiana clariores.*
3 *Idem dicitur, quoad inditiandum.*
4 *Inditium duplex.*
5 *Vnus testis non facit inditium remotum.*
6 *Filius non est idoneus testis in causa patris.*
7 *Testis domesticus non probat pro domestico.*
8 *Filius, & pater vna est caro.*
9 *Filius dicitur inimicus inimico sui patris.*
10 *Asserens se vulneratum efficitur inimicus vulnerantis.*
11 *Testis in causa propria reprobatur.*
12 *Confessio vulnerati secundum veram opinio. non inditiat.*
13 *Non omnis moriens est Sanctus Io. Baptista.*
14 *Præsumptio orta ex cōfessione vulnerati,eneruatur per bonam famam inquisiti.*
15 *Bona fama excludit torturam.*
16 *Cōfessio vulnerati excusat accusātē à calūnia.*
17 *Mortuus loqui non potest, & inuerisimile est dictū testis, qui deponit audiuisse ab eo.*
18 *Depositio descendentium in fauorem ascendentium non valet.*
19 *Testi inimico non creditur.*
20 *Minans debet probari solitum esse minas ad effectum ducere, alias sibi non nocet.*
21 *Nemo præsumitur delinquere.*
22 *Minor excusatur à dolo,& torqueri non pōt.*
23 *Nemo sine aliqua causa alium occidit regulariter.*
24 *Inditium remotum debet probari per duos testes contestes.*
25 *Testes singulares si essent mille nō inditiant.*
26 *Et quæ non prosunt singula, multa iuuant.*
27 *Testis repulsatus nihil probat.*
28 *Semel falsus semper præsumitur falsus.*
29 *Inimicitia nō pbata,sequitur qd est amicitia.*
30 *Ex lite ciuili de re modica non nascitur inimicitia.*
31 *De amico nō psumitur malū, neq; de nepote.*
32 *Testes laici contra clericos nō admittuntur.*
33 *Testis, & pars esse nón debet.*
34 *Mendatium simplex non inditiat.*
35 *Spontanea comparitio est maximum inditium innocentiæ.*

DETERMINATIO CLVIII.

DVM Gubernator Terræ Putiniani in anno 1579. essem, in ciuitate Castroneti Prouintiæ Hydrunti casus accidit in Episc. Curia,qđ cler.Io.Vinc.de Librera ciuitatis prędictæ inquisitus extitit de homicidio, vt dicebatur p eum patrato in personam Matthęi de Aloia sui patrui,& cōpilato pcessu mihi transmissus fuit per Reu. Episc. vt dicerem, quid iuris. Tandem coram Reu.Episc.Ciuit. Motularū, & Episc. pdictæ ciuit.Castroneti corā 12. alijs Doctoribus, & in publico, vbi interfuerunt quasi oēs nobiles d.ciuit.num. ferè trecentū, & etiā quasi totū capitulū, & duobus Aduocatis occisi etiam pręsentibus, & Reuerendo Vicario causam ipsam in publico recitaui, & conclusi, vt infra.

Pro quærelante, & Curiæ coadiutore adducebantur infrascripta, per quæ apparebat non solum torqueri posse, sed condemnari.

Prima depositio inquisiti,qui examinatus qđ in die 24.Octob.cōmissi homicid.79.dixit,qđ stetit ī gymnasio cū cl. Ioāne della fratta: qui della fratta dixit totū contrariū, sed solum quod aliquātulum vidit eum in eccl. & non amplius, & facta computatione inquisitus nil boni respondidit.

Secundo adducit depositio D.Angeli filij mortui, qui deponit, quod antequam pater moriretur dixit ei, ò figlio Gio.Vincenzo ha menato vno tufo, e m'ha dato in capo, ex quo vulnere fuit incontinenti mortuus.

Tertio inducuntur minæ inquisiti præcedentes,post quas sequuta fuit mors Matthęi.

Quarto adducitur, quod Matthæus iuit foras, & ipse inquisitus fuit visus pedetētim sequi cum pallio coaperto (& iuditio deponentiū) quod sub brachio portabat baculū.

Quinto qđ eodē tpe fuit visus ppè locū cū infocato,& rubicōdo colore,sine palliop aliā viā reuertere in ciuitatē ipsam,& examinat^9 ipse negauit, se in illo die, in tali loco fuisse.

Sexto adducebat^r inimicitia īter inqsitū,& mortuū,& matrē iquisiti,vt infra dicet^r,qb^9 oībus simul iunctis videbat^r torquendū esse.

Pro parte inquisiti eneruantur prædicta
omnia hoc modo, videlicet.

Quamuis vera doctrina dari non potest,
sed quod, vt plurimum inditia remictuntur
1 arbitrio iudicis, † postquam quanta fides sit
testibus adhibenda iudicis remictitur arbi-
trio l. 3. §. ideoq; ff. de testib.

Nihilominus, in causis prædictis arduis,
& vbi tractatur de vita hominis plura sunt
consideranda: & primò quod ad condem-
nandum probationes debent esse luce meri-
2 diana clariores † l. fi. C. de probatio. cap. sciāt
cuncti 2. q. 8.

Hæc Reg. procedit non solum quando
tractatur de probatione, videlicet, condem-
3 nationis, sed etiā de inditijs habēdis, † quo-
niam etiam inditia in genere suo debent es-
se clara, & talia, quæ de iure subsistant,
ita declarat Bald. in consil. 229. in 2. col. in
3. vol.

Modo ad propositum deueniendo, in-
ditium duplex est, Remotum, & proximum
4 † remotum semper per duos testes contestes
probari debet, ita glo. ibi Bart. & crimi-
nalistæ vbiq; C. famil. ercíscun. in tantum,
quod vnus testis non probat, inditium re-
motum, † vt in l. fin. ff. de quæstionib. In-
5 nocen. in cap. sicut. & pri. de Simon. ex. Bo-
nonien. Marsi. in Practic. Crimin. in §. dili-
genter nume. 7. Cepoll. in consi. Crimin. 32.
nume. 70. cum infinitis. His sic ponderatis
videtur, quod contra inquisitum non sit nō
probatio, sed neque inditium aliquod.

Et primò cōsideranda est depositio D. An-
geli filij mortui, qui cum sit filius mortui
6 nullius est momenti † per tex. & Doct. in l.
parentes C. de testi. Ratio est in promptu,
quia filius dicitur domesticus patri. Ita Fe-
ly. in cap. in litteris num. 5. de testi. extra; &
domesticus non examinatur in fauorem il-
7 lius, cuius est domesticus † l. idonei ff. de te-
sti. l. etiam C. eod. tit. & in §. item idonei 4.
quæst. 3. & criminalistæ, ita asserunt, maxi-
mè, quia pater, & filius vnus sunt, & vna
8 caro † l. fi. C. de impub. & alijs sub. §. ei ve-
ro inst. de inutil. stipu. gloss. in cap. super eo
de testi extra.

Et ipso iure præsumitur in hoc casu ini-
micus, & odiosus, & testi inimico, & odioso
9 non creditur, † nam statim, quod quis asse-
rit vulneratum, præsumitur inimicus, &
ideo non est credendum, etiam si in mortis
articulo teneret Sanctissimū Corpus Chri-
10 sti, † ita Alex. in consi. 14. in 3 vol.

Secundo de isto dicto, nulla est habenda
ratio, ex quo Chirurgicus deponit contra-
rium, & quod Matthæus nunquam fuit
visus loqui, sed pro mortuo iacebat, si pro
mortuo, quomodo ipsi soli filio loquutus
fuit, ergo non credendum cum in re pro-
11 pria † l. non omnibus C. de testi.

Sed esto, quod non filius, sed quod pater-
met confessus fuisset, quod à Clerico Ioan-
ne Vincentio vulneratus fuisset, talis cōfessio
12 non inditiat † (conclusiuè loquendo) nam
Docto. in l. si quis graui §. si moriens ff. ad
Sillania dicunt per illum tex. quod non so-
lum non facit probationem, sed neque indi-
tium, immo dubitant si facit vilem præsum-
ptionem ad inquirendum, & propterea cri-
minalistæ distinguunt; Aut tempore, quo
moritur est sanæ mentis, & intellectus, &
isto casu facit præsumptionem, Aut non, &
tunc dictum suum nihil est, quia non om-
nis, qui moritur est Sanctus Ioannes Bapti-
14 sta, † vt declarat Io. de Anna in consil. 17.
num. 7. & Marsi. plenè in eius Praxi. in d. §.
diligenter nume. 117. & 124. & idem in
sing. 22. Claud. de Batti. in eius Pract. Crim.
in regu. 33 Gand. in tract. malef. in rub. an
pax, versi. (sed pone, quod qui dam).

Apparet istum non solum non esse sanæ
mentis, immo mortuum, ergo &c.

Immo talis præsumptio quādo esset, quæ
non est, in casu isto tollitur ex probatione
bonæ vitæ, famæ inquisiti non soliti delin-
quere, quæ probatio minuit omnia inditia
15 quantumcunq; vrgentia. † vt per Bart. in l.
desertorē §. sed si ex improuiso ff. de re mi-
lita Bald. in consil. 79. num. 2 vol. 2. Cepoll.
in consi 60 num. 8. Par. in tract. sindi. in ver-
bo antiquis num. 4. & 6. Io. de Amic. in cō-
sil. 85. num. 19. Marsi. in consil 65. num 47.
1. vol. Nouell. in tracta ad defensam, in ver-
bo, an inditia num. 33 Troy. in Prag. inrò-
leuit num. 34. multum hoc exclamat, intan-
tum, quod stāte probatione prædicta ad tor-
turam deueniri nō potest inquisitus. ita Bal.
Immo. in l. fi. ff. de hęred. inst. Bald. in l. fi. C.
de probatio. Alex. in add ad Bar. in d. l. fin. &
in consil. 90. in 3. vol. & Cepol. in consil. 40.
Marsi. consi. 74. Gram. consi. 65.

Immo dato, & non concesso, quod esset
vera talis assertio vulnerati, non obstat Bal.
teste in l. secunda C. de calumniat. vbi di-
cit, quod licet quis in mortis articulo dixe-
rit, se ab vno vulneratum, talia verba non
inducunt aliquem effectum, vt inde vlla
possit formari inquisitio: sed solum indu-
cunt quandam vilem præsumptionem, quę
solum excusat à calumnia accusantem ex
16 necessitate tantum, † non autem ex volun-
tate

Digitized by Google

tate, & huiusmodi si sing. dictum Bald. sequitur Gramm. in eius consil. crimin. num. 42. pro quo facere dicit l. nostris in ratione sui, & l. qui non probasse, & l. fin. C. de calum.

Cum itaque ex tali depositione nullum exoritur inditium, per ea, quæ supra dicta sunt, & clarius tenuit Ang. in l. mater C. de calumnia: & consuluit Alexan. in consi. 14. in 3. volum. & Nicol. de Neap. in d. §. si quis moriens, & ibidem Lodo. Roma. Ias. in l. de die ff. qui satisd. coga. Bal. in l. si instituta § 1. ff. de inoff. testa. Nam quandoque moriens mentitur, vt dicit Bal. in cap. literas de præsumpt. & idem Bald. in cap. 5. §. Vassalli. de pac. cost. vbi asserit, vt supradictum est, quod non omnis qui moritur est Sanctus Ioannes Baptista: & post prædicta, ita Iul. Clar. in Pract. Crim. & Gramm. in consi. 144. nu. 14. & 15. & in consil. 109. num. 7.

Cócludo, quod hæc depositio (dato, quod esset vera) nullum induc tinditiū, tanto magis, quia mortui, & non verisimilis. Er-

17 go † &c.

Ad 3. de minis respondetur, quod testes interrogati (come sanno le minaccie, dicono hauerlo inteso dal quond. Matheo occiso) deponunt hoc etiā Dominicus filius mortui, Lucretia vxor dicti Dominici, & sic Nurus, & vxor mortui.

Depositio istorum eod. morbo laborat, nā filius Nurus, & vxor deponunt vti dome-

18 stici, & in causa propria † per d. l. parentes, & l. omnes C. de test. & ipso iure sunt effecti inimici propter ea, quæ dicta sunt, ergo, & c.

Nec valet depositio Aloyç de Aloya, quia ipse fatetur, quod est inimicus cum inquisito, ergo per ea quæ dicta sunt non creditur, sunt affines, & descendentes, ideo non cre-

19 ditur † iuxta doctr. Bar. l. aut affinitate ff. de procura. Lanfran. in cap. quoniam contra in verbo testium nume. 91. & Affl. in const. Regni mores dissoluti n. 17. sub rub. de his, qui Lud. ad dad. cum simi. & alias plenè cōsului in Determinatio mea in causa Lucę de Noia in num.

Ad corroborandum prædicta accedat, nā ad hoc, vt minæ inditient, sunt consideranda multa, & prima quod minans sit solitus minas ad effectum ducere, & sit vir potens.

20 † Ita Ias. in l. 1. C. de ser. fugit. & Felyn. in cap. cum oportet, nu. 19. de accusatio. extra. & Doct. omnes in l. fi. de hęre. inst. ita Blanc. in rep. l. fi. num. 183. ff. de quæstionib. & non discrepant criminalistæ.

At in casu isto hoc nō solum non est probatum, immo, quod nunquam deliquit, qd

21 neque præsumitur † arg. l. non omnes §. à barbaris ff. de re mil. l. meritò ff. pro sot.

Sed etiam, quod est puer annorum quindecim, quæ ætas nō videtur sufficiens ad dolosè delinquendum. Sed nec cogitari posse puerum hunc talem habuisse animum, & stante tali minori ætate excusaretur etiam à

22 à tortura. † Vt Foll. referendo omnes tenet in eius Pract. Crim. in verbo (rei indurati) nu. 70. & Doct. in l. de minore, & in l. ex liberos ff. de quæstio.

Secundo consideranda est causa causans inimicitias, ex qua oriri possent minę, in casu isto non adest causa aliqua capitalis, ergo nec minæ ex quibus possit oriri mors. Ex illo prouerbio. Sæpè minas faciunt homines qui magna minantur.

Et ratio naturalis est, qui nemo aliquem

23 occidit sine causa: † nisi esset furiosus, & ebrius, aut è casu, quia isto casu neque puniretur.

Non obstat quartum inditiū, quia remotū,

24 & non probatur nisi per vnum testem, † & non valet, vt sup. dixi, per glo. in d. l. fin. C. famil. ercis.

Immo singulares si essent mille non pro-

25 barent, neque inditiant, † quando vnus deponit de vno inditio remoto, alius de alio l. iur. iur. C. de test. & post Bar. Mars. in l. 1. §. idem Cornelio ff. de quæstio. vbi tractatur regula. Et quæ non prosunt singula mul-

26 ta iuuant, † quam declarat Felyn. in cap. cum causam nume. 11. de probatio. & ratio est illa, quia talis probatio in sua spetie imperfecta, non coniungitur. Gramm. etiam in consil. allegato.

Tanto magis in casu isto, in quo fuit legitimè repulsatus, & isto casu nihil probat,

27 quia habetur, ac si nihil dixisset † l. si prætor §. Marcellus ff de iud. Socy. in consi. 54. 4. volum. Hippol. de Marsil. in singul. 198. Afflict. in constitū. si iudex fraudolenter §. corruptelæ nume 4. & in const. prosequentes, & in Const. vsurariorum nu. 16. Gramma. in decis. 28. num. 7. & idem Afflict. in d const. mores dissolutæ.

Fuit testis iste repulsatus, quia alias falsum deposuit, de quo fuit inquisitus, &

28 semel falsus semper ita præsumitur † l. si cui §. isdem ff. de accus. Ias. in l. admonendi nume. 20. ff. de iur. iur. gloss. in cap. literas, el 2. in verbo (præter iuratoriam) de præsumpt. extra, & Salyc. in l. 3. §. in l. Iulia ff. de testi.

Digitized by Google

Antonio mediãte Lenocinio dictæ Camillę.

Tertio, quia insurrexerat fama publica, quod Ioannes Antonius eam cognoscebat.

Quartò probatur, qualiter Francesca est filia vnius sororis consanguineæ d. Ioannis Antonij: ita quod reperitur etiam in 3. & 4. gradu.

Pro parte d.inquisiti dicebatur, quod licet regula sit, ꝙ maritus in accusando de a-
1 dulterio præfertur omnibus † iux.text. l.2. §.fi.& ibi glo.Bar.& scrib.ff.de adult.tamen vt in formatio procedat requiritur, vt probetur matrimonium esse contractũ per ver-
2 ba de præsenti,† ita Bar in l.si vxor § si quis vxorem ff. eod. tit. & Roman.in consil.167. Anto.& Hippol.de Marsi.in consil.1 nu 47. in 2.par. & Affli.in const. legum asperitate, sub rubr.de adul. Petr de Anchar. in consil. 409.incip.probata infra,& vlt.doctè per Ioseph.Mascar. in tracta. de probatio in conclus 58.incip.Adulterij vol.8.

At in casu isto,non est probatum natalem esse maritum Frãceschæ, ergo &c. Nec probant testes,qui dicunt, quod Ioannes Antonius cognouit Franceſcham vxorem Natalis Hispani, quia ista verba sunt enunciatiua emissa propter aliud principaliter, & nõ propter se, quæ non inducunt dispositionem.
3 † Arg.l.prædiis§.Titio ff.de leg.3 & Innoc. in cap.cum in iure de off.delega extra. Nec probant,quia dicunt de adulterio &c. Quia videtur dicere de matrimonio. Cum adulte-
4 riũ non põt esse sine matrimonio† ergo &c. Ratio est,qa si ita intelligeretur,testes essent iudices:cum testes debent deponere factũ,&
5 non ius † secundum ea, quæ colliguntur in auth.de hæred & Falcid §.si vero absint, & sic respondet, & tenet Bart. in consil. 113. 2.vol.in processum est contra Titium.

Secundo dicebatur, quod adulteriũ pu-
6 nibile est pæna mortis in homine † iuxt. l. quamuis C.de adult.& in l.si quis adulterium cum incesta.

Procedit,quando adultera est maritata,& honesta, & quod amplius non commisisset adulterium, secus si esset maritata, & inhonesta, quia non punitur accedens ad eã, sed
7 ipsa tantum. † Ita Doct. in l.quæ adulteriũ C.de adult.& firmat Bar. in l.verum la 2. ff. de furt.Pau.de Castr.in consi.172.quæritur in 2.volum. Alexan.in consil.13.vol.7. Pau. Grill.in tracta.de pen.omnif.coit.in 3.lib.in 7.par.in 7.quæst.num.8.& Afflict.in d.consti. legum asperitatem nume. 6. Boer. decis. 317.nu.8. in 2.par. Capic in decis.44.Hippol.in consi. 101.& 102.in 2.vol. & pulchrè Berm.Chouet.in tract.de publi. cõcubinis. in rubr.de adul.in §.superest num.7. in 11.tom.tracta.in 1.par.& Roland.in tracta.de testa.& vlt.volunt.in tom.S.in par.1. in rubr.de spurijs. nume.3.& pulchrè Bursat.in consi.218.num.14.vbi dicit hanc esse
* communem: * & ita seruari de consuetudine communiter attestatur, & in num.18.
8 quod procedit etiam si esset concubina.† Et ratio est clarissima, quia licet mulier velit esse meretrix in futurum. non liberatur à pena. Ita Pau.de Castr.in l.4. §. sed qd meretrici ff.de cond. ob turp.caus. & Bonacossa.in rubr ad l.Iul.de adul.num.12.in versi. adulterium,an dicatur in tom.com. opin.2. licet ipse videtur sentire sat est, quod prima opin.communiter obseruatur.

Et quod hodie in meretrice maritata non sit pęna, non solum ordinaria,sed nec extraordinaria probatur. Nam vsus meretricum,
9 tàm de iure ciuili permissus † l. stuprum ff. de ritu nup.Pau.de Castr.in consi.272.in 2. volum. quàm etiã de iure cano. est permissus: ea ratione, quia aliqua mala permictũ-
10 tur, vt maiora euitentur, vt not. in l. si ita vulneratus in fi.ff.ad l.Aquil. & choro.in d. loco.num.8.

Cum ergo omne ius permictit vsum meretricum, accessus ergo est omnino impunibilis.

Non obstat qualitas matrimonij, quia operatur contra mulierem: & propterea Bar. in l.vxor. quem sequuntur cõmuniter: Doct. dixit, ꝙ si ante matrimoniũ mulier fuit meretrix, maritata; primus ad eam accedẽs tenetur pęna mortis,secus si ante, & post es-
11 set meretrix, † quia vilitas eius vitæ dignas legum obseruatione nõ credidit l.quę adulterium, in fi.C.de adult.

At in casu isto ex met confessione Franceschæ apparet se fuisse prius carnaliter cognitam à Magistro--- & 7.--- & etiã à prędicto Magnif.Io.Antonio.Ergo cum Io.Antonius inquisitus,fuit tertius ad cognoscendã eam,
12 ergo &c,& qd ista dicatur meretrix † est tex. in l.palã in prin.& ibi scrib. ff.de rit nup.& clara est regula, quod si mulier patitur cognosci à tribus, vel quatuor, vel si causa quæstus à duobus meretrix appellatur. Ita Cephal.in consil.140.in fin.lib.1.ita Socyn. in consil.54. visis test colun. 3. nume.4.lib. 3. & dicitur meretrix etiam si in domo stetit, & suo pudori non pepercit. Ita choro in allegat. loco, & tracta. numero octauo, & nono, licet ad probandam meretricem publicam requiratur, quod probetur,

quod testes viderint eam ianuã noctis tempore intrantibus aperire, vt dicit Bald. in l. data opera num.---- versi. potest opponi C. qui accus. non poss. & per eund. in l. 1. in fin. C. de collu. detegen. &c. in l. neq; Natales C. de probatio Gramm. in cõsil. crim. 58. nume. 16. Nicol. Euerard. in lib. cent. mod. arg. in arg. 56. locus à communiter accidentibus in litera F. probatur etiam si recipit pecuniam, vt per Bald. in d. l. 1. etiam si in domo propria cuilibet postulanti sui copiam facit. Ita Abb. in consil. 2. in 2. volum. num. 3. quia etiam dicitur palã meretrix per text. l. quod ait ff de adult. & hæc opin * est communis. Ita Bonac. in rubr. ad l. Iuliam de adult. nu. 73. tom. comm. opin. 1.

Ad hoc probandum sufficiunt testes sin-
13 gulares † ita Alexan. in consi. 13. in colum. vlt. volum. 7. Felyn. in cap. præterea de testi. Boer. in decis. 23. num. 46. 1. par. Bald. in cõsil. 88. in 4. par. & Alexan. in consil. 155. in 5. volum. & Bonacoss. in citato loco nume. 74. tom. eod. & Couarr. in tracta. de matri. in 2. par. in §. 11. num. 4. vbi declarant, an credatur mulieri asserenti se cognitam à Franci-
14 sco, † & in consi. 229. num. 2. lib. 6. per not. per Abb. in c. 1. de adult. extra Foller. in practi. crimin. in ver. (capiat informationem) num. 22. latius. Paris. in consi. 54. nume. 49. & seq. lib. 4. & Gramm. in consil. 45. num. 1. & Franc. Burs. in consil. 69. nume. 18. vol. 1. Vbi dicit, quod non respectu præiuditij inquisiti. Secus si fauore, vt in casu isto. Et Berm. Chouer. in alleg. tracta. in rubr. de stupro num. 10. & Gramm. in consil. 58. nu. 16. per Ang. in l. si qua illustris C. ad Orficia. & testi dicenti se cognouisse carnaliter mulierem, &c. soluisse creditur Gramm. vbi supra num. 17.

Ad puniendum ergo hominem de adulterio, requiritur, quod mulier non fuerit ab alio cognita quam à viro, & ab ipso adulterante, & hæc est * communis opinio.

Quæ ampliatur etiam in incestu, quia nõ punitur incestuosus cum affine meretrice,
15 † ita no. in d. l. si adulterum cum incestu ff. de adult. &c. firmat Bald. in consi. 329. super eo, quod à me quæris in 5. volum. & Boer. in decis. 318. num. 1. in 2. par.

Sed in casu isto oritur quæstio, an in 3. & 4. gradu sit incestus punibilis secundum ius cano. an secundum ius ciuile.

Deci. in consil. 158. in proprijs terminis dixit, quod pęna iuris ciuilis habebit locum in incestu, vbi nuptiæ sunt prohibitæ de iu-
16 re canonico † sequendo opin. Domini Abb. & dicit quod hæc opi. est communis, * & eã sequuntur quam plurimi, & præsertim Iohannes Diaz. in pract. crim. Cano. in verbo. incestus Pau. Grill. in tit. de incestu. in 7. lib. quæst. 5. & 6. num. 11. & quæst. 1. colum. fin. hanc sequitur Placen. in tracta. de adult. in 10. volum. tract. nume. 16. & Homod. de Signo. in consil. 25. assignat rationem. In hoc casu datur opera rei illicitæ, ex quo sumus in fornicatione, & sic ad fedandum matrimonium, & in hoc casu etiam si ignorasset affinitatem, vel consanguinitatem punitur pęna à iure ciuili introducta, vt per Bart. in d. l. si adulterium, quia deliquit in eo pluri, quam credebat l. vulgaris in princ. &c. §. si quis is ff. de furt. & procedit etiam cum meretrice. tex. est in cap. meretrices 32. quęst. 4. & clam cõmittentes delictum sunt vti contumaces puniendi: & de iur. cano. est etiam punibilis in 4. gradu c. cum igitur 35. quæstio. 1. Stepha. Costa. in tract. consanguinitatis. in fi. in 16. volum. tract. & Boer. in decis. 318. num. 5.

Secus esset in nuptijs, quia tanquam publicè peccantes sunt sicut errantes, at in casu ipso sumus in fornicatione, non in nuptijs. Ergo &c.

Anchar. in cõsi. 391. quem sequitur Aug. ad Ang. in tract. malef. in verbo [che m'hai adulterato la mia donna.] in versic. habens etiam num. 6. totum contrarium tenent, & hanc opi. simpliciter sequitur idem Deci. in consi. 268. nume. 5. Hippol. in sing. 254. Egidius Ross. in tract. de coit. num. 73. & 74. Iul. Clar. in eius practic. lib. 5. in §. incestus. versic quæro nunquid dispositio. & Alciat. in cap. cum contingat de iur. iur. extra, & ibi dicit hanc esse communiorem, * & veriorem opinionem. Et moder. additio. in dicto cõsi. 158. Foll. in Pract. Crim. Cano. in ver. Accusatione porrecta, & ibi etiam asserit hanc esse communiorem * opi. & ibi etiam in pract. seruari à num. 92. vsque ad 96. & idem Foll. in Pract. Crim. in fragmentis in tit. de adult. & post hæc reperij Illustrem Vincentium de Franch. ita testari decisum esse in decis. 240. in secunda parte, & secundum hanc meam testatur Dominus Franc. Viuius per prædicta ita determinasse in decis. 319. qui more suo solito adornauit, ibiq; propter animi sui magnitudinem nomen meum extollit, cui quãtum valeo gratias refero, & spero ipsum videre ad dignitatem maximã, quia dignus est, tum propter sui scientiam, tum quia est vitæ, & Christianæ religionis perfectus, & vide tu etiam inclinare Anto. Thesau. in decis.

Digitized by Google

cif. Pedem. 100. incip. incestus num. 5. & aliquaper Carol. Ruyn. in consi. 123. num. 11. versic. non obstat. in 5. vol. vbi determinat, quod pęna incestus à iure ciuili nō datur in personas nō declaratas, nec extra eas, aliqua pæna datur.

His veris ad contraria responsum fuit, & primò nam depositio lenæ non probat, neq;
27 inditiat maximè sine tortura. † Secundo, quia est sola in dicto suo, & singularis l. iuris iurandi C. de testi. Nec obstat depositio dictæ Franceschæ p iura allegata, vel secundo non creditur mulieri asserenti se cognitā
28 à tali. † Ita notatur in l. 1. §. mariti, & §. seq. & si ff. de lib. agnos. voluit Bald. in consil. 377. in 2. lib. Alex. in d consil. 155. in 5. vol. Aym. Grauet. in consi. 321. Vrsill. in add. ad Afflict. 236. num. 3. vberrimè Tiberius Decianus in respons. 83. volum. 3. Burs. in consil. 230. in 2. volum. & per ea, quæ dixi sup. num. 13. Ratio est illa, quia est particeps criminis, ita etiam Gramm. in consil. crim. 45. reprobum est namq; eius testimonium, vti adultera, & quia vnica est, ita tex. in terminis in cap. admonere 33. quęst. 2. ibi (per vnū hominem homicidam, & reprobum).

Nec obstat tertium, quia illa fama habuit ortum post inquisitionem, & quærelam, &
29 à prædicto querelante † ita Ang. de malef. in glo. à quo, vel à quib.

Non obstat quartum, quia nō fuit in processu probatum, qualiter Ioannes Antonius sciuit, vel sciebat affinitatem, immo probatum contrarium fuit, maximè quia inquisitus est de familia [dello mallaro,] & alio cognomine, & casata vocatur ipsa Francesca, & ista ignorātia excusaret ipsum a pęna incestus quatenus incurrisset, secundum com-
* muniorem, & veriorem * opinionem. Teste Bald. Nouell. in tract. dot. in 1. par. 11. partis principalis num. 8. Villoba in tracta. comm. opi. in l. 1. num. 68. & clarus in d. §. incestus versi. excusatur Foll. in Pract. Crimin. in ver. deforman. Capitalis in crimine incestus. nume. 9. in versic. Hæc ommictā scire) vbi inquit, quod si vir est ignarus affinitatis, ince-
30 stus est excusabilis. † Et Ang. in l. si adulterium in verb. incestum nume. 5. ff. de adult. Aug. ad Ang. in verbo [che m'hai adulterato la mia donna) num. 67.

Ex quibus omnibus determinaui in fauorem D. Ioannis Antonij, quem liberaui sub cautione vnciarum 25. de se præsentādo nouis superuenientibus inditijs, quæ determinatio mea transmissa fuit Neapolim ad Illustrem Aloysium Carmignanum, Constantinum Papa, Ioannem Marcum Aquilinum, & deinde ad vrbem, vbi Baro Bernaldi reperiebatur, & confirmata fuit, & concurrit ibi Dominus Cæsar de Luciano, quorū subscriptiones penes me sunt, & vltimo loco approbata in Prou. Aud. teste Viuio in d. decis. 319. Ad Dei laudem in Anno prædicto.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Sententia pro parte vera, & pro parte falsa debet pro parte vera, exequi, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Petens plus debito condennatur ad triplū, & ad caus. m amittendam.*
2 *Duo copulatiuè requiruntur exigere, cautionem de pluri, & illud dolosè petere.*
3 *Plus petens condemnatur ad expensas.*
4 *Pro amittenda causa, plura requiruntur.*
5 *Ad condemnandum ad expensas, duo requiruntur, & quæ sunt.*
6 *Obligationes in margine accusantur in omni Curia.*
7 *Obligatio accusata pro temporis diuturnitatem præsumitur soluta.*
8 *Sententia est indiuidua.*
9 *Sententia adiudicatoria viciatur si in plus, quam est debitum promulgatur.*
10 *Decretum iudicis est indiuiduum.*
11 *Tenuta, quæ datur vigore pacti exequntiui non vitiatur. si plus datur.*
12 *Interpellatus plus debito, non dicitur interpellatus in vero debito.*
13 *Sententia est indiuidua. fallit in pignore cōuentionali, & respectu personæ.*
14 *Vxor præsumitur scire omne, quod scit maritus.*
15 *Vtile per inutile vitiatur, & quando.*
16 *Jus exigendi dotem, non spectat ad vxorem.*
17 *Mulier debet agere contra hæredes mariti pro recuperanda dote.*
18 *Mulier ex cessione agere potest contra promittentes dotem.*
19 *Sententia non retractatur respectu instrumentorum de nouo repertorum.*
20 *Sententia in quantitate debita exequi debet.*
21 *Sententia debet valere in quantitate non errata.*
22 *Sententia in vno capitulo valere potest, in alio non, & quando.*
23 *Sententia in debito vero saltim de æquitate exequi debet.*

24 *Præ-*

Digitized by Google

Georg. in d. §. quoniam nume. 1. Alexan. in l. 1. §. sed, & mihi nume. 3. ff. de verb. oblig. & ibi Pau. de Castr. & Ias in alleg. §. si centum, vbi limitat conclusionem hanc nó procedere in tenuta, quæ conceditur virtute pa-
21 cti exequutiui: † quia sententia lata vigore d. pacti exequitur in vna summa, & non in altera per tex. l. 1. ff. quor. legat. & Bartho. de Saly c. in l. mora vbi dicit ff. de vsur. quod si quis interpellatur plus debito, nó dicitur in
22 vero debito interpellatus, † & Alcia. in d. l. 1. in d. §. sed si mihi, dicit, quod cõmunis opi. est, quod sententia est indiuidua, & non potest pro parte valere, & pro alia parte non. fallit dicit ipse in pignore cõuentionali, nec
23 non fallit respectu personæ. † Ita Bald. in l. ordo C. de execut. rei iud. & ad materiam est videre Hieron. Buttighella in repe. l. 1. in d. § sed si mihi ff. de verb. oblig. & Laur. Calcag. in consi. 76. num. 41. & 42. Pau. de Cast. in consil. 61. num. 7. & Alexan. in l. 1 §. hęc verba ff. ne vis fiat ei, & idem in consil. 147. num 1. volum. 7.

Hinc est, quod ex præsumptione iuris arguitur, nã vxor præsumitur scire omne, quod
24 scit maritus † l. aut qui aliter §. sed, & si seruus ff. quod vi, aut clam Luc. de Pen. in l. quicunque lib. 10 C. de apo. pub. l. quicunque in 7 præsumpt. Hippol. de Bonacolf. in tract. de præsumpt in litera V. in verbo vxor præsumitur scire. & sic reg. in casu isto firma
25 remanet, quod vtile per inutile vitiatur, † & vltra prædicta Ruy. hoc voluit in consi. 157. incip in quæstio. num 3 volum 5.

Pro parte vero Palmę dicebatur, quod ius
26 exigendi dotem ad ipsam non pertinet † per tex. l. si pro te pater C. de iur. dot.

Propterea egit cõtra filios, & hęredes ma-
27 riti sui † per text. l. hæredem mariti C. de hæred. actio. vbi scrib. Sed quia dicti hęredes cesserunt eidem Palmæ ius exigendi dotes
28 prædictas † iux. no. per Doct. in d. l. si pro te pater, quod vigore cessionis rectè egit.

Secundo dicitur, quod sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam non retractatur sub prætextu instrumentorum noui-
29 ter repertorum † per tex. l. sub prætextu C. de transact. & l. sub spetie C. de re iud.

Tertio data, quod aliqua quantitas esse soluta, non pro hoc sententia in quantitate
30 debita exequi non debet. † Ita videtur dicere glo. in l. 2. C. in verbo (litium finis) in versic. (an autem) & dicit ibi. quod sententia debet valere in ea quantitate, ad quam
31 nõ est erratum, † vt arg. l. sancimus in prin. C. de donat. si igitur fuit erratum, quia petitum plus fuit, in eo sententia non valeat: in ea parte, in qua non est erratum sentẽtia debet valere, & exequi. ita Carol. Ruy. in cõsil. 78. nume. 6. volum. 5. vbi in terminis declarat, quod sententia remanet firma respectu veri debiti, non obstante, quod sententia esset lata pro maiori summa, vbi dicit, & decidit in Curia 12. sapientiũ Ciuitatis Ferrariæ, ita esse decisum hoc idem videtur dicere Vital. in tract. claus. in claus. non errore ductus in rubr. de errore, qui committitur per Iudicem nume. 5. vbi dicit, hæc verba, quod in diuersis capitulis potest sententia in
32 vno valere, in alio nulla esse † l. quædã mulier ff. famil. ercisc. l. Carmelia pia ff. de iur. patr. Sed quando sumus in vno capitulo, & tunc aut istud capitulum continet quid diuiduum in quantitate, & tũc valet in quantum non est erratum, & procedat glo. d. l. 2. Aut illud capitulum continet quid indiuiduum. vel quod pro parte explicari non potest, & tunc nullo modo valet l. in hoc iuditio ff. com. diuid. in casu nostro sumus in vno cap. diuiduo, quia continet quantitatẽ, & in illa quantitate, in qua non est error dicitur liquida, & in ea debet valere, & exe-
33 qui saltim de æquitate, † secundum quã in proprijs terminis declarauit Sacr. Consil. teste Capi. in decis. 55. quam æquitatem quilibet
34 vendere sequi debet † l. quod Ephebi ff. de eo quod cer. loc. & per prædicta, prætor ante oculos æquitatem habere debet, & ita eximius Doctor Ioannes Alfonsus cognitor veritatis amator, ita arguebat, licet responderetur, quod Curia Andriæ minimè hoc facere posset, sed penitus iudicare secũdum leges, & propterea Petr. de Bellapertica in d. l. 1. §. penul ff. de verb. oblig. dicebat, quod in totum sententia est nulla, & hanc opin. firmauit Bursat. in consil. 219. 2. vol. vbi dicit, quod sententia est illa, quæ facit rem di-
35 uiduam, vel indiuiduam † licet idem Burs. in consi. 73. nume. 31. 1 volum. dicit pro hac parte, dicens sententiam exequi debere in debito vero, & dicit ita Mantuæ decisum esse, qui omninò videatur.

Ego verò determinaui in fauorem Palmę ponderato d. consil. Ruyn. 78. & d. Capitij decis. & Bursat in anno 1591. Et huic sententiæ acquieuit Excellens Fabius Quartus, Aduocatus contrarius. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

A R-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Cautio damni infecti debet peti ante damnum passum.

SVMMARIVM.

1 *Qui causam damni dat damnum dedisse videtur.*

2 *Cautio damni infecti debet peti ante damnũ datum.*

3 *Damnum infectum dicitur damnum non datum.*

4 *Expertis in arte credendum est.*

5 *Socius debet reparare communem parietem sumptibus suis. & si in quatuor menses nõ soluerit co sotius, erit ipsius.*

6 *Intellectus ad l. parietem ff. de serui. vrba. prædio.*

7 *Regius Portulanus habet cognitionem rerũ publicarum tantum.*

8 *Cognitio rerum priuatarum spectat ad prætorem terræ.*

9 *In conflicto testium pro reo iudicandum est.*

10 *Testibus verisimilia deponentibus credendum est.*

DETERMINATIO CLXI.

BEATRIX de Morso Ciuitatis Andriæ egit contra Iulium Piccininum eiusdem ciuitatis petendo ab eo ducatos centum, ex causa, quia eius domus diruta fuit culpa ipsius Iulij, qui non reparauit eius domum, quæ diruta fuit, & sic cadere fecit domum ipsius.

Ad probandum eius intentionem asserebat, se protestatam fuisse contra Iulium antequam domus rueret, vt repararet, quæ reparatio cum non facta fuit ædes omnes corruere, & sic dedit causam damni, & ex con-
1 sequenti damnum dedisse videtur † l.damnum ff de reg.iur.& qui causam damni dat, sibi debet imputari, & non alteri l. damnũ, quod quis ff.eod.

Pro parte Iulij replicabatur ipsum nõ teneri, & primò, quia ante damnum infectũ, non reperitur, quod Beatrix cautioné dam-
2 ni infecti petijt, sed post damnum, † & tali casu nulla actio competit, & debet hoc notari negligentiæ dictæ Beatricis, & suæ culpæ, ita est tex.in term. in l.cum postulassem ff. de damn.infect. l.ait prætor § fin. iuncta glo.eod.tit.

Et hoc suadetur ex diffinitione damni in-
fecti. Cum damnum infectum dicitur dam-
3 num non datum, † sed quod futurum veremur l.damnum ff.eod.tit.

Cessante igitur requisitione prædicta, & protestatione ante damnum infectum, dicitur damnum sibi culpa sua ascribẽdum esse, & propterea non debet audiri.

Secundo dicebat. Nã ipse Iulius per quinque magistros fabricatores probauit damnũ esse causatum ex quodam pariete, qui superauerat parietem communem ipsorum ipsius Beatricis: ita quod damnũ originatum fuit culpa ipsius ex quo illum superioré parietem destruere debebat, & sic ruina ędiũ causata non esse.

Tanto magis, quia istis fabricatoribus, &
4 expertis in arte credendum est † l. 1. ff. de vent.inspi.cum simil.

Tertio dicebatur, quod ista negligentia fuit ipsius Beatricis: nam si paries erat communis, stante absentia Iulij, qui erat in ciuitate Baruli, debebat, ipsa suis sumptibus reparare, & si infra quatuor menses Iulius partem suam non soluisset, totus paries effi-
5 ceretur ipsius Beatricis † text. est in l si vt præponis C. de edif. priua. vbi not. vt in l. singularium C.eod.glo.in d.l.si vt præponis in verbo (placitum) eod.& not. in l si ædes communes ff.com. diuid.vbi ad plenum.

6 Nec obstaret l.parietem † ff. de serui. prędio.quia glo.in d.l.si vt,in d.verbo (placitũ) dicit, quod l.parietem procedit, quando socius iure seruitutis hoc facere vellet, vel secundo quando ad alium vsum. ad quem res erat iuncta, sed in casu nostro est secus,quia fit, vt reficerentur ædes ergo &c.

Nec obstat, quod etiã dicebatur pro parte Beatricis, quæ dicit habuisse recursum ad portulanos:nam portulani examinati dicũt, quod consuluerunt ipsi Beatrici, vt faceret protestationem. Ex hac depositione resultat,quod ipsi non habebant potestatem prouidendi, quia si habuissent, ipsi ꝓuidissent.

Et quod nõ habebant potestatem est clarum, nam portulani habẽt cognitionem solum de ędificijs publicis. & quæ in publi-
7 co fierent † per no.in rubr.& Niger.ff.ne qd in loco publico.

Sed hic tractabatur de ædificijs priuatis,
8 cognitio huiusmodi spectat ad prętoré † ad quem non fuit habitus recursus,vt in d.l.ait prætor ff. de damn.infect.ergo &c.

Vltimò dictum istorum non obstat, quia ipsi vti testes sunt producti, ergo non sunt fabricatores, nisi vnus: standum est expertis in arte. d.l.1. ff.de vent.inspici.

Præterea, quando adesset conflictus testium,

stium, vt præsupponitur in casu isto, & maximè quando testes sunt pares, pro reo iu-
9 dicandum est † Dyn. in reg. pro possessore ff. de reg. iur. in 6.

Ideo quanto magis in casu nostro, qui sunt maiores numero, quã dictæ Beatricis.

Facit pro Iulio, quod credendum est te-
10 stibus verisimilia deponentibus † l. ob carmen ff. de testi. verisimile est, quod propter pondus, quod erat supra murum communem, quod à Beatrice non fuit sublatũ, ędes corruere ergo, &c.

Ad corroborandũ, quod negligentia Beatricis, domus sua corruit, probatur ex alio, nam præsupponitur quod domus Iulij primò ruit, & post multos dies paries communis, & domus ipsius Beatricis. quare tunc non fecit reparare domũ suam, nec est credendum, quod ex causa domus prædicti Iulij, quia si ita foret, à principio quando domus Iulij ruit, ita, & incontinenti domus ipsius Beatricis rueret, & non ita factum est ergo, &c.

Sententiaui, & determinaui pro Iulio contra Beatricem, cui Determinationi, partes omnes quieuere, & Domino sit laus. Andriæ die 12. Martij 1592.

Sempronius Ascia V...D.

ARGVMENTVM.

Apoca priuata debet scribi coram testibus, & qui sic scribere viderunt debent testificari: alias nullam facit fidem: & quid prodest literarum comparatio, & quomodo fieri debet.

SVMMARIVM.

1 *Actor probans obtinere debet.*
2 *Apoca scripta manu debitoris probat.*
3 *Apoca non subscripta à parte, vel testibus semiplenam probationem inducit.*
4 *Scriptura priuata plenè probat si fuerit scripta à debitore, visa scribi à testibus, & qđ ipsi se subscripsere.*
5 *Semiplenè probat si non fuit scripta modo prædicto.*
6 *Apoca, vt plenè probet, debet esse trino teste signata.*
7 *Necnon quod testes viderint eam scribere.*
8 *Ac quod literam eorum cognoscant.*
9 *Apoca, quæ subscriptionem partis, vel testium non habet nihil probat secundum veram opin.*
10 *Procedit hæc conclusio etiam si adesset sigillum negantis.*
11 *Secus si esset cum sigillo publico.*
12 *Vel si esset Apoca tutoris.*
13 *Probatio testium, & comparatio simul requiritur.*
14 *Scriptura de per se sola nullam fidem facit.*
15 *Testibus iudicantibus non creditur.*
16 *Debent eligi periti ad probandum scripturam esse manu scribentis.*

DETERMINATIO CLXII.

DVM in Curia Andriæ Honesta mulier Clementia Vicedomini se hæredem cum beneficio l. & inuentarj, sui patris declarari peteret iux. tex. l. si C. de iur. delib.

Camillus de Paschale eiusdem Terræ, vti creditor d. quondam sui patris ducatorum trigintaquinque super bonis d. quondã sui patris, & debitoris petit satisfieri.

Ad probandum se debitorem præsentauit quandam cartam, in qua erant descriptæ infrascriptæ partitæ, tenoris sequentis, videlicet.

Per tenore della presente Io. Iacouo Antonio Viredomino cõfesso hauer riceuuto da compar Camillo de Paschale docati dieci liquali denari sono dello Datio della Bagliua, & per esser l'hò fatto la presente di mia propria mano. Dico duc. 10

Iacouo Antonio qui sup. manupp.

Item in alia adi 15. Ottob. ducati tredici. duc. 13
Et li sopradetti denari prometto pagare alla prima paga.
Riceuuto adi 19. di Marzo dal sopradetto ducati sette, e tarì quattro. duc. 7. 4. 0
Sommano in tutto duc. 30. 4. 0

Ad Apocam prædictam verificandam esse scriptam manu Iacobi Antonij in artic. 5. ponit dictas partitas esse scriptas manu ipsius quondam Iacobi Antonij, quia considerando tractus carratolas, & sillabas apparet dictas apocas, & partitas subscriptas esse manu ipsius, & per testes examinatos super 6. articulo apparet ostensum, ita scriptas esse: qui testes dicunt huiusmodi. [E tutta scritta di propria mano del detto Giacomo Antonio, & esso testimonio lo conosce molto be-

to bene alla lettera, & carattoli, come quello che l'haue in prattica bene, & è stato molti anni con detto Iacouo Antonio, & l'ha visto molte volte scriuere.)

Apparet etiam, dictũ Camillũ, post mortem requisiuisse dictam clementiam, vt solueret dictas partitas, quæ respõdebat se velle preferri omnibus, respectu dotium maternarum, & lucrorum.

Ex quibus omnibus dicit d. Camillũ stare in probatis, & ex consequenti, quod debet obtinere

1 † l. qui accusare C. de edend. cum simil.

Secundo, quia Apoca fuit scripta, & subscripta manu Iacobi Antonij, & licet aliæ duæ non sunt subscriptæ, sat est, quod sint

2 scriptæ manu eius, quia probat. † Ita Pau. de Castr. in l. cum antiquitas C. de testam. num. 7.

Tertio dicitur, quod priuata scriptura nõ subscripta à parte, vel à testibus, semiplenã

3 probationem inducit † secundum Bart. in l. admonendi ff. de iur. iur. & Anto. de Butr. in cap. fi. eod. tit. ita quod debet dari iuramentum suppletorium.

Et quado facit semiplenam. probatur sic primo ꝙ quando testes deponunt, ꝙ fuerũt præsentes fuit visa scribi, tunc plenè pro-

4 bat. † per tex. in § quis igitur in auth. de instr. caut. & fide, & in auth. si contractus C. de fid. instr. Bar. in l. nuda ratio ff. de dona Alex. in consil. 76. vol. 3. & in consil 239. nume. 2. vol. 2. & in consi. 114. num. 3. vol. 7.

Nihilominus, quò ad semiplenam, sufficit, quod testes dicant, quod dicta scriptu-

5 ra est manu d. Iacobi scribentis, † quia notitiam habet de scripturis manu eius scriptis, facta comparatione cũ alijs scripturis manu scribentis.

Pro parte Clementiæ dicebatur, quod ad hoc, vt apoca probet necesse est, quod sit tri-

6 no teste signata † l. scripturas. & quę ibi notant Doct. C. qui potiores in pig. hab. clarè Alex. in consi. 239. incip ponderatis, nu. 5. 6. & 7. & seq. vol. 6. Gram. in decis 84. num. 1. & 2.

Secundo oportet, quod testes dicãt, quod ipsi viderunt scribere illam apocam, & præ-

7 sentes fuerunt † ita Socyn. Iun. in consil. 57. num. 18. vol. 2 Ruyn. consi. 61. num. 3. & consi. 64. num. 15 vol. 4.

Tertio requiritur, quod ipsi testes literam eorum cognoscant, & sic probata apoca, pro-

8 bationem plenam inducit. † Ita Hostien. Io. And. & Imo. in cap. 2. de fid. instru. dixerunt Cyn. in l. comparationes C. de fid. instr. Alex. in l. admonendi ff. de iur. iur. & Iacob. de San Georg. ibidem nume. 11. & Franc. de Aret. in consi. 64.

Quando vero apoca subscriptionem te-

9 stium, vel partis, nõ habet, nihil probat, † ita inducitur text. in argumentum in l. instrumenta, & l. exemplo, & l. nuda C. de proba. & Hippol. de Marsil. in sing. 446. incip. latè dixi, & nouiter Mascard. in tract. probat. in conclus. 181. volum. 1. num. 1. Quæ conclusio procedit etiam si esset cum sigillo negan-

10 tis. † Ita declarat Ias. in alleg. leg. admonendi. num. 91. Secus si esset cum sigillo publi-

11 co, † ita Bald. in rubr. C. de fid. instrum. vel

12 nisi esset apoca testatoris, † quæ probat debitorem soluisse contra pupillum arg. l. Lutius. §. tutelæ ff. de administr. tuto. l. creditorem vbi Bald. C. de remiss. pig. & Maschard. in d. conclusione. vbi quotas allegat Io. de Amic. in consi. 25. num. 14.

Requiritur etiam probatio testium, &

13 comparatio † simul. ita Io. de Platea in l. inter cartulas C. de conue. fisci debito. lib 10. nume. 1. per Alexan. in d. l admonendi. & Mascar in tract. prob. in conclu. 110. nu. 12. volum. 1. Sed, quia in Sacro Consilio fuit prouisum scripturam priuatam, à partibus & à testibus non subscriptam nullam fidem

14 facere. † teste Afflict. in decis. 81. Quæ S. C. decisio sequenda est. teste Decio in consil. 615. & explanat Card. Alb. ad lucubra. Bar. in d. l. admonendi num. 14. sic & in casu isto ad hoc comprobãdum dicitur sic, quod scriptura de per se sola semiplenam probationẽ non facit, immo nec aliquam præsumptionem secundum Bart. quem omnes sequũtur in d. l. admonendi, & per Cano. in d cap. 2. de fide instrum. ponderando ibi illa verba. (non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere,) ergo si nullam habet firmitatẽ, non potest argui, quod semiplenè probat, quia si haberet aliquam firmitatem ꝓbaret, ergo &c. sequitur, quod testes taliter examinati, nec plenè, nec semiplenè probant, ita Corn. in consi. 63. in 3. volum. Ratio est, quia testes per aliquem sensum corporeum non deponunt. l. qui test. §. fin. de testam. & Socy. in consi. 164. in causa Dominæ Liliæ.

Quando igitur testes non fuisse præsentes deponunt, tunc nec semiplena probatio resultat, non obstante, quod deponerent de literarum comparatione. Ratio est, quod testes, qui dicunt, quod cognoscunt manus scribentis, ex eo quia habeant experientiam manus illius, & quia etiam viderũt eum sępius scribere. Isti nõ dicuntur testificari, sed

indi-

Digitized by Google

15 iudicare, & hac de causa non probat † Cano. hoc dicunt in cap. cum causam de testi. extra.& Bar.in l.1. C. de vsur.& Gramm.in decis.93.num.14.

Nec credendũ est testibus deponentibus de comparatione literarum, quia ad hoc,vt probent necesse est, vt eligãtur per iudicem periti, qui cum iuramento referant omnia iudici, vel hoc fieri debet ab ipso iudice.

16 † Ita loquuntur lex, cõparationes, & auth. d.si contractus. Cum igitur in casu nostro: testes non deposuerunt vidisse scribere secundum communem opin.* vt Alex.refert in consi.180.vol.4.& per Mascar.l.in cit.loco. Nec aliæ diuersæ scripturæ fuerũt præsentatæ,& cum eis facta comparatione,propterea dicitur quod Camillus non solũ plenè, sed nec semiplenè probauit. Ita in proprijs terminis consuluit Caro.Ruy. in consil.79.incip.quoad primum dubium à nu 1. vsque ad 5.& idem Caro. in consil.46. nume.4. volum.4.& Hippol.in sing.171.& in sing.436.Firmat Ias.in consi.129.per totum, & plenè in 1.tom.comm.opin.in rub.de tabellio.& fid.instr.à num.127.incip. Chyrographum vsq; ad num. 336. ad saturitatem Dom. Couarru. in lib.variar.resolut. pract. quæst.in cap.22. incip. quamuis public.instrum.sub rub.de fide, & autor.priuat.scriptu.& copiosè Illustriss. Dominus Viuius meus in Silua comm.opin.13.incip. Comparatio.num.3.4.& 5.lib.1.& Natta. in cõsil.632.nu.1.vol.3.& in nu.5. vbi declarat quomodo facienda est ista comparatio.

Et sic determinaui in fauorem dictæ Clementiæ, & Camillus videns se errasse, quieuit, & paruit ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Victricus alimenta facta priuignis, quando recuperat.

SVMMARIVM.

1 *Victricus priuignã maritare non tenetur.*
2 *Victricus dotans videtur gerere negotium priuignæ.*
3 *Mater non tenetur maritare filiam, nisi in subsidium.*
4 *Mater non tenetur dotare etiam si esset administratrix.*
5 *Mater dotans vltra facultates filiæ videtur dotare de suo.*
6 *Extraneus dotans.sine pacto donare videtur.*
7 *Mater fundum communem in dotem dãs, totum dare videtur (sine protestatione).*
8 *Curator dotãs vltra vires patrimonij adult. tenetur supplire de suo.*
9 *Frater consentiens dari in dotem rem communem, non habet Reg. contra fratrem.*
10 *Aliquis soluẽs p errorẽ pro dote,nõ repetit.*
11 *In dubio quilibet dotans vltra vires patrimo.puellæ, donare de suo videtur.*
12 *Extraneus in re dotali, & legans donat impensum, secus in marito.*
13 *Victricus paterno affectu expẽdẽs nõ repetit.*
14 *In dubio priuignus debet hoc probare, & quando.*
15 *In dubio, quando videtur donare.*
16 *Obseruitia equiualẽtia habita victricus donare præsumitur.*
17 *Coniecturæ, quæ sunt considerandæ, vt dicatur donasse.*
18 *Quando remittitur iudicis arbitrio.*
19 *Victricus tunc repetit, quando cum protestatione dederit.*

DETERMINATIO CLXIII.

VICTRICVS Ioseph cum sua priuigna quęstionem habuit,ex eo, quod in domo dotali multas meliorationes fecit. Deinde cũ nuptuĩ priuignam tradidisset, prædictã domum cum omnibus membris in dotem eidem promisit, nulla reseruatione meliorationum facta, secundo nulla mentione de eis facta,& orta controuersia, victricus ipse meliorationes petebat. Secundo ab eadẽ priuigna alimenta sibi pręstita,pro tẽpore, quo in eius domo extitit postulabat. Et cũ quæstio de communi consensu decidenda commissa fuisset Eccellentibus viris Doctoribus Domino Iohanni Alfonso Cognitore,& Fabio de Viuo, necnõ & mihi de consensu ipsorum, onus scribendi ipsi impositum. Determinaui, vt infra.

Pro victrici parte dicebatur, ꝙ ad ipsum
1 onus dotandi non spectat,sed ad patrẽ † l.fi. C.de dot. promiss. & l.qui liberos ff. de rit. nup.& no.gl.in l.alia in verba auia C.de iu. dot.Alex.in consil.88. nu 3. vol.6. vbi dicit hanc esse * communem opinionem, de qua plenè dixi in mea Deter. 9. Ergo Victricus ipse dotando, videtur negotium ipsius pri-
2 uignæ gerere,† & in dubio nemo præsumitur donare, l.cum de indebito ff.de---
3 Mater vero neq; nisi in subsidium,† vt in l.neque mater, & notatur in dict. l. fin. C.de dotis promiss.etiam conclusio hęc ampliat, si mater esset administratrix ipsiꝰ filię,
4 † quia si dotaret,in dubio diceret dotare de

Z bonis

bonis ipsius filiæ, & quatenus dotasset de proprio, videretur dare animo repetendi, vt per gloss. d.l.finalis. & in l. Nesenius C. de neg.gest. secus esset, si excederet, quia in il-
5 lo pluri videretur dare de suo, † & haberet locum lex vnica §.extraneum C.de rei vxo. actio. & est videre Io. Brunell. in tracta. de spon.& matrimonio. in cõcl.7.in to.tract.9.

Ad hoc obiectum pro parte priuignæ dicitur, quod quando extraneus dotat, statim (si pactum aliquod nõ interponit,) videtur
6 dotare de suo, † & sic donare l. vni §. accedit C.de rei vx.actio.dotando igitur victricus nulla protestatione facta dicitur donare per prædicta ergo &c.

In simili Bald.in d.l.fi. C.de dot.promiss. dixit, quod si mater habet fundum communem, & ipsa dotauerit eam, & promiserit fundum prædictum, in dubio non videtur promissa pars sola ipsius maritandæ, sed e-
7 tiam pars propria ipsius, † & hoc fauore dotis, debebat ipsa se ꝓtestari, alias sibi imputetur, & hanc partem tenet Salyc. in d.l. fi.Campegg. q. 24. maximè quando non est negotiorum gestor, & quod procedat hoc in omni extraneo. ita tenet Bal.Nouell. in tracta.dot. in 6.par in 3.priuil nume. 16.ibid. (immo idem ferè dici potest in omni extraneo) ergo &c. & priuil.45.

Facit etiam. Nam si curator promisisset dotem pro sua adulta, plusquam non esset patrimonium adultæ, quod isto casu, tenetur supplere de suo,& fauore dotis, fallit re-
8 gula † d.l. cum de indebito ff. de probatio. & est contra verisimilem mẽtem curatoris. It. Bald.Nouell.in eod tracta. & par 6. priuil.41. in fin. verbis. Ratio est, quia vir si non habuisset tantam promissionem, forsan non cõtraxisset, & sic introducitur ficta donatio.per text.l.cum post mortem §.1. ff.de admin.tut.

Ad idem facit tex. l.cum is §. si mea mulier ff.de cond.indeb.per hunc text. dicitur, quod si sunt duo fratres habentes bona cõmunia, & vnus habet filiam, & frater eam dotar, & alius frater consentit (dico de bonis communibus) quod isto casu, frater non potest repetere, sed videtur consentiẽdo do-
9 nare, † consuluit sic Pau.de Cast. & allegat etiam tex. l.si seruus communis:ff.de donat. inter virum, & vxo.Campegg. in quæst.20. vbi habetur, quod si aliquis per errorẽ soluerit pro dote alicuius mulieris, & pro eo
10 datur cõdictio indebiti † toto tit.tamen: in casu dotis, nõ repetit,& sibi imputatur, qui debebat aduertere, & declarare ne effuso sermone caperetur. idem in priuil.44.Vnde licet in animo suo gessisset, quod ꝓmittebat suum tantum, & non ipsius. Sibi debet imputari, qui voluntas in mente retenta nihil prodest in actu, qui de sui natura ad alium sonat effectum l.si repetendi C. de cond. ob causam, & priuil.45.

Ad idem, & fortius diximus, ꝙ in dubio videtur, quod promittitur, donatũ videtur, & hoc procedit in quolibet administratore, quando promisit vltra vires patrimonij, & si dixisset promitto administratorio nomine, quia etiam tali casu videtur donasse, &
11 de suo tenetur. † text.est. in l. cum post.ff. de admi tuto. Idem in prin 45.

Ad idem videtur facere, nam si maritus fecit aliquas impẽsas in re dotali, si legauerit dotes, non videtur legare impẽsas, secus si essemus in extraneo, nam si extraneus fecisset impensas, & legaret dotem, videtur,&
12 legasse † impensas. tex.est in l.Meuio: §. à me ff.de leg. 2.& in priuil.13. 8.par.

Quoad secundum dicitur, quod victricus expendens paterno affectu, non repetit
13 secus in gestorio nomine. † ita est tex. secundum Bald.& Alex. l.si paterno affectu C. de neg gest.

Sed dubium est, quando de dicto affectu paterno non constet, quid in dubio agendũ. glo.in ead. l.in verbo repetitur dicit, quod victricus debet habere animum repetendi, vt puta facta protestatione, vel scripsisset in suo libro, quod priuignus meus debet mihi tot pro alimentis præstitis. vt Doct. asserũt in d.l.Nesentius ff eod.tit.sed ead.glo.dicit ibi, quod priuignus debet hoc probare,
14 † quod ei donauit. allegat text. eiusdem l. Nesentius. deinde soluendo dicit ibi, aut priuignus habet in eius seruitijs, aut non.
15 Primo casu præsumitur donasse 12. l. sed si vir §.fi.ff.de donat.inter virum,& vxorem.

Ex quibus accursij dictis. Doctores videntur recolligere, quod in dubio, si nõ apparet de eius liberalitate, q' præsumitur donasse quando priuigni stetissent in eius domo, & ei seruirent, qa eorum seruitia, facerent præsumere donationem. Hanc sententiã sequuti sunt Ruy. in consil.94. maximè in num.7. vol.5. & post eum abundanter more solito Fran:Burs.in cõsi.83.incip. veritate inhærẽdo vol.1. vbi dicit, qđ præsumitur animo dotandi propter seruitia equiualentia habitã:
16 † nihil ꝓtestatus fuit.ęs alienũ non contraxit, tacuit p longũ tempus,& ex illa habitatione,& amore paterno, ac affectione domestica ꝑstitit cõputũ nu.— vel expẽsarũ rõnis non

Digitized by Google

non retinuit, & alia concurrunt. Ex quibus præsumi solet arbitrio iudicis donata alimenta magis quam animo repetendi præsti-
15 ta.† alleg. Corn.in consil.257.num.10.volum.1. Alexan.consil.72.num.11.volum.2. & plenè per Menoch. in arb. iud. in centur. prima. Casu 85. nume.13. & 20 cum seq. lib.2.& Calcan.in consil.60.nume.12. &
* Bart.& omnes * communiter in d.l.si paterna. Ita idem Franc.Bursat. in eod.consil.83. nume.9 vol.1. & hanc conclusionem etiam videtur firmare. licet multum subtilizando discutiat Anton. Corduba. in rep.l.si quis à liberis in § si mater num. 16 ff.de lib.agnos. volum.2. multa bona ad propositum dicit, licet concludat, quod priuigni tenẽtur probare ex aliquibus verbis, vel alijs dictis vitricum non habuisse animum repetendi,& Iacob Philip. Port. tractando hãc materiam in consil.19. dicit quod vitricus semper videtur habuisse animum repetendi expensas factas in priuignos, potius quam donandi, deinde ipse allegat coniecturas, ex quibus potest præsumi donatio, & si penderentur sunt eadem.

Primo ratione sanguinis l. si quis à liberis §. si parens. Secundo debet considerari quantitas expensarum, si sit magna, an parua, considerata qualitate, & conditione impendentis l. vtrum de donat. inter vir. & vxo. doct. in l alimenta C. de donatio. Tertio lapsus temporis, & ratio: sæpius data l. proculá ff. de pbatio. Ex quibus possunt capi veræ, & debitæ coniecturæ in dubio, & propterea his deficientibus Franc.Bursa. di-
18 xit, quod remictitur iudicis arbitrio, † vt ibi docte per eum, & hoc voluit simpliciter in dict.l.si paterno. Card.Alban. in scholijs ad Bart. sequendo simpliciter summarium, & Bart. doctrinam, quod in dubio videtur, φ vitricus donauit, & non animo repetendi. & ideo Io.Ponta in tract. de alim.in cap.20. nume.1.colum.4. in tom.tracta.8.par.1. in fol.455. dixit, quod vitricus alens priuignum, tunc expensas recuperat, quando cũ
19 protestatione dederit, † alias nullo modo repetat, vt per eum in rub.de rep.alimentorum. Hoc voluit etiam Bertachinus in verbo vitricus, dum dixit, vitricus expendẽs pro priuignis repetit si constet animo repetendi modis quos ponit Bart.in d.l. si paterno. Et ita determinaui Andriæ in fauorem pupille, & partes se quieuere ad Dei laudẽ.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Vxor, & filij dotem à dotantibus recuperare non possunt sine cessione, & quomodo procedit.

SVMMARIVM.

1 *Actio exigendi dotem spectat ad maritum.*
2 *Cessio debet intentari contra cessum tantum, & non alios.*
3 *Verba assertiua restringuntur ad dispositiua.*
4 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
5 *Andriæ consuetudinis bona dotalia vadunt ad filios ætatis annorum 18. nullo vsufructu à patre retento.*
6 *Filius dicitur verus dominus bonorũ dotaliũ.*
7 *Pater cogitur cedere exactionem prędictam dotium.*
8 *Pater cogitur cedere contra omnes, & non vnum tantum.*
9 *Filij existentes, dotalia bona ad eos restitui debent.*
10 *Pater consentiendo filio. vt dotes à dotantibus exigat, & videtur cedere absque expressa cessione.*
11 *Error Notarij non nocet parti.*
12 *Videtur expressum omne, quod exprimi debet licet non in contractu exprimatur.*

DETERMINATIO CLXIV.

MATRIMONIVM inter magnificum Fabium Sperandeo Ciuitatis Venusij cum magnifi.---- de Excelsis Ciuitatis Andriæ contractum fuit, cuius contemplatione fuerunt pro dote ducati octingenti promissi, non autẽ soluti, ex quo matrimonio procreatus extitit magnif. Tiberius. qui mortua matre, & ætatis annorũ viginti mediante cessione habita à patre cõtra dotantes pro recuperatione dictorũ ducatorũ octingẽtorũ dotalium in eadem Curia Andriæ egit. pro eius parte dicebatur, quod licet regula sit, quod actio dotis promissæ exigendi spectat ad patrẽ, non ad mu-
1 lierem, seu filios. † Ita est text. ad literam l.si pater alias si pro te pater C. de dot. promiss. vbi scrib.& est tex. l.si socer à genero § Lutius ff solu.matr. & plenè per Ill. Vincen.de Frãch.in decis.33.in 1.par.& Vinc.de Ann. ĩ alleg.29.& Affl.ĩ dec.323.incip. Mich.n.2.

His veris ex quo actio à patre est cessa contra vnum promictentem tantum, ergo contra prædictum in obligatione contentum, quia iudicium intelligitur actum
2 cum in-- in stipulatione, contra quẽ stat † l.

 quic-

quicquid astringendæ ff. de verb.oblig.& licet in dicta stipulatione adsint quædam verba assertiua mentionem facientia de alio dotante, quod in casu isto illa verba assertiua restringuntur tantummodo ad dispositiua
3 † l.in summa ff. de re iudic. l. asse toto ff.de hær.insti. cum ergo cessio fuit contra vnum restricta, contra ipsum enunciatiua restringi debet illa ratione, quia inclusio vnius est
4 exclusio alterius, † vt notatur in princ.inst. de his, qui sunt sui, vel alien.iur. & hac de causa dicebat Excellens Fabritius Quartus Aduocatus, & Hercle iuuenis peritissimus, quod filius iste sine actione egit.

Filius asserebat rectè egisse his rationibus & primò capitula matrimonialia fuerunt contracta, & stipulata in ciuitate Andriæ in qua sunt consuetu ines in scriptis redactæ, quod existente filio in ætate 18. annorum, quod bona dotalia materna vadant ad filiũ, & pater cogitur restituere bona prædicta
5 nullo vsufructu per patrem retento † contra dispositionem l.finalis C. de bon mat.er-
6 go ipse filius dicitur verus dominus.† si Dominus ergo potest agere contra promittentes ex persona propria & sic per statutum ipsum videtur limitata d.l.si pro te pater. Sequitur quod iuditium ceptum cõtra dotantem nõ cessum sit rectè agitatum per prædicta.

Ad prædicta corroboranda adducitur alia vrgens ratio, & dicitur q. pater non potest negare fil o cessionem, & sic de necessitate
7 cedere debet. Ita † est text.in l si vxor § Lutius. vbi Decius. ff. soluto matrimonio, frustra est igitur quærendum si pater potest cõtra vnum cedere, & contra alterum non,
8 † quia si negasset maximè quia nihil ei quæritur potuisset cogi ad cedendum. Ita in terminis declarat Deci.in auth.quod locum C. de collatio ergo &c.

Tertio, & fortius dicit filius, quod in capitulis matrimonialibus est aliud pactum, quod moriente filia sine filijs dos reuertere tur ad dotantem, ergo à cõtrario sensu moriente cum filiis, filij debent habere prædicta bona, & ad ipsos exigendi dotes ius spe
9 ctat † ita videtur tex. in l.inter socerum §. cum inter ff. de pact.dotal. & voluit Bart. in l.si cum dotem in prin.quem ibi sequitur Alex ff.solu matrim.

Quarta adducitur consideratio, quod pater in cessione prædicta non solum cedit actiones exigendi dotes, sed etiam omnem consensum præstitit constituensq; procuratorem in rem propriam, ac dando ei omnimodam potestatem, per quem consensum pater videtur esse contentus, quod pro restituenda dote prædicta, filius agere posset
10 contra quoscunque † ita in proprijs terminis consuluit Ruy.in consil. 163.nume.8.9. & 10 in 4.volum.

Quinta potest esse consideratio. Nam vt diximus per verba prædicta videtur cessa omnis actio contra omnes. Vt iam vltimo loco declarauit dicẽs, actionem cessisse contra omnes, licet Notarius contra vnum posuerit ex errore, quia error non debet noce-
11 re contrahentibus † l.ex errore C.de testa.

Et sic ad conualidandum iuditium debet considerari regula illa,quod intelligitur expressum omne illud in cessione aliqua,quod verisimiliter respondisse videtur disponens
12 tempore stipulationis, seu dispositionis† ita est text.in l. tale pactum ff.de pact. quamuis dubitetur si in contractu habet locum regula prædicta, vt est videre in præsenti materia Menoch. in consilio 172. volum. 2. & iusta not, in l.fin.vbi Bart. Bald. & Ange. ff. de hæred. instit. Gramma. in decisio.106. nume 8.

Quibus sic stantibus patet ad contraria obiecta responsio, & ex prædictis determinaui contra, etiam in cessione non nominatum, & in fauorem dicti filij, cui sententiæ partes omnes quieuere in ciuitate Andriæ ad Dei laudem Anno prædicto 1592.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulier pro fame rem dotalem vendere potest maximè tempore famis, vt est in hoc anno 1592. & 1593.

SVMMARIVM.

1 *RES dotalis constante matrimonio restitui non debet.*
2 *Mulier in dote sibi præiudicare non potest.*
3 *Maritus, & vxor possunt alienare rem dotalem pro alendis liberis, vel à carceribus l berет.*
4 *Vt redimat maritum ab excommunicatione.*
5 *Vt redimat maritum à banno.*

DETERMINATIO CLXV.

IN eadem Curia Ciuitatis Andriæ in hoc anno famis 1592. sæpè dubitatum fuit, vtrum

virum mulier pro alendo se, & filijs, ac recuperandi maritum à carceribus sic licite potest ei concedi licentia vendendi rem aliquã dotalem. ergo determinaui, quod sic, motus ex infrascriptis iuribus, & primò.

1 Regula est, quod dos constante matrimonio restitui non debet † l. 1. C. si dos consta. matrim. nec mulier in dote potest sibi præ-
2 iudicare † l. de die, & l. Attilicinus ff. de pact. dotal.

Prædicta regula fallit in casibus prædictis. Nam dos per maritum, vel per vxorem potest expendi, vt parentes, vel filios ex alio matrimonio alat, vel vt ab hostibus, vel à
3 carceribus redimat. † Aut ex alia simili iusta causa. Ita est tex. in l. quamuis, & l. mutus §. manente ff. de iur. dot.

Idem etiam dicitur, vt redimat maritum
4 ab excommunicatione † arg. d. l. quamuis, & in hoc casu, ita consuluit Carol. Ruyn. in consi. 4. incip. ponderatis num. 3. volum. 5. vbi etiam concludit, quod procedit quoque vt
5 redimat maritum à banno † ibidem num. 4. Et ita determinaui pluries ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. D.

ARGVMENTVM.

Bigamus punitur per iudicem laicum, & pœna est triremis.

SVMMARIVM.

1 *Ad matrimonium conualidandum procedere debent tres monitiones.*
2 *Quæstio iuris an sit matrimonium, spectat ad Ecclesiam.*
3 *Causa matrimonialis, siue principaliter, siue incidenter ventiletur Ecclesiæ remittenda est.*
4 *Tex. non distinguens. necnos distinguere debemus.*
5 *Tex. generaliter loquens, sic debet intelligi.*
6 *Quos Deus coniunxit homo non separet.*
7 *Si est, vel non est matrimoniũ, Vicarius Dei cognoscere debet.*
8 *Iudex laicus ad cognoscẽdum causa spirituali est incapax.*
9 *Causæ merè spirituales per laicos cognosci nõ debent.*
10 *Factum non certum, & quando non controuertitur, potest cognosci per laicum; secus econtra.*
11 *Quæstio si iuris est, vel facti, si dubitatur remittitur ad Episcopum.*
12 *Dicens causas spirituales ad Episcopum non spectare est anathema.*
13 *Matrimonium est vnum de Septem Sacramentis Ecclesiæ.*
14 *Iudex secularis de re spirituali cognoscere non potest.*
14 *Matrimonium contractum sine sollemnitatibus Ecclesiæ, dicitur clandestinum.*
16 *Matrimonium clandestinum pluribus modis consideratur.*
17 *Iudici pedaneo incidenter permittitur cognoscere de re maiori.*
18 *Quæstio facti cognoscitur per iudicẽ secularẽ.*
19 *Instrumenta publica factum faciunt certum.*
20 *Dicitur manifestum. quod per publicum instrumentum probatur.*
21 *Iudex secularis de quæstione matrimonij debet cognoscere, & quando.*
22 *Duas vxores eodem tempore habere nõ licet.*
23 *Duas vxores eodem tempore habere, est cõtra legem naturalem.*
24 *Duas vxores, eodem tempore capiens pæna capitali punitur.*
25 *Habens duas vxores pæna infamiæ tenetur.*
26 *Capiens duas vxores pena stupri tenetur.*
27 *Opi. Lod. non communiter recipitur.*
28 *Inquisitores quomodo plebeios puniunt.*
29 *Habẽs duas vxores, ad triremes cõdemnatur.*

DETERMINATIO CLXVI.

BIGAMIAM commisit Ant. Vesa de Gagliano ad querelam honestæ mulieris Menseæ Schiordiceæ, cum qua contraxit secundum matrimonium, stipulãdo capitula matrimonialia, & carnaliter eam cognoscẽdo, fuit à Reuer. Episcopo petita remissio ad ei⁹ tribunal, ex quo per dictum negatur secundum matrimoniũ, & allegat ipsum nullũ, maximè quia in maiori Ecclesia tres monitiones iuxta for-
1 mã S. C. factæ nõ fuere, † & ppea si est, vel nõ
2 est mřimoniũ, spectat hæc cognitio ad Epm. Hac de causa prima est puidendũ, an dicta remissio fieri debet, secũdò qua pæna teneat. Ad primum pro parte Reu. Epi dicebatur, qd causa matrimonij, siue principaliter, siue incidenter ventiletur, ad iudicẽ Ecclesiasti-
3 cum remictenda est. † Ita prouisum in c. tuã de ord. cog. extra. & cap. lator, qui filij sint legitimi. Non distingnunt dicti text. nec nos
4 distinguere debem⁹ † l. de pretio ff. ad publiciana, & qa generaliter loquuntur, sic generaliter debẽt interpretari, † & intelligi l. 1. §. 5 gñaliter ff. de leg. prestan. & hãc partẽ tenẽt primo glo. in d. c. tuã, & Inno. ibidẽ illud idẽ

confirmat asserens hoc esse illa ratione, quia
quos Deus coniunxit homo non separet,
6 † & propterea si fuit, vel non fuit matrimo-
nium, non homo, sed solus Dei Vicarius iu-
7 dicare debet, † & hoc voluit etiam Abb.
antiq. in d. cap. tuam. Vbi etiam Card. Za-
barell. & Io. Andr. post Hostien. in eod. cap.
& in cap. fi. de for. comp. in 6. & in cap. cum
contingat de offic. deleg. extra, & Pet. de An-
char. in prælleg cap. tuam. Rationem as-
signat, quia iudex laicus ad cognoscendum
de causa matrimonij est incapax, & inhabi-
8 lis, † & Domin. de Sancta Geminia in cap. 1.
de vsur. in 6. illud affirmat Fely. sequitur in
cap. cum sit generale in 3. col. versi. secunda
declaratio nume. 6. post Abb. in d. cap. tuam,
& Henric. Boic. vbi dixit, quod causæ merè
spirituales per iudices seculares nullo mo-
9 do tractari possunt, † & illud Imo. sequitur
* dicens, quod hæc opi. * seruatur in pract. &
in d. cap. cum sit generale, maxime dicit ip-
se, quando factum controuertitur, & factum
10 non est certum, † quod voluit idem Ancha.
in d. cap tuam.

Et nostri ciuilistæ, vt fuit Bart. in l. Titia
ff. solu. matrim. illud videtur fateri, dum di-
cit, quod quando dubitatur, remictitur ad
11 Ecclesiasticum iudicem † illud idem dixit
Bald. in ead. l. & in d. cap. tuam, & in l. omni
innouatione C. de Sacros. Eccl. & in l. filium
ff de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & Ang.
in l. quotiens C. de iudi. vbi firmauit opin.
hanc dicens quod ita practicatur, & in l. 2.
ff. de iur. om. iud. Roman. in ead. l. Titia, &
Alber. in d. l. quotiens, vbi dixit, quod vo-
lentes Canonistæ dominari, iura arbitraria
in eius fauorem fecerunt. Corroborauerunt
Pau. de Castr. in consil. 2. in 2. volum. vbi de-
clarat quando dicitur quæstio iuris, & quan
do facti, & Fulgos. in consil. 133. & Feder. in
consil. 336. Lapus in alleg. 56. Andr. de Iser.
in tit. quæ sint regalia in verbo (& contra-
hentium incestas nuptias) in cap. & Ca-
pic. in decis. 7. & Dominus Viu. in eius vber-
rima Silua comm. opin. in 3. lib. in opi. 1057.
incip. vxores duas, & firmauit Illust. de Fran-
ch. Vincentius in decis. 52. incip. Domina
Catherina, illa potissima ratione, quia qui
dixerit causas matrimoniales ad iudices Ec-
12 clesiasticos non spectare, anathema est, † vt
decernit Sancta Synodus Tridentina in Sess.
24. sub rubr. de Sacramen. matrimon. Cano.
12. cum ergo matrimonium sit vnum de se-
13 ptem † Sacramentis Eccles. vt est tex. in cap.
debitum de bigamis, & glo. declarat in cap.
fin. de translat. Episcopi: sequitur, quod iu-
dex laicus de re spirituali cognoscere nō po-
14 test: † ita notatur in cap. decernimus, & in
alijs allegatis capitulis: & Corse. in reperto.
in verbo matrimonium. in litera M. versic.
matrimonialis causa.

Tanto magis, quia istud secundum ma-
trimonium dicitur esse contractum sine sol-
15 lemnitatibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, † &
propterea clandestinum dicitur, ita explanat
Innocen. & ab alijs notatur in cap. cum in-
hibitio in glo. in verbo (clandestina) extra.
de cland. disp. ositione, & in cap. aliter 30.
quæst. 5. quod matrimonium clandestinum
16 pluribus modis consideratur. † Primò quā-
do testes non sunt adhibiti, vt in cap. 2. de
cland. dispens. 2. quoties trinæ monitiones
futuri matrimonij palam in Ecclesia factæ
non sunt cap. vlt. eod. nisi ordinarius iudica-
uerit expedire cum synodus suo arbitrio re-
mictit, in sess. 24. in ca. 1. Tertio modo
dicitur Clandestinum quādo alijs iuris sol-
lemnitatibus caret, vt in d. cap. aliter, & in
dict. Sacri Concil. Trident. in vlt. Sessio. vel
dicitur Clandestinum, quando publicè non
contrahitur & multitudo fidelium non no-
uit, secundum Bart. & Ang. in l. 2. C. de his,
qui ex publicis rationibus lib. 10. vel quia
non fuerunt vocati affines, & per Oldrad.
in consil. 156. & Ruyn. in consil. 159. Anto.
Guber in tracta. de sponsal. in rubr. de nupt.
cland. num. 119. cum duob. sequent. & Luca
de Penn. in d. l. 2. vbi declarat, quod illud di-
citur occultè fieri, quod fit sine auctoritate
eius, qui concedere potest, vel quando om-
mictitur sollemnitas, quæ consuetudine in-
troducta est, vel quando non venit ad noti-
tiam eius, cuius scire interest tali enim casu
potius adulterium, stuprum, vel fornicatio-
nes nuncupantur, & non solum de iure Ca-
no. sed de iure ciuili reprobantur, vt notatur
in l. fin. vbi Bart. ff. de rit. nupt. & in dict. l. 2.
cum igitur istud matrimonium dicatur clā-
destinum, & de facto plenè non liqueat,
meritò oportet, vt ad iuris recurramus in-
terpretationem, & glo. in dict. cap. aliter: in
verbo contubernia, dixit, quod potius præ-
sumitur in tali casu fornicatio, quam matri-
monium, & propterea est dicendum, quod
est quæstio iuris. Ergo remictenda: & quod
clandestinum dicitur matrimonium quan-
do fit contra prohibitionem. Ecclesiæ gene-
ralem declarat Corsat. in reper. Abb. in lite-
ra C. in verbo. clandestinum in versic. penul.
nupt. clandestinum matrimonium dicitur.

Pro parte nostræ Curiæ opponebatur, quod
judici pedaneo incidenter permictitur co-
gno-

17 gnoscere de causa maiori. † Ita procedit al-
leg. text. in l. quoties C. de iudi. & propterea
Docto. vno ore fatentur, quod quando est
quæstio facti, tunc cognitio ad iudicem sæ-
18 cularem pertinet, † ita clarui Bart. in dicta
l. Titia, & in d. l. omni innouatione, vbi Ale-
xan. & Ias. in d. l. quoties intrepidè affirmant
hanc Bart. opin. esse communem. Salyc. in
d. l. quoties, & ante alios Dominus Cyn. in
d. l. Titia Pau. Castren. Ant. de Butr. in d. cap.
tuam, & Deci. in cap. 2. de iud. extra, post
longam disputationem aperit hæc esse com-
munem dispositionem doctorum.

In casu isto per instrumenta publica ap-
paret mediante eorum consensu matrimo-
19 nium esse certum, † & deinde per carnis co-
pulam consummatum, & quod non aliter
conuertitur. Cum instrumenta publica fa-
ctum faciant certum per no. per Bald. in d. l.
quoties, & in l. interest C. de solutio. & Bar.
in l. 3. C. de oper. nou. nuntia. in 2. col. num.
dixit, quod illud dicitur manifestum, quod
20 per publicam scripturam probatur, † &
propterea determinaui in isto puncto causam
non esse remittendam.

Ad contraria vnico verbo respondetur,
procedunt, quando quæstio est iuris, & non
facti, vel secundo quando factum non esset
certum, & controuerteretur, & ita post
scripta reperij tenere Cardin. Put. in decis.
361. incip. fuit dubitatum 30. Octobris nu-
me. 5 & 6.

Ita quod Iudex secularis debet de hoc cri-
21 mine cognoscere. † voluit Cassiadorus in
lib. var. resol. asserens, quod Actalaricus Go-
thorum Rex. Hanc legem tulit. ipsum re-
fert Iacob. Simanca in tracta. de Captho. in-
stitu. in tit. 40. sub rubr. de matr. nume. 1. in
tom. tract. 11. pars 2. & voluit Arnal. Alber.
in tracta. de agnosc. assertio. hæretico. quæ-
stio. 23. num. 15. colum. 4. in tom. tracta. 11.
pars 2. vbi multa refert.

Nimirum, quia duas vxores eodem tem-
22 pore habere non licet † per tex. cap. gaude-
mus de diuortio. & in cap. ex parte el 2. de
conuers. coniug. extra, & in Genesi in cap. 2.
legitur, adhærebit vxori suæ, & non dixit
vxoribus, & quamuis aliquos legatur plures
habuisse. Aut fuit ex reuelatione diuina, aut
causa voluptatis, vt legitur de Lamech: vt
explanat Io. Lupus. in tract. de matrim. ele-
gitimatione, in princ. in versi. quæ sint bo-
na. num. 20. in tom. tracta. 9. quia duas vxo-
res eodem tempore habere est contra legem
23 naturalem, † vt per Arnal. in citato loco, &
voluit Barthol. de Spina in tracta. de potest.
Papæ. versic. quæritur nume. 33. & 82. in
tom. tract. 13. par. 1. & dicit quod nunquam
habere licuit in nu. 83. Imo secundum Bo-
nauenturam legitur, quod cótra legem na-
turalem est plures vxores habere. Et Couar.
in tracta. matrim. in 2. par. in cap. 7 in § ter-
tius num. 1. & seq. & Natta in consil. 421.
num. 2. volum. 2.

Ad secundum principale caput dicitur,
quod iste duas vxores eodem tempore simul
24 habuit, pena capitis puniri debet, † ita vo-
luit Lodou. Roma. in sing. 532. incip. tu scis,
quæ sit pena, & exorditur Gram. in voto 17.
Reperij Ant. Guber. Costant. in tract. de ma-
trim. in rub. quid sit matrimonium in nu. 9.
in tom. tract. 9. dicétem, quod Senatus Tho-
losan. suspendit Iacobum Segonium, quia
duas vxores eodem tempore habuit.

Alexan. in consil. 165. vol 7. contrarium
25 tenuit quod tenetur pena infamiæ † per tex.
l. eum, qui duas, & in cap. nuper de Bigamis
extra, & Dom Couarru. in cap 7 § 3 de spó-
sal. in num. 6. in 2. par. dixit idem ponderan-
do glo. in d. l. eum. in verbo (infertur) &
26 quod tenetur pena stupri, † quæ in perso-
nis honestis est ammissio dimidiæ partis bo-
norum. in vilibus est verberatio cum quin-
quennij relegatione, per text. § secundi in-
sti. de publi. iud. voluit Hostien. in rubr. de
stup. § qualiter. Et voluit Ang. in tract. ma-
lef. in verbo (che m'hai adulterato la mia
Donna) num 65. vbi August. add. vbi refert
* hanc esse communem opin. *. & voluit Boss.
in tit. de coitu damna. num. 78. & Franc. Vi-
uii. in tract. comm. opin. in opin. 1057. incip.
vxores duas, & Iul. Clar. in § fornicatio. in
versic. dicitur etiam, & Petr. Ficcard. in rub.
de clari. coniugat. num. 38. vbi testatur hanc
* opin. communem esse, * & ita testatur com-
munem Gomes. super l. 80. Tauri. num. 27.
in tom. tract. comm. opin. 1. & ibidem Bona-
cossa declarat, quis sit verus Bigamus num.
39. & in num. 40. declarat, quod vbi matri-
monium non subsit. non dicitur bigamus,
vt ibi per eum.

Ad contraria respondetur, quod opi. Lo-
do. & aliorum non est communiter recepta:
27 † ad Gram. respondetur quod ideo ille fuit
punitus pena capitis, quia septem vxores eo-
dem tempore simul habebat, & propter fre-
quentiam delinquendi fuit furcis suspensus,
& ideo Iacobus Simancus in tracta. alleg. de
Capthol. inst. in tit. 40. in num. 6. dixit, quod
28 inquisitores solent punire plebeios, † tradé-
29 do eos ad publicum spectaculum, † & de-
inde ad triremes ad quinquennium códem-
nare,

Digitized by Google

nare, parte dimidia etiam bonorum publicata. Et Bermond.Couerius in tract.de concubi.in verbo monemus omnes laicos in tomo tracta.11.par.1.in num.3.dixit, quod in isto casu pęna mortis non reperitur specificata, & sic pęna poterit esse arbitraria secundum qualitatem personarum,& Menoch.in consi.446.num.10.volum.5.

Ex quibus omnibus rectè pensatis,& ponderatis condemnaui dictum Antonium de Vesa Bigamum ad seruiendum Regijs triremibus per trienniũ, cui sententiæ ipse quieuit, & hodie ad seruiendum reperitur. Andriæ sub anno 1592. ad Dei laudem.

Et in anno 1601. alterum, qui vnam vxorem habuit Casamaximæ secundam in ciuitate Brundisij, similiter ad triremes per triennium condemnaui. In Anno 1598.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGUMENTUM.

Iuramentum suppletorium quando dari debet.

SUMMARIUM.

1 *In dubio, reo datur iuramentum suppletorium ad expurgandum.*
2 *Confessio extraiudicialis absente parte, per duos testes contestes, probari debet.*
3 *Confessio quando dicitur per singulares testes probata.*
4 *Opi. Pauli declaratur reprobata.*
5 *Confessio quando inducit obligationem, non probat.*
6 *Iuramentũ suppletorium potest peti post publicatum ante conclusionem.*
7 *Iuramentum suppletorium post conclusum in causis summarijs dari debet.*
8 *Testes concordantes in quantitate probant.*
9 *Testis solus deponens de confessione absente parte, semiplenè probat.*
10 *Interest probare debitum, & probare confessionem.*
11 *Iuramentum in causa parua, debet dari.*

DETERMINATIO CLXVII.

CONFESSUS extra iuditiũ fuit in pręsentia vnius,& parte absente. Berardinus de S. Giorgio Ciuitatis Andriæ, quod habuerat ab Alfonso de Gurgo,& Ioanne de Cassano ducatos vigintiquatuor, sed quod ipse ab eisdem consequi debebat salarium laborũ suorum pro seruitijs pręstitis in Magazeno. Alio vero tempore idem debitor in alio loco, & coram alio singulari teste, idem fassus fuit. Et alius singularis testis deposuit, quod tempore, quo ludebat, pluribus vicibus dictos ducatos viginti quatuor à prædictis habuit, ipse manibus proprijs accipiendo, & idem ludenti consignasse, & agitata causa, facta publicatione, creditores petierunt ipsis deferri iuramentum suppletorium.

Dicebat namq; reus, quod iuramentum post publicationem in supplementum peti non potuerat. Secundo dicebat, quod per depositiones testium singulariũ nulla est inducta probatio, non solum nõ plena, sed nec semiplena, vulgatis iuribus.

Ita quod in isto casu potius esset dandum iuramentum ipsi nobili, & reo, quam prædictis actoribus vilibus, illa potissima ratione, quia quando casus est dubius, & sunt præsumptiones, & coniecturæ, quæ facerent minus, quam semiplenam probationem, quod tali casu iuramentum est reo ferendum ad se
1 expurgandum, † ita est tex. in cap.fi. §. sanè de iur.iur.extra, vbi Abb.in 3.quæst nu.4.& Ang.in § si non vsufructu in fin. in Auth. de nup. & prædicta videtur esse de mente Bar. in l.admonendi in versic. videnda sunt ergo exempla num.12.& sequitur ibi Card. Alb. in num.11.vbi accuratè.

Prætereà, & secundo dicebatur, quod cõfessio extraiudicialis facta, parte absente, ad hoc, vt semiplenè probet, necesse est, vt pro-
2 betur per duos testes contestes † secundum Bar.in d l.admonendi in 13.col.dum allegat l.5.ff.de adult.& tex.cap.fi.de succ.ab intest. & Fely.hoc dicit in cap.si cautio de fid.instr. Nam debet probari per duos testes cõcordes de loco, & tempore. Ita glo.in l.fin. C.famil.ercisc.& Cyn.in l.generaliter C. de non num.pecun.

In tantum, quod si ista confessio probaretur per vnum testem, in vno loco, & per alium, in alio loco & in diuerso tempore, hęc confessio sic probata diceretur probata per
3 testes singulares, † & sic, nec semiplenè probaretur. Ita Ant.de Butr.in cap.licet ex quadam penult colum.versic.& pro hoc deciditur quæstio & ita voluit Alexan.in consil. 72.in 3.colum. in 1.volum. & Afflict.in decis.364.fuit decisum, vbi dicit, quod opinio Pau.de Castr. qui tenebat modo, quo supra
4 reprobatam esse, † & Mascard. in tract. de probatio.in conclus.179.num.6.1.volum.

Tertio dicebatur, quod dato, quod confessio probaretur, est aduertendum, quia sumus in confessione, quæ inducit obligatio-

nem.

Digitized by Google

nem, & quando sumus in confessione prædicta, etiam si probaretur, non probat, † neque plenè, neque semiplenè secundum Bal. in Salyc. in l. bonæfidei C. de iur. iur & in d. cap. si cautio. ibi glo. l. faciat inditium l. capite quinto ff. de adult. est videre Afflic. in decis. 375.

5 (margin number beside "dicta, etiam si probaretur")

Pro parte contraria dicebatur, quod iuramētum suppletiuum potest peti post publi-
6 cationem ante tamen conclusionem. † Ita se
* habet communis opi.* refert Mascar. in tracta. de probat. in q 9 num. 27. 1. vol. & Alexan. in consi. 53 num. 2.

Imo in causis summarijs etiam post cōc'u-
7 sum iuramentū debere cōcedi ait, † ita Rob. Maran. in 4 par. suæ praxis. in 9 dist. nu. 3c. per Doct. Cardin. in Clemen. sæpè § & quia in 4. opposi. & Felyn. in cap. cum Ioannes: de fide instrum. & ante eum ibi Abb. Lodou. Rom. in consil. 176. & nouiter decisum refert Pedamon. in decis. 93. vbi declarat, quod etiam post conclusum iuramentum prædictum deferri debet.

Secundo dicebatur, quod testes eorum licet non concordent de loco, concordant de
8 quantitate, † & sic resultat doctri. Pau. de Castr. in consil 296. num. 3. 1. volum & Bal. in consil. 446. in 4 parte, & Corn. in consil. 211. in versic. nec obstat iuramentum volum. 3. vbi dicitur, quod coniunguntur ad faciendam semiplenam probationem.

Immo solus testis deponens de confessione extraiudiciali parte præsente, facit semi-
9 plenam probationem. † Ita tenet Ruyn. in consil. 72. nume. 4. volum. 4. vbi dicit. Nam confessio, quando per duos testes probatur, facta in præsentia partis plenè probat l. publia §. fi. ff. depo. fit. & l. generaliter C. de non nume. pecun. sic si probetur per vnum testē, tantum facit semiplenam probationem, ita etiam Pau. de Castr. in consil. 280. Viso processu. & in consil. 333. incip. visa petitione volum. 1. & hanc partem quod quando probatur confessio facta parte præsente per vnū testem, faciat semiplenam probationem. Sequitur idem Ioseph. Mascard. in dict. tracta. de probatio. in cōclus. 179. num. 18. 1. vol.

Dicebatur etiā, quod isti testes sunt pro-
10 ducti ad probandum debitum, † & nō confessionē, ita quod Ioseph. testis dicit se portasse pecuniam mutuo dicto San Georgio. Alij deponunt, quod ipse confessus est se dare debere: in isto casu eorum singularitas respectu confessionis non curatur, sed attenditur probatio facti, & isto casu probant debitum prædictum. Ita Pau. in d. consil. 380. nume. 7. Marian Socyn. consil. 99. nume. 15. volum. 2. & Mascard. in alleg. conclus. nume. 17. & in hac materia, & quando causa est magna, vel parua & vtrum iuramentum
11 dari debeat. † Deci. consil. 76. & Crauett. in consil. 198. nume. 19. & in tracta. de antiq. temp. in par. ---- & Viuli. ad Afflict. in decisio. 364.

Ex quibus omnibus declaraui dictis actoribus iuramentum esse deferendum, prout iam latum fuit in anno 1592. Andriæ, & sic exequutum ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Vulnerantes pena manus puniuntur, & quando tortus non confessus liberatur sub cautione de se præsentandi nouis inditys superuenientibus.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiuditialis inditiat.*
2 *Vulnerantes deliberato animo: omnes puniuntur insolidum.*
3 *Testes singulares non probant, neque inditiant.*
4 *Mandans, vt puniatur, debet prius constare de mandato legitimè.*
5 *De delicto si non constat ad torturam perueniri non debet.*
6 *Confessio extorta ex tortura indebita nulla est.*
7 *Nemo est Dominus membrorum suorum.*
8 *Vulnerans quilibet tenetur de vulnere suo.*
9 *Affectus non punitur non sequuto effectu.*
10 *Vulnerans in Regno est pena manus, & quando.*
11 *Manus illa truncari debet, quacum percussit.*
1 *Manus pena limitatio declaratur.*
13 *Parte non concordata, pena manus in pecuniam conuertitur, & quando.*

DETERMINATIO CLXVIII.

AGGRESSI sunt Rentius della Canina, & Paulus de Campanile in via qua itur ad Sanctā Mariam, mulierem quandam Rosa-
tellam, quam in capite cum storta vulnerauit Rentius, & in coscia dextera. At Paulus in ventre; eaq; semiuiua relicta, fugerunt. tandem visi fuerunt, & sic conuicti, & remissionem habere nō valentes, cum in vltimo

to bene alla lettera, & caratteli, come quello che l'haue in prattica bene, & è stato molti anni con detto Iacouo Antonio, & l'ha visto molte volte scriuere.)

Apparet etiam, dictũ Camillũ, post mortem requisiuisse dictam clementiam, vt solueret dictas partitas, quæ respõdebat se velle preferri omnibus, respectu dotium maternarum, & lucrorum.

Ex quibus omnibus dicit d. Camillũ stare in probatis, & ex consequenti, quod debet obtinere † l. qui accusare C. de edend. cum simil.

1

Secundo, quia Apoca fuit scripta, & subscripta manu Iacobi Antonij, & licet aliæ duæ non sunt subscriptæ, sat est, quod sint scriptæ manu eius, quia probat. † Ita Pau. de Castr. in l. cum antiquitas C. de testam. num. 7.

2

Tertio dicitur, quod priuata scriptura nõ subscripta à parte, vel à testibus, semiplenã probationem inducit † secundum Bart. in l. admonendi ff. de iur. iur. & Anto. de Butr. in cap. fi. eod. tit. ita quod debet dari iuramentum suppletorium.

3

Et quado facit semiplenam. probatur sic primo ꝙ quando testes deponunt, ꝙ fuerũt præsentes fuit visa scribi, tunc plenè probat. † per tex. in § quis igitur in auth. de instr. caut. & fide, & in auth. si contractus C. de fid. instr. Bar. in l. nuda ratio ff. de dona Alex. in consil. 76. vol. 3. & in consil. 239. nume. 2. vol. 2. & in consi. 114. num. 3. vol. 7.

4

Nihilominus, quò ad semiplenam, sufficit, quod testes dicant, quod dicta scriptura est manu d. Iacobi scribentis, † quia notitiam habet de scripturis manu eius scriptis, facta comparatione cũ alijs scripturis manu scribentis.

5

Pro parte Clementiæ dicebatur, quod ad hoc, vt apoca probet necesse est, quod sit trino teste signata † l. scripturas. & quę ibi notant Doct. C. qui potiores in pig. hab. clarè Alex. in consi. 239. incip. ponderatis, nu. 5. 6. & 7. & seq. vol. 6. Gram. in decis. 84. num. 1. & 2.

6

Secundo oportet, quod testes dicãt, quod ipsi viderunt scribere illam apocam, & præsentes fuerunt † ita Socyn. Iun. in consil. 57. num. 18. vol. 2 Ruyn. consi. 61. num. 3. & consi. 64. num. 15 vol. 4.

7

Tertio requiritur, quod ipsi testes literam eorum cognoscant, & sic probata apoca, probationem plenam inducit. † Ita Hostien. Io. And. & Imo. in cap. 2. de fid. instru. dixerunt Cyn. in l. comparationes C. de fid. instr. Alex. in l. admonendi ff. de iur. iur. & Iacob. de San Georg. ibidem nume. 11. & Franc. de Aret. in consi. 64.

8

Quando vero apoca subscriptionem testium, vel partis, nõ habet, nihil probat, † ita inducitur text. in argumentum in l. instrumenta, & l. exemplo, & l. nuda C. de proba. & Hippol. de Marsil. in sing. 446. incip. latè dixi, & nouiter Mascard. in tract. probat. in conclus. 141. volum. 1. num. 1. Quæ conclusio procedit etiam si esset cum sigillo negantis. † Ita declarat Ias. in alleg. leg. admonendi. num. 91. Secus si esset cum sigillo publico, † ita Bald. in rubr. C. de fid. instrum. vel nisi esset apoca testatoris, † quæ probat debitorem soluisse contra pupillum arg. l. Lutius. §. tutelæ ff. de administr. tuto. l. creditorem. vbi Bald. C. de remiss. pig. & Maschard. in d. conclusione. vbi quotas allegat Io. de Amic. in consi. 25. num 24.

9

10

11

12

Requiritur etiam probatio testium, & comparatio † simul. ita Io. de Platea in l. inter cartulas C. de conue. fisci debito. lib 10. nume. 1. per Alexan. in d. l. admonendi. & Mascar in tract. prob. in conclu. 110. nu. 12. volum. 1. Sed, quia in Sacro Consilio fuit prouisum scripturam priuatam, à partibus, & à testibus non subscriptam nullam fidem facere. † teste Afflict. in decis. 81. Quæ S.C. decisio sequenda est. teste Decio in consil. 615. & explanat Card. Alb. ad lucubra. Bar. in d. l. admonendi num. 14. sic & in casu isto ad hoc comprobãdum dicitur sic, quod scriptura de per se sola semiplenam probationẽ non facit, immo nec aliquam præsumptionem secundum Bart. quem omnes sequũtur in d. l. admonendi, & per Cano. in d cap. 2. de fide instrum. ponderando ibi illa verba. (non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere,) ergò si nullam habet firmitatẽ, non potest argui, quod semiplenè probat, quia si haberet aliquam firmitatem ꝓbaret, ergo &c. sequitur, quod testes taliter examinati, nec plenè, nec semiplenè probant, ita Corn. in consi. 63. in 3. volum. Ratio est, quia testes per aliquem sensum corporeum non deponunt l. qui test. §. fin. de testam. & Socy. in consi. 164. in causa Dominæ Lisæ.

13

14

Quando igitur testes non fuisse præsentes deponunt, tunc nec semiplena probatio resultat, non obstante, quod deponerent de literarum comparatione. Ratio est, quod testes, qui dicũt, quod cognoscunt manus scribentis, ex eo quia habeant experientiam manus illius, & quia etiam viderũt eum sępius scribere. Isti nõ dicuntur testificari, sed indi-

Digitized by Google

15 iudicare, & hac de causa non probat † Cano. hoc dicunt in cap. cum causam de testi. extra.& Bar. in l. 1. C. de vsur.& Gramm.in decis.93.num.14.

Nec credendũ est testibus deponentibus de comparatione literarum, quia ad hoc,vt probent necesse est, vt eligãtur per iudicem periti, qui cum iuramento referant omnia iudici, vel hoc fieri debet ab ipso iudice.

16 † Ita loquuntur lex, cõparationes, & auth. d.si contractus. Cum igitur in casu nostro: testes non deposuerunt vidisse scribere secundum communem opin.* vt Alex.refert in consi.180.vol.4.& per Mascar.l.in cit.loco. Nec aliæ diuersæ scripturæ fuerũt præsentatæ,& cum eis facta comparatione,propterea dicitur quod Camillus non solũ plenè, sed nec semiplenè probauit. Ita in proprijs terminis consuluit Caro.Ruy. in consil.79.incip.quoad primum dubium à nu 1. vsque ad 5.& idem Caro. in consil.46. nume.4.volum.4.& Hippol.in sing.171.& in sing.436.Firmat Ias.in consi.129.per totum, & plenè in 1.tom.comm.opin.in rub.de tabellio.& fid.instr.à num.127.incip. Chyrographum vsq; ad num. 336. ad saturitatem Dom. Couarru. in lib.variar.resolut. pract. quæst.in cap.22. incip. quamuis public.instrum.sub rub.de fide, & autor.priuat. scriptu.& copiosè Illustriss. Dominus Viuius meus in Silua comm.opin.13. incip. Comparatio.num.3.4.& 5.lib.1.& Natta. in cõsil.632.nu.1.vol.3.& in nu.5. vbi declarat quomodo facienda est ista comparatio.

Et sic determinaui in fauorem dictæ Clementiæ, & Camillus videns se errasse, se quieuit, & paruit ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Vitricus alimenta facta priuignis, quando recuperat.

SVMMARIVM.

1 *Vitricus priuignã maritare non tenetur.*
2 *Vitricus dotans videtur gerere negotium priuignæ.*
3 *Mater non tenetur maritare filiam, nisi in subsidium.*
4 *Mater non tenetur dotare etiam si esset administratrix.*
5 *Mater dotans vltra facultates filiæ videtur dotare de suo.*
6 *Extraneus dotans.sine pacto donare videtur.*
7 *Mater fundum communem in dotem dãs, totum dare videtur (sine protestatione).*
8 *Curator dotãs vltra vires patrimonij adult. tenetur supplire de suo.*
9 *Frater consentiens dari in dotem rem communem, non habet Reg. contra fratrem.*
10 *Aliquis soluẽs p errorẽ pro dote,nõ repetit.*
11 *In dubio quilibet dotans vltra vires patrimo.puellæ, donare de suo videtur.*
12 *Extraneus in re dotali, & legans donat impensum, secus in marito.*
13 *Vitricus paterno affectu expẽdẽs nõ repetit.*
14 *In dubio priuignus debet hoc probare, & quando.*
15 *In dubio, quando videtur donare.*
16 *Ob seruitia equiualẽtia habita vitricus donare præsumitur.*
17 *Coniecturæ, quæ sunt consideranda, vt dicatur donasse.*
18 *Quando remittitur iudicis arbitrio.*
19 *Vitricus tunc repetit, quando cum protestatione dederit.*

DETERMINATIO CLXIII.

VICTRICVS Ioseph cum sua priuigna quęstionem habuit,ex eo, quod in domo dotali multas meliorationes fecit. Deinde cũ nuptuĩ priuignam tradidisset, prædictã domum cum omnibus membris in dotem eidem promisit, nulla reseruatione meliorationum facta, secundo nulla mentione de eis facta,& orta controuersia, victricus ipse meliorationes petebat. Secundo ab eadẽ priuigna alimenta sibi pręstita,pro tẽpore, quo in eius domo extitit postulabat. Et cũ quæstio de communi consensu decidenda commissa fuisset Eccellentibus viris Doctoribus Domino Iohanni Alfonso Cognitore, & Fabio de Viuo, necnõ & mihi de consensu ipsorum, onus scribendi ipsi impositum. Determinaui, vt infra.

Pro victrici parte dicebatur, ꝙ ad ipsum
1 onus dotandi non spectat,sed ad patrẽ † l. fi. C.de dot. promiss. & l. qui liberos ff. de rit. nup.& no.gl.in l.alia in verba auia C.de iu. dot.Alex.in consil.88. nu 3. vol. 6 vbi dicit hanc esse * communem opinionem, de qua plenè dixi in mea Deter. 9. Ergo Victricus ipse dotando, videtur negotium ipsius pri-
2 uignæ gerere,† & in dubio nemo præsumitur donare, l.cum de indebito ff.de----
3 Mater vero neq; nisi in subsidium,† vt in l.neque mater, & notatur in dict. l. fin. C.de dotis promiss.etiam conclusio hęc ampliat, si mater esset administratrix ipsiꝰ filię,
4 † quia si dotaret,in dubio diceret dotare de

bonis ipsius filiæ, & quatenus dotasset de proprio, videretur dare animo repetendi, vt per gloss. d.l.finalis. & in l. Nessenius C. de neg.gest.secus esset, si excederet, quia in il-
5 lo pluri videretur dare de suo, † & haberet locum lex vnica §.extraneum C.de rei vxo. actio. & est videre Io. Brunell. in tracta. de spon.& matrimonio. in cõcl. 7.in to.tract.9.

Ad hoc obiectum pro parte priuignæ dicitur, quod quando extraneus dotat, statim (si pactum aliquod nõ interponit,) videtur
6 dotare de suo, † & sic donare l. vni §. accedit C.de rei vx.actio.dotando igitur vitricus nulla protestatione facta dicitur donare per prædicta ergo &c.

In simili Bald.in d.l.fi. C.de dot.promiss. dixit, quod si mater habet fundum communem, & ipsa dotauerit eam, & promiserit fundum prædictum, in dubio non videtur promissa pars sola ipsius maritandæ, sed e-
7 tiam pars propria ipsius, † & hoc fauore dotis debebat ipsa se ꝓtestari, alias sibi imputetur, & hanc partem tenet Salyc. in d.l. fi.Campegg. q. 24. maximè quando non est negotiorum gestor, & quod procedat hoc in omni extraneo. ita tenet Bal.Nouell. in tracta.dot. in 6.par in 3.priuil nume. 16.ibid. (immo idem ferè dici potest in omni extraneo) ergo &c. & priuil.45.

Facit etiam. Nam si curator promisisset dotem pro sua adulta, plusquam non esset patrimonium adultæ, quod isto casu, tenetur supplere de suo,& fauore dotis, fallit re-
8 gula † d.l. cum de indebito ff. de probatio. & est contra verisimilem mẽtem curatoris. Ita Bald.Nouell.in eod tracta.& par 6. priuil.41. in fin. verbis. Ratio est, quia vir si non habuisset tantam promissionem, forsan non cõtraxisset, & sic introducitur ficta donatio.per text.l.cum post mortem §.1. ff.de admin.tut.

Ad idem facit tex. l.cum is §. si mea mulier ff. de cond.indeb.per hunc text. dicitur, quod si sunt duo fratres habentes bona cõmunia, & vnus habet filiam, & frater eam dotat, & alius frater consentit (dico de bonis communibus) quod isto casu, frater non potest repetere, sed videtur consentiẽdo do-
9 nare, † consuluit sic Pau.de Cast. & allegat etiam tex.l.si seruus communis:ff.de donat. inter virum, & vxo.Campegg. in quæst. 20. vbi habetur, quod si aliquis per errorẽ soluerit pro dote alicuius mulieris, & pro eo
10 datur cõdictio indebiti † toto tit.tamen: in casu dotis, nõ repetit,& sibi imputatur, qui debebat aduertere, & declarare ne effuso ser

mone caperetur. idem in priuil.44. Vnde licet in animo suo gessisset, quod ꝓmittebat suum tantum, & non ipsius. Sibi debet imputari, qui voluntas in mente retenta nihil prodest in actu, qui de sui natura ad alium sonat effectum l.si repetendi C. de cond. ob causam, & priuil.45.

Ad idem, & fortius diximus, ꝙ in dubio videtur, quod promittitur, donatũ videtur, & hoc procedit in quolibet administratore, quando promisit vltra vires patrimonij, & si dixisset promitto administratorio nomine, quia etiam tali casu videtur donasse, &
11 de suo tenetur. † text.est. in l. cum post.ff. de admi tuto. Idem in prin 45.

Ad idem videtur facere, nam si maritus fecit aliquas impẽsas in re dotali, si legauerit dotes, non videtur legare impẽsas, secus si essemus in extraneo, nam si extraneus fecisset impensas, & legaret dotem, videtur,&
12 legasse † impensas. tex.est in l.Meuio: §. a me ff.de leg. 2.& in priuil.13. 8.par.

Quoad secundum dicitur, quod vitricus expendens paterno affectu, non repetit
13 secus in gestorio nomine. † ita est tex. secundum Bald.& Alex.l.si paterno affectu C. de neg gest.

Sed dubium est, quando de dicto affectu paterno non constet, quid in dubio agendũ. glo.in ead. l.in verbo repetitur dicit, quod vitricus debet habere animum repetendi, vt puta facta protestatione, vel scripsisset in suo libro, quod priuignus meus debet mihi tot pro alimentis præstitis. vt Doct.asserũt in d. l.Nesentius ff eod.tit.sed ead.glo.dicit ibi, quod priuignus debet hoc probare,
14 † quod ei donauit. allegat text. eiusdem l. Nesentius. deinde soluendo dicit ibi, aut priuignis habet in eius seruitijs, aut non.
15 Primo casu præsumitur donasse 12. l. sed si vir §.fi.ff.de donat.inter virum, & vxorem.

Ex quibus accursij dictis. Doctores vidẽtur recolligere, quod in dubio, si nõ apparet de eius liberalitate, q præsumitur donasse quando priuigni stetissent in eius domo, & ei seruirent, qa eorum seruitia, facerent præsumere donationem. Hanc sententiã sequuti sunt Ruy.in consil.94.maximè in num.7. vol.5. & post eum abundanter more solito Fran:Burs.in cõsi.83.incip. veritate inhærẽdo vol.1.vbi dicit, qđ præsumitur animo dotandi propter seruitia equiualentia habitã:
16 † nihil ꝓtestatus fuit, æs alienũ non contraxit, tacuit ꝑ longũ tempus, & ex illa habitatione, & amore paterno, ac affectione domestica ꝑstitit cõputũ nu.— vel expẽsarũ rõnis

non

Digitized by Google

non retinuit, & alia concurrunt. Ex quibus præsumi solet arbitrio iudicis donata alimenta magis quam animo repetendi præsti-
15 ta.† alleg. Corn.in consil.257.num.10.volum.1.Alexan.consil.72.num.11.volum.2. & plenè per Menoch. in arb. iud. in centur. prima. Casu 85. nume.13. & 20 cum seq. lib.2.& Calcan.in consil.60.nume.12. &
* Bart.& omnes * communiter in d.l.si paterna. Ita idem Franc.Bursat. in eod.consil.83. nume.9 vol.1. & hanc conclusionem etiam videtur firmare. licet multum subtilizando discutiat Anton. Corduba. in rep.l.si quis à liberis in § si mater num. 16 ff.de lib.agnos. volum.2. multa bona ad propositum dicit, licet concludat, quod priuigni tenētur probare ex aliquibus verbis, vel alijs dictis vitricum non habuisse animum repetendi,& Iacob Philip. Port. tractando hāc materiam in consil.19. dicit quod vitricus semper videtur habuisse animum repetendi expensas factas in priuignos, potius quam donandi, deinde ipse allegat coniecturas, ex quibus potest præsumi donatio, & si penderentur sunt eadem.

Primo ratione sanguinis l. si quis à liberis §. si parens. Secundo debet cobsiderari quantitas expensarum, si sit magna, an parua, considerata qualitate, & conditione impendentis l. vtrum de donat. inter vir. & vxo.doct. in l alimenta C. de donatio. Tertio lapsus temporis, & ratio: sæpius data l. proculā ff. de pbatio. Ex quibus possunt capi veræ, & debitæ coniecturæ in dubio, & propterea his deficientibus Franc.Bursa. di-
18 xit,quod remictitur iudicis arbitrio,†vt ibi doctè per eum, & hoc voluit simpliciter in dict.l.si paterno. Card.Alban. in scholijs ad Bart. sequendo simpliciter summarium, & Bart. doctrinam, quod in dubio videtur, q vitricus donauit, & non animo repetendi. & ideo Io.Ponta in tract. de alim.in cap.20. nume.1.colum.4. in tom.tracta.8.par.1. in fol.455. dixit, quod vitricus alens priuignum, tunc expensas recuperat, quando cū
19 protestatione dederit,† alias nullo modo repetat, vt per eum in rub.de rep.alimentorum. Hoc voluit etiam Bertachinus in verbo vitricus, dum dixit, vitricus expendēs pro priuignis repetit si constet animo repetendi modis quos ponit Bart.in d.l. si paterno. Et ita determinaui Andriæ in fauorem pupille, & partes se quieuere ad Dei laudē.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Vxor, & filij dotem à dotantibus recuperare non possunt sine cessione, & quomodo procedit.

SVMMARIVM.

1 *Actio exigendi dotem spectat ad maritum.*
2 *Cessio debet intentari contra cessum tantum, & non alios.*
3 *Verba assertiua restringuntur ad dispositiua.*
4 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
5 *Andriæ consuetudinis bona dotalia vadunt ad filios ætatis annorum 18. nullo vsufructu à patre retento.*
6 *Filius dicitur verus dominus bonorū dotaliū.*
7 *Pater cogitur cedere exactionem prędictam dotium.*
8 *Pater cogitur cedere contra omnes, & non vnum tantum.*
9 *Filij existentes, dotalia bona ad eos restitui debent.*
10 *Pater consentiendo filio, vt dotes à dotantibus exigat, & videtur cedere absque expressa cessione.*
11 *Error Notarij non nocet parti.*
12 *Videtur expressum omne, quod exprimi debet licet non in contractu exprimatur.*

DETERMINATIO CLXIV.

MATRIMONIVM inter magnificum Fabium Sperandeo Ciuitatis Venusij cum magnifi.---- de Excelsis Ciuitatis Andriæ contractum fuit, cuius contemplatione fuerunt pro dote ducati octingenti promissi, non autē soluti, ex quo matrimonio procreatus extitit magnif. Tiberius. qui mortua matre, & ætatis annorū viginti mediante cessione habita à patre cōtra dotantes pro recuperatione dictorū ducatorū octingētorū dotalium in eadem Curia Andriæ egit. pro eius parte dicebatur, quod licet regula sit, quod actio dotis pro-
missæ exigendi spectat ad patrē,non ad mu-
1 lierem,seu filios.† Ita est text. ad literam l.si pater alias si pro te pater C. de dot. promiss. vbi scrib.& est tex. l.si socer à genero § Lutius ff solu.matr. & plenè per Il'. Vincen.de Frāch.in decis.33.in 1.par.& Vinc.de Ann. ī alleg.29.&Affl.ī dec.323.incip.Mich.n.2.

His veris ex quo actio à patre est cessa contra vnum promictentem tantum, ergo contra prædictum in obligatione contentum, quia iudicium intelligitur actum
2 cum in-- in stipulatione,contra quē stat † l.

Digitized by Google

quicquid astringendæ ff. de verb.oblig.& licet in dicta stipulatione adsint quædam verba assertiua mentionem facientia de alio dotante, quod in casu isto illa verba assertiua restringuntur tantummodo ad dispositiua
3 † l.in summa ff. de re iudic. l. asse toto ff.de hær.insti. cum ergo cessio fuit contra vnum restricta, contra ipsum enunciatiua restringi debet illa ratione, quia inclusio vnius est
4 exclusio alterius, † vt notatur in princ.inst. de his, qui sunt sui, vel alien.iur.& hac de causa dicebat Excellens Fabritius Quartus Aduocatus, & Hercle iuuenis peritissimus, quod filius iste sine actione egit.

Filius asserebat rectè egisse his rationibus & primò capitula matrimonialia fuerunt contracta, & stipulata in ciuitate Andriæ in qua sunt consuetu ines in scriptis redactæ, quod existente filio in ætate 18. annorum, quod bona dotalia materna vadant ad filiũ, & pater cogitur restituere bona prædicta
5 nullo vsufructu per patrem retento † contra dispositionem l.finalis C. de bon mat.er-
6 go ipse filius dicitur verus dominus. † si Dominus ergo potest agere contra promittentes ex persona propria. & sic per statutum ipsum videtur limitata d.l.si pro te pater. Sequitur quod iuditium ceptum cõtra dotantem nõn cessum sit rectè agitatum per prædicta.

Ad prædicta corroborranda adducitur alia vrgens ratio, & dicitur q. pater non potest negare filio cessionem, & sic de necessitate
7 cedere debet. Ita † est text.in l si vxor § Lucius: vbi Docto. ff soluto matrimonio, frustra est igitur quærendum si pater potest cõtra vnum cedere, & contra alterum non,
8 † quia si negasset maximè quia nihil ei quæritur potuisset cogi ad cedendum. Ita in terminis declarat Deci.in auth,quod locum C. de collatio ergo &c.

Tertio, & fortius dicit filius, quod in capitulis matrimonialibus est aliud pactum, quod moriente filia sine filijs dos reuertere tur ad dotantem, ergo à cõtrario sensu mo riente cum filiis, filij debent habere prædicta bona, & ad ipsos exigendi dotes ius spe
9 ctat † ita videtur tex. in l.inter socerum §. cum inter ff. de pact.dotal. & voluit Bart. in l.si cum dotem in prin.quem ibi sequitur Alex ff.solu matrim.

Quarta adducitur consideratio, quod pater in cessione prædicta non solum cedit actiones exigendi dotes, sed etiam omnem consensum præstitit constituensq; procuratorem in rem propriam, ac dando ei omnimodam potestatem. per quem consensum pater videtur esse contentus, quod pro restituenda dote prædicta, filius agere posset
10 contra quoscunque † ita in proprijs terminis consuluit Ruy.in consil. 163.nume.8.9. & 10 in 4. volum.

Quinta potest esse consideratio. Nam vt diximus per verba prædicta videtur cessa omnis actio contra omnes. Vt iam vltimo loco declarauit dicẽs, actionem cessisse contra omnes, licet Notarius contra vnum posuerit ex errore, quia error non debet noce-
11 re contrahentibus † l.ex errore C.de testa.

Et sic ad conualidandum iuditium debet considerari regula illa,quod intelligitur expressum omne illud in cessione aliqua,quod verisimiliter respondisse videtur disponens
12 tempore stipulationis, seu dispositionis † ita est text.in l. tale pactum ff.de pact. quamuis dubitetur si in contractu habet locum regula prædicta, vt est videre in præsenti materia Menoch. in consilio 172. volum. 2. & iuxta not. in l.fin.vbi Bart. Bald. & Ange. ff. de hæred. instit. Gramma. in decisio.106. num e 8.

Quibus sic stantibus patet ad contraria obiecta responsio, & ex prædictis determinaui contra, etiam in cessione non nominatum, & in fauorem dicti filij, cui sententiæ partes omnes quieuere in ciuitate Andriæ ad Dei laudem Anno prædicto 1591.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulier pro fame rem dotalem vendere potest maximè tempore famis, vt est in hoc anno 1592. & 1593.

SVMMARIVM.

1 *RES dotalis constante matrimonio vestitui non debet.*
2 *Mulier in dote sibi præiudicare non potest.*
3 *Maritus, & vxor possunt alienare rem dotalem pro alendis liberis, vel à carceribus liberet.*
4 *Vt redimat maritum ab excommunicatione.*
5 *Vt redimat maritum à banno.*

DETERMINATIO CLXV.

IN eadem Curia Ciuitatis Andriæ in hoc anno famis 1592. sæpè dubitatum fuit, vtrum

verum mulier pro alendo se, & filijs, ac recuperandi maritum à carceribus sic licite potest ei concedi licentia vendendi rem aliquã dotalem, ego determinaui, quod sic, motus ex infrascriptis iuribus, & primò.

Regula est, quod dos constante matrimo-
1 nio restitui non debet † l. 1. C. si dos consta. matrim. nec mulier in dote potest sibi præ-
2 iudicare † l. de die, & l. Attilicinus ff. de pact. dotal.

Prædicta regula fallit in casibus prædictis. Nam dos per maritum, vel per vxorem potest expendi, vt parentes, vel filios ex alio matrimonio alat, vel vt ab hostibus, vel à
3 carceribus redimat. † Aut ex alia simili iusta causa: Ita est tex. in l. quamuis, & l. mutus §. manente ff. de iur. dot.

Idem etiam dicitur, vt redimat maritum
4 ab excommunicatione † arg. d. l. quamuis, & in hoc casu, ita consuluit Carol. Ruyn. in consi. 4 incip. ponderatis num. 3. volum. 5. vbi etiam concludit, quod procedit quoque vt
5 redimat maritum à banno † ibidem num. 4. Et ita determinaui pluries ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. D.

ARGVMENTVM.

Bigamus punitur per iudicem laicum, & pœna est triremis.

SVMMARIVM.

1 *Ad matrimonium conualidandum procedere debent tres monitiones.*
2 *Quæstio iuris an sit matrimonium, spectat ad Ecclesiam.*
3 *Causa matrimonialis, siue principaliter, siue incidenter ventiletur Ecclesiæ remittenda est.*
4 *Tex. non distinguens, nec nos distinguere debemus.*
5 *Tex. generaliter loquens, sic debet intelligi.*
6 *Quos Deus coniunxit homo non separet.*
7 *Si est, vel non est matrimoniũ, Vicarius Dei cognoscere debet.*
8 *Iudex laicus ad cognoscẽdum causa spirituali est incapax.*
9 *Causæ merè spirituales per laicos cognosci nõ debent.*
10 *Factum non certum, & quando non controuertitur, potest cognosci per laicum; secus econtra.*
11 *Quæstio si iuris est, vel facti, si dubitatur remittitur ad Episcopum.*
12 *Dicens causas spirituales ad Episcopum non spectare est anathema.*
13 *Matrimonium est vnum de Septem Sacramentis Ecclesiæ.*
14 *Iudex secularis de re spirituali cognoscere non potest.*
15 *Matrimonium contractum sine sollemnitatibus Ecclesiæ, dicitur clandestinum.*
16 *Matrimonium clandestinum pluribus modis consideratur.*
17 *Iudici pedaneo incidenter permittitur cognoscere de re maiori.*
18 *Quæstio facti cognoscitur per iudicẽ secularẽ.*
19 *Instrumenta publica factum faciunt certum.*
20 *Dicitur manifestum, quod per publicum instrumentum probatur.*
21 *Iudex secularis de quæstione matrimonij debet cognoscere, & quando.*
22 *Duas vxores eodem tempore habere nõ licet.*
23 *Duas vxores eodem tempore habere, est cõtra legem naturalem.*
24 *Duas vxores, eodem tempore capiens pœna capitali punitur.*
25 *Habens duas vxores pœna infamiæ tenetur.*
26 *Capiens duas vxores pœna stupri tenetur.*
27 *Opi. Lod. non communiter recipitur.*
28 *Inquisitores quomodo plebeios puniunt.*
29 *Habẽs duas vxores, ad triremes cõdemnatur.*

DETERMINATIO CLXVI.

BIGAMIAM commisit Ant. Vesa de Gagliano ad querelam honestæ mulieris Menseæ Schiordiceæ, cum qua contraxit secundum matrimonium, stipulãdo capitula matrimonialia, & carnaliter eam cognoscẽdo, fuit à Reuer. Episcopo petita remissio ad ei⁹ tribunal, ex quo per dictum negatur secundum matrimoniũ, & allegat ipsum nullũ, maximè quia in maiori Ecclesia tres monitiones iuxta for-
1 mã S.C. factæ nõ fuere, † & ppea si est, vel nõ
2 est mrimoniũ, spectat hæc cognitio ad Epm.

Hac de causa prima est puidendũ, an dicta remissio fieri debet, secũdò qua pœna teneat.

Ad primum pro parte Reu. Epi dicebatur, qđ causa matrimonij, siue principaliter, siue incidenter ventiletur, ad iudicẽ Ecclesiasti-
3 cum remictenda est. † Ita prouisum in c. tuã de ord. cog. extra. & cap. lator, qui filij sint legitimi. Non distingnunt dicti text. nec nos
4 distinguere debem⁹ † l. de pretio ff. ad publicianam, & qa generaliter loquuntur, sic generaliter debẽt interpretari, † & intelligi l. 1. §. 5 gñaliter ff. de leg. prestan. & hãc partẽ tenẽt primo glo. in d. c. tuã, & Inno. ibidẽ illud idẽ

confirmat asserens hoc esse illa ratione, quia
quos Deus coniunxit homo non separet,
6 † & propterea si fuit, vel non fuit matrimo-
nium, non homo, sed solus Dei Vicarius iu-
7 dicare debet, † & hoc voluit etiam Abb.
antiq. in d. cap. tuam. Vbi etiam Card. Za-
barell. & Io. Andr. post Hostien. in eod. cap.
& in cap. fi. de for. comp. in 6. & in cap. cum
contingat de offic. deleg. extra, & Pet. de An-
char. in præalleg cap. tuam. Rationem as-
signat, quia iudex laicus ad cognoscendum
de causa matrimonij est incapax, & inhabi-
8 lis, † & Domin. de Sancta Geminia in cap. 1.
de vsur. in 6. illud affirmat Fely. sequitur in
cap. cum sit generale in 3. col. versi. secunda
declaratio nume. 6. post Abb. in d. cap. tuam,
& Henric. Boic. vbi dixit, quod causæ meræ
spirituales per iudices seculares nullo mo-
9 do tractari possunt, † & illud Imo. sequitur
* dicens, quod hæc opi. * seruatur in pract. &
in d. cap. cum sit generale, maxime dicit ip-
se, quando factum controuertitur, & factum
10 non est certum, † quod voluit idem Ancha.
in d. cap tuam.

Et nostri ciuilistæ, vt fuit Bart. in l. Titia
ff. solu. matrim. illud videtur fateri, dum di-
cit, quod quando dubitatur, remictitur ad
11 Ecclesiasticum iudicem † illud idem dixit
Bald. in ead. l. & in d. cap. tuam, & in l. omni
innouatione C. de Sacros. Eccl. & in l. filium
ff de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & Ang.
in l. quotiens C. de iudi. vbi firmauit opin.
hanc dicens quod ita practicatur, & in l. 2.
ff. de iur. om. iud. Roman. in ead. l. Titia. &
Alber. in d. l. quotiens, vbi dixit, quod vo-
lentes Canonistæ dominari, iura arbitraria
in eius fauorem fecerunt. Corroborauerunt
Pau. de Cast. in consil. 2. in 2. volum. vbi de-
clarat quando dicitur quæstio iuris, & quan
do facti, & Fulgos. in consil. 133. & Feder. in
consil. 336. Lapus in alleg. 56. Andr. de Iser.
in tit. quæ sint regalia in verbo (& contra-
hentium incestas nuptias) in cap. & Ca-
pic. in decis. 7. & Dominus Viu. in eius vber-
rima Silua comm. opin. in 3. lib. in opi. 1057.
incip. vxores duas, & firmauit Illust. de Fran-
ch. Vincentius in decis. 52. incip. Domina
Catherina, illa potissima ratione, quia qui
dixerit causas matrimoniales ad iudices Ec-
12 clesiasticos non spectare, anathema est, † vt
decernit Sancta Synodus Tridentina in Sess.
24. sub rubr. de Sacramen. matrimon. Cano.
12. cum ergo matrimonium sit vnum de se-
13 ptem † Sacramentis Eccles. vt est tex. in cap.
debitum de bigamis, & glo. declarat in cap.
fin. de translat. Episcopi: sequitur, quod iu-
dex laicus de re spirituali cognoscere nõ po-
14 test: † ita notatur in cap. decernimus, & in
alijs allegatis capitulis: & Cors. in reperto.
in verbo matrimonium. in litera M. versic.
matrimonialis causa.

Tanto magis, quia istud secundum ma-
trimonium dicitur esse contractum sine sol-
15 lemnitatibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, † &
propterea clandestinum dicitur, ita explanat
Innocen. & ab alijs notatur in cap. cum in-
hibitio in glo. in verbo (clandestina) extra.
de cland. dispositione, & in cap. aliter 30.
quæst. 5. quod matrimonium clandestinum
16 pluribus modis consideratur. † Primò quã-
do testes non sunt adhibiti, vt in cap. 2. de
cland. dispens. 2. quoties trinæ monitiones
futuri matrimonij palam in Ecclesia factæ
non sunt cap. vlt. eod. nisi ordinarius iudica-
uerit expedire cum synodus suo arbitrio re-
mictit, in sess. 24 in cap. 1. Tertio modo
dicitur Clandestinum, quãdo alijs iuris sol-
lemnitatibus caret, vt in d. cap. aliter, & in
dict. Sacr. Concil. Trident. in vlt. Sessi. vel
dicitur Clandestnium, quando publicè non
contrahitur & multitudo fidelium non no-
uit, secundum Bart. & Ang. in l. 2. C. de his,
qui ex publicis rationibus lib. 10. vel quia
non fuerunt vocati affines, & per Oldrad.
in consil. 156. & Ruyn. in consil. 159. Anto.
Guber in tracta. de sponsal. in rubr. de nupt.
cland. num. 119. cum duob. sequent. & Luca
de Penn. in d. l. 2. vbi declarat, quod illud di-
citur occultè fieri, quod fit sine auctoritate
eius, qui concedere potest, vel quando om-
mictitur sollemnitas, quæ consuetudine in-
troducta est, vel quando non venit ad noti-
tiam eius, cuius scire interest tali enim casu
potius adulterium, stuprum, vel fornicatio-
nes nuncupantur, & non solum de iure Ca-
no. sed de iure ciuili reprobantur, vt notatur
in l. fin. vbi Bart. ff. de rit. nupt. & in dict. l. 2.
cum igitur istud matrimonium dicatur clã-
destinum, & de facto plenè non liqueat,
meritò oportet, vt ad iuris recurramus in-
terpretationem, & glo. in dict. cap. aliter: in
verbo contubernia, dixit, quod potius præ-
sumitur in tali casu fornicatio, quam matri-
monium, & propterea est dicendum, quod
est quæstio iuris. Ergo remictenda. & quod
clandestinum dicitur matrimonium quan-
do fit contra prohibitionem. Ecclesiæ gene-
ralem declarat Corsat. in reper. Abb. in lite-
ra C. in verbo. clandestinum in versic. penul.
nupt. clandestinum matrimonium dicitur.

Pro parte nostræ Curiæ opponebatur, q̃d
iudici pedaneo incidenter permictitur co-
gno-

Digitized by Google

17 gnoscere de causa maiori. † Ita procedit alleg. text. in l. quoties C. de iudi. & propterea Docto. vno ore fatentur, quod quando est quæstio facti, tunc cognitio ad iudicem sæ-
18 cularem pertinet, † ita clauit Bart. in dicta l. Titia, & in d. l. omni innouatione, vbi Alexan. & Ias. in d. l. quoties intrepidè affirmant hanc Bart. opin. esse communem. Salyc. in d. l. quoties, & ante alios Dominus Cyn. in d. l. Titia Pau. Castren. Ant. de Butr. in d. cap. tuam, & Deci. in cap. 2. de iud. extra, post longam disputationem aperit hãc esse communem dispositionem doctorum.

In casu isto per instrumenta publica apparet mediante eorum consensu matrimo-
19 nium esse certum, † & deinde per carnis copulam consummatum, & quod non aliter conuertitur. Cum instrumenta publica factum faciant certum per no. per Bald. in d. l. quoties, & in l. interest C. de solutio. & Bar. in l. 2. C. de oper. nou. nuntia. in 2. col. num. dixit, quod illud dicitur manifestum, quod
20 per publicam scripturam probatur, † & propterea determinaui in isto pũcto causam non esse remittendam.

Ad contraria vnico verbo respondetur, procedunt, quando quæstio est iuris, & non facti, vel secundo quando factum non esset certum, & controuerteretur, & ita post scripta reperij tenere Cardin. Put. in decis. 361. incip. fuit dubitatum 30. Octobris nume. 5 & 6.

Et quod Iudex secularis debet de hoc cri-
21 mine cognoscere, † voluit Cassiadorus in lib. var. resol. asserens, quod Actaleri9s Gothorum Rex. Hanc legem tulit. ipsum refert Iacob. Simanca in tracta. de Captho. institu. in tit. 40. sub rubr. de matr. nume. 1. in tom. tract. 11. pars 2. & voluit Arnal. Alber. in tracta. de agnosc. assertio. hæretico. quæstio. 23. num. 15. colum. 4. in tom. tracta. 11. pars 2. vbi multa refert.

Nimirum, quia duas vxores eodem tem-
22 pore habere non licet † per tex. cap. gaudemus de diuortio. & in cap. ex parte el 2. de conuers. coniug. extra, & in Genesi in cap. 2. legitur, adhærebit vxori suæ, & non dixit vxoribus, & quamuis aliquos legatur plures habuisse. Aut fuit ex reuelatione diuina, aut causa voluptatis, vt legitur de Lamech: vt explanat Io. Lupus. in tract. de matrim. elegitimatione. in princ. in versi. quæ sint bona. num. 20. in tom. tracta. 9. quia duas vxores eodem tempore habere est contra legem
23 naturalem, † vt per Arnal. in citato loco, & voluit Barthol. de Spina in tracta. de potest. Papæ. versic. quæritur nume. 33. & 82. in tom. tract. 13. par. 1. & dicit quod nunquam habere licuit in nu. 83. Imo secundum Bonauenturam legitur, quod cõtra legem naturalem est plures vxores habere. Et Couar. in tracta. matrim. in 2. par. in cap. 7 in § tertius num. 1. & seq. & Natta in consil. 421. num. 2. volum. 2.

Ad secundum principale caput dicitur, quod iste duas vxores eodem tempore simul
24 habuit, pęna capitis puniri debet, † ita voluit Lodou. Roma. in sing. 532. incip. tu scis, quæ sit pęna, & exorditur Gram. in voto 17. Reperij Ant. Guber. Costant. in tract. de matrim. in rub. quid sit matrimonium in nu. 9. in tom. tract. 9. dicẽtem, quod Senatus Tholosan. suspendit Iacobum Segonium, quia duas vxores eodem tempore habuit.

Alexan. in consil. 165. vol 7. contrarium
25 tenuit quod tenetur pena infamiæ † per tex. l. eum, qui duas, & in cap. nuper de Bigamis extra, & Dom Couarru. in cap 7 § 3 de spõsal. in num. 6. in 2. par. dixit idem ponderando glo in d. l. eum. in verbo (infertur) &
26 quod tenetur pęna stupri, † quæ in personis honestis est ammissio dimidiæ partis bonorum. in vilibus est verberatio cum quinquennij relegatione. per text. §. secundi insti. de publi. iud. voluit Hostien. in rubr. de stup. §. qualiter. Et voluit Ang. in tract. malef. in verbo (che m'hai adulterato la mia Donna) num 65. vbi August. add. vbi refert
* hanc esse communem opin. * & voluit Bos. in tit. de coitu damna. num. 78. & Franc. Viui. in tract. comm. opin. in opin. 1057. incip. vxores duas, & Iul. Clar. in §. fornicatio. in versic. dicitur etiam, & Petr. Ficcard in rub. de clari. coniugat. num. 38. vbi testatur hanc
* opin. communem esse, * & ita testatur communem Gomes. super l. 80. Tauri. num. 27. in tom. tract. comm opin. 1. & ibidem Bonacossa declarat, quis sit verus Bigamus num. 39. & in num. 40. declarat, quod vbi matrimonium non subsistit. non dicitur bigamus, vt ibi per eum.

Ad contraria respondetur, quod opi. Lodo. & aliorum non est communiter recepta:
27 † ad Gram. respondetur quod ideo ille fuit punitus pęna capitis, quia septem vxores eodem tempore simul habebat, & propter frequentiam delinquendi fuit furcis suspẽsus, & ideo Iacobus Simancus in tracta. alleg. de Capthol. inst. in tit. 40. in num. 6. dixit, quod
28 inquisitores solent punire plebeios, † tradẽ-
29 do eos ad publicum spectaculum, † & deinde ad triremes ad quinquennium cõdemnare,

nem, & quando sumus in confessione præ-
5 dicta, etiam si probaretur, non probat, † ne-
que plenè, neque semiplenè secundum Bal.
in Salyc. in l. bonæfidei C. de iur. iur & in d.
cap. si cautio. ibi glo. l. faciat inditium l. capi-
te quinto ff. de adult. est videre Afflic. in de-
cis. 375.

Pro parte contraria dicebatur, quod iura-
mētum suppletiuum potest peti post publi-
6 cationem ante tamen conclusionem. † Ita se
* habet communis opi.* refert Mascar. in tra-
cta. de probat. in q 9 num. 27. 1. vol. & Ale-
xan. in consi. 53 num. 2.

Imo in causis summarijs etiam post cōc'u
7 sum iuramentū debere cōcedi ait, † ita Rob.
Maran. in 4 par. suæ praxis. in 9 dist. nu. 30.
per Doct. Cardin. in Clemen. sæpè § & quia
in 4. opposi. & Felyn. in cap. cum Ioannes: de
fide instrum. & ante eum ibi Abb. Lodou.
Rom. in consil. 176. & nouiter decisum re-
fert Pedamon. in decis. 93. vbi declarat, quod
etiam post conclusum iuramentum prædi-
ctum deferri debet.

Secundo dicebatur, quod testes eorum li-
cet non concordent de loco, concordant de
8 quantitate, † & sic resultat doctri. Pau. de
Castr. in consil 296. num. 3. 1. volum & Bal.
in consil. 446. in 4 parte, & Corn. in con
sil. 211. in versic. nec obstat iuramentum vo-
lum. 3. vbi dicitur, quod coniunguntur ad
faciendam semiplenam probationem.

Immo solus testis deponens de confessio-
ne extraiudiciali parte præsente, facit semi-
9 plenam probationem. † Ita tenet Ruyn. in
consil. 72. nume. 4. volum. 4. vbi dicit. Nam
confessio, quando per duos testes probatur,
facta in præsentia partis plenè probat l. pu
blia §. fi. ff. depo. sit. & l. generaliter C. de no
nume. pecun. sic si probetur per vnum testē,
tantum facit semiplenam probationem, ita
etiam Pau. de Castr. in consil. 280. Viso pro-
cessu. & in consil. 333. incip. visa petitione
volum. 1. & hanc partem quod quando pro-
batur confessio facta parte præsente per vnū
testem, faciat semiplenam probationem. se-
quitur idem Ioseph. Mascard. in dict. tracta.
de probatio. in cōclus. 179. num. 18. 1. vol.

Dicebatur etiā, quod isti testes sunt pro-
10 ducti ad probandum debitum, † & nō con-
fessionē, ita quod Ioseph. testis dicit se por-
tasse pecuniam mutuo dicto San Georgio.
Alij deponunt, quod ipse confessus est se da-
re debere: in isto casu eorum singularitas re-
spectu confessionis non curatur, sed atten-
ditur probatio facti, & isto casu probant de-
bitum prædictum. Ita Pau. in d. consil. 380.
nume. 7. Marian Socyn. consil. 99. nume. 15.
volum. 2. & Mascard. in alleg. conclus. nu-
me. 17. & in hac materia, & quando causa
est magna, vel parua, & vtrum iuramentum
11 dari debeat. † Deci. consil. 76. & Crauett. in
consil. 198. nume. 19. & in tracta. de antiq.
temp. in par.---- & Viuij. ad Afflict. in deci-
sio. 364.

Ex quibus omnibus declaraui dictis acto-
ribus iuramentum esse deferendum, prout
iam latum fuit in anno 1592. Andriæ, & sic
exequutum ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Vulnerantes pena manus puniuntur, & quando tortus non confessus liberatur sub cautione de se præsentandi nouis inditys superuenientibus.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio extraiuditialis inditiat.*
2 *Vulnerantes deliberato animo: omnes puniuntur insolidum.*
3 *Testes singulares non probant, neque inditiant.*
4 *Mandans, vt puniatur, debet prius constare de mandato legitimè.*
5 *De delicto si non constat ad torturam perueniri non debet.*
6 *Confeßio extorta ex tortura indebita nulla est.*
7 *Nemo est Dominus membrorum suorum.*
8 *Vulnerans quilibet tenetur de vulnere suo.*
9 *Affectus non punitur non sequuto effectu.*
10 *Vulnerans in Regno est pena manus, & quando.*
11 *Manus illa truncari debet, quacum percußit.*
1 *Manus pena limitatio declaratur.*
13 *Parte non concordata, pena manus in pecuniam conuertitur, & quando.*

DETERMINATIO CLXVIII.

AGGRESSI sunt Rentius della Canina, & Paulus de Campanile in via qua itur ad Sanctā Mariam, mulierem quandam Rosatellam, quam in capite cum storta vulnerauit Rentius, & in coscia dextera. At Paulus in ventre; eaq; semiuiua relicta, fugerunt. tandem visi fuerunt, & sic conuicti, & remissionem habere nō valentes, cum in vl-
timo

ſtimo Menſis Iulij in domum Notarij Conſalui de Morſellis cum tormento, ſeu ſcoppecta Rentius introiſſet, videns dictum Notarium Conſaluum ad remictendum facere renitentem: cum ſcoppecta ponens ignem in fucone canem calando, puntillumq; premendo ſtrinxit occidere volens, ſed qa ignis non exiuit, ideo tormentum effectum non fecit. Hac de cauſa captus, & in carceribus Curiæ ductus, pro prædicto ictu quæſtionatus, ſed non falſus fuit, & ideo tantummodo fuit petitum puniri reſpectu inſultus, & vulnerum. Fuit dubitatum qua pena plectendus veniret, contra quem determinaui, vt infra.

Contra inquiſitum adducebatur depoſitio vulneratæ, quæ cum iuramento dixit, quod ipſam vulnerauit ad inſtantiã magnificæ Victoriæ, ad quod coadiuuandum fuerunt producti duo teſtes dicentes de confeſſione Rentij ad d. Victoriæ inſtantiam vulneraſſe, ex qua extraiuditiali confeſſione re-
1 ſultat inditium ad torturam † ita dicit glo. in l.fin. C. famil.erciſ. & hæc eſt communis
* opinio.* ita Emanuel.in tract,comm.opi in rub.de confeſſio.num.227.in tom. tracta.2. Mendo.ad Roma. in conſil 373. per Bart.& & Doct.in l.admonen 'i ff. de iur.iur. Deci. in cõſi.310 nu.10.p Oſach.in deciſ.Pedem. nu.9. Carr in l.obſeruare in 7 india.nu.20.

Secundo. Nam conſtat, quod de inſultu, & vulneribus prædictis ſunt cõuicti, in tantum, quia ipſi animo deliberato, & appenſato aggreſſi fuerũt, & vulnerauerunt, quod
2 tenentur omnes pena ordinaria, † ita Bart. in l.ſi in riſſa.nume.10. ff. ad l.Cornel.de Sicar. vbi ante eum glo. per text.l.item Mela. Sed ſi plures ff. ad l. Aquil. iunctis verbis l. ita vulneratus. in verſic. ideoq; conſequens eſt eod. tit. explanat hoc Anto.Theſau. nouiter in deciſ.Pedemon 21.incip plures per totam.

Ad prædicta reſpondebatur, quod prætenſi teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali nullã eſt habenda ratio, quia ſunt ſingulares, & non cõiunguntur ad proban-
3 dum, neque ad indiciandum: † l.ob carmen §.fi.ff.de teſt. & l.qui falſa eod.tit.Marſil. in conſil.1.num.25. 1.vol.& in conſil.12.nume.13.in conſi.20.num.15. cum infinitis.

Præterea dicebat, quod in proceſſu non apparet de tracta. cum d. Magnif. Victoria, nec de aliqua locutione inſimul habita, nec quod ei aliqua pecunia data, vel ſaltim promiſſa fuiſſet, ita qd poſtea vulneraſſet, quæ omnia debent eſſe probata contra inquiſitum, vt tanquam mandatarius puniri, vel torqueri poſſit. Mãdatumq; ſaltim per duos teſtes probari debet legitimos, vel probatio-
4 nes certas. † Nec mandatarij dictum aliter ſufficeret. Ita Bald. in conſil.97. vol.5. Pariſ.conſil.151.num.4 volum.4. Marſi. §.diligenter num.37.Clar.in §,fi.q.21.vbi dicit
* hanc eſſe * communem opi.Franc.Burſ.cõſil. 20.num.2. vbi copioſè eſt videre.

In tantum, quod cum de hoc delicto nihil in genere conſtet, nullo ad torturam de-
5 ueniri poteſt † iuxt.text.l.1.§.idem illud ff. ad Sillania, & Bart. ibi in nume.1. Marſil in l fin.ff.de quæſt.Boſſi.in tract.Crim.in rub.de delictis. in prin.Iul.Clar.in §.fin. in quæſt.4.verſic.ſcias.

At in caſu iſto aliqua iſtius mandati veſtigia non apparent, infertur, quod tortura dari non poteſt, immo ſi daretur, & confite-
6 retur confeſſio nulla † eſt. Ita Gandi.in tracta.maleſ.& Cephal.in conſil.230.num.11. volum.2.

Ratio eſt illa, qa nemo eſt Dominus mem-
7 brorum ſuorũ † l.liber homo ff. ad l.Aquil. Pau. & Bald. in authen.ſed nouo iure C. de ſeru.fug. Alexan. in conſil.19 nu 2. in 7.volum. & Franc.Burſ. in conſil.146. volum.2. per totum, qui quotas allegat.

Ad ſecundum de vulneribus dicebatur, quod duo fuerunt vulnerãtes, ita quod qui-
8 libet tenetur de vulnere, quod patrat, † ita exorditur Egid.in tracta.de homicid.nu 20. & licet ipſe Rentius in capite percuſſerit, ita quod habuit animum occidẽdi per tex. cap. ſi vero de homicid. in 6. Nihilominus vigore conſuetudinis totius Italiæ. hodie non
9 punitur Affectus non ſequuto effectu, † ita dicunt Doct. in l. ſi quis non dicam rapere, & I elyn. in tracta de conatu, & criminaliſtę omnes vbique. Et in Regno habemus text. Conſtitutionis Regni aſperitatem ſub rub. de pena eius, qui cõtra aliquem tantum arma extraſſerit.

Cum igitur ex prædicto vulnere aliqua cicatrix non apparet membrum aliquod nõ debilitatum, neq; mors aliqua ſequuta fuit, ſequitur, quod pena huius Regni erit pena
10 manus, † ita eſt tex.in Conſt. ſi quis aliquẽ ſub rub. de percuſſio.illici. cum arm.iuncta glo. in verbo. ita quod percuſſus. hoc idem diſponitur ĩ c.Regni. incip. qui cum ronca. ſub rubr. de armis acutis. circumſcripto l. communi, quæ aliter diſponebat. vt in l.3. C.de ſicar.& Doct in d.auth. ſed nouo iure videtur dicere, quod debet ei illa manus
11 truncari, cum qua percuſſit, † & ita in Re-

gno

Digitized by Google

gno determinatum esse nouiter Vincent. de Franch. in decis. 324. in 2. par.

12 Quæ conclusio limitatur † per cap. Regni incip. ad percussorem, propter quod disponitur, quod quando vulnus non est lætale, nec adest membri mutilatio. & vulnerans est homo bonæ famæ, non solitus delinquere, quod tali casu potest: condemnari ad pęnam pecuniariam. Hinc dici solet prouerbium, illud. (dodeci onze, ò la mano) & Afflic. declarat in d. const. si quis aliquem, & ibi affirmat, quod parte etiam non concordata, potest cōdemnari ad 12. vntias,

13 † & eum sequitur in d. cap. ad peruersorem Niger de Campania, & audacter affirmauit Paris de Puteo. in tract. sindicatus in verbo compositio, & exemplariter affirmat Vincent. Maxill. in consuet. Baren. in 1. sub. rub. de plagis, & liuoribus nume. 2. & 3. dicens, quod tempore Serenissimæ Reginæ Poloniæ in terra Grittaliarum, ita seruatum fuit, & Fab. de Monteleone in 2. litera arbitraria in 5. limita. nume. 86. par. 5. prædicta corroborauit.

Ex quibus omnibus bene pēsatis fuit dictus Rentius tortus, & quia nihil confessus fuit, maximè de ictu tormenti fuit sub fideiussoribus de se præsentando, nouis superuenientibus inditijs relaxatus, & ita exequutum fuit. Ad Dei laudem Andriæ in anno 1593.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Mulieri asserenti se cognitam non creditur, vti sotia criminis.

SVMMARIVM.

1 *Credendum non est mulieri dicenti, se à tali carnaliter cognitam.*

2 *Testis, & pars esse non potest.*

3 *Testi varianti non creditur.*

4 *Mulier, quando vagabunda nuncupatur.*

5 *Fama orta ab accusatore non valet.*

6 *Spontanea comparitio maximum inditium est innocentiæ.*

DETERMINATIO CLXIX.

STVPRVM in Terra Turi in anno 1572. in personam Mariæ per Ioannem Aurelium Spinellum prædictę Terræ commissum fuit, contra quē per Curiam præfatæ Terræ processum fuit, & primò contra eum adducebatur depositio dictæ Mariæ, quæ asseruit se stupratam esse à Ioanne: Aurelio, licet primitus dixisset, quod fuit cognita a toto mundo. Et ideo consideraui processum ad me determinandum transmissum. Et inquisitum ab eo liberandum ex infrascriptis, & primo.

1 Consideraui, quod huic mulieri non est credendum, quia est sotia criminis, † & suam turpitudinem allegat. tex. in l. 2. C. ob turp. cau. Boer. in decis. 319. nume. 7. & per alia allegata pro me in Determ. 159. nu 14.

2 Secundo consideraui, quod ipsa querelauit, & propterea non potest: esse † quærelatrix, & testis, vt est tex. in cap. forus in § 1. de verb. signific. extra per tex. lege. Is qui in iud. ff de accus. Gramm. in consi. 45. num. 1. & 2. Consideraui etiam, quod modo dixit

3 vnum, & modo aliud † per text. l. qui varia, vel falsa ff. de Falc. & voluit Specul. in tit. de teste § 1. versic. Item quod testes, quia negauit se prægnantem, vsque ad partum, & Gramm. in consil. 44. num. 10.

Consideraui etiam, quod fuit probatum, quod ista Maria visa fuit ingredi nūc vnam domum, nunc aliam, & ideo vagabunda

4 dicitur, † & ei credendum non est, quia vagabunda, & meretrix dicitur. Ita eam vocat Gram. in consil. 58. num. 16.

Consideraui etiam, quod fama, quæ prętenditur orta cōtra ipsum, habuit originem à d. Maria, & post inquisitionem formatam,

5 sic in processu probatū fuit, † qua de re inquisito non obest. ita Gramma. in voto 34. num. 14. & 15. & per totum quæ fama quatenus esset. per bonam famam ipsius deletur. per Bald. in l. ea quidem in §. penult. versi. Item quæro an infamatus C. de accusa. & voluit Marsil. in consil. 65. & Gramm. consil. 65. num. 4.

Consideraui etiam, quod iste inquisitus sponte ad carceres se præsentauit, quod ma-

6 ximum fuit inditium innocentiæ. † Gram. consi. 29. num. 32. & consil. 71. num. 3. Marsil. in Pract. Crim. §. diligenter. nume. 204. Ex quibus omnibus, & alijs mentem meam mouentibus, decreui dictum inquisitum fore absoluendum, & ita exequutum fuit ad Dei laudem. Cōsiderata etiā decis. Capi. 44.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Vterina soror, alijs non existentibus à successione sororis ab intestato mortuæ præfertur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Confessio debitoris inducit sententiam cōdemnatoriam contra se.*
2 *Anterioritas in dote maximè consideratur.*
3 *Nemo præsumitur iactare suum.*
4 *Exceptio non numeratæ dotis competit confitenti, quando: nulla pecunia numeratur.*
5 *Soror vterina alijs non existentibus, ab intestato sorori succedit.*
6 *Frater de suo non dotans, pactum nullum apponere potest.*
7 *Exceptio dotis non numeratæ, non competit præcedente contractu promissionis.*
8 *Lapsu decennij, præscribitur exceptioni non numeratæ dotis.*
9 *Maritus confitens recepisse dotes promissas ab extraneo licet non recepit, videtur donasse.*
10 *Extraneus dicitur, qui non habet aliquem in potestate.*
11 *Confessio, quando præsumitur collusiue facta.*

DETERMINATIO CLXX.

VTERINA soror ad hæreditatem sororis, stante patris obitu admitti petiit, excluso Dominico Casagna petēte quondam residuum dotium, ex causis, vt in processu, qui in primo iuditio obtinuit. ipsa vterina sorore non audita, & introducta causa per remedium appellationis coram me Auditore secundarum causarum Terræ Cas. maximę in qua præsens quęstio orta fuit. Auditis partibus determinaui, vt infra.

Dicebat Dominicus quod ipse erat creditor pro residuo dotium in ducatis centū, quadraginta pro dotibus promissis à Fasana matre Grandinæ vxoris dicti Casagnæ, quos mortua Fasana Vincentius filius, & hæres
1 confessus fuit se debitorem, † qua de re obtinuit sententiam per Doctr. Abb. in cap. at si clerici de iud. & Affl. in decis. 182. nu. 2.

Secundo, quia erat anterior, ex quo mater Fasana primo maritauit Grandinam, &
2 deinde Cassandram matrem mortuæ † filiæ cui nunc vterina soror succedere petit. per tex. l. assiduus C. qui potio. in pig. hab.

Tertio dicebat, quod licet in instrumento dotali appareret crux facta in dicta partita & Dominicus ipse confessus fuit omnia cruce signata recepisse, quia rei veritate nō recepit, quod sibi non præiudicauit, eo maximè, quia Vincentius frater confessus hoc fuit, & sic præsumitur debitum verū, quia si verum non esset, non vtiq; confiteretur,
3 quia nemo præsumitur iactare † suum l. de indebito C. de probatio. & in contractibus potius veritas, quā scriptura attenditur l. 1. C. plus valere, quod agitur.

Accedat ad hoc cōprobandum, quia tempore contractus matrimonij nulla pecunia
4 numerata fuit, & sic potest † opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, seu dotis, vt toto tit. de dote cau. non nu. & in l. si ex cautione, & in l. generaliter C. de nō nume. pecu. & sic videtur esse confessio sub spe futuræ numerationis. ita Alber. in d. l. generaliter, & sequitur Bald. Nouell. in tracta. dot.

Pro parte sororis vterinæ primo dicebatur, quod mortua Cassandra matre Portiæ suæ vterinæ sororis. Portia ipsa in bonis dictæ suæ matris successit, & cum nunc mortua sit ipsa Portia ab intestato mortuo communi: patre ipsa Ortēsia vterina sola (exclu-
5 sis omnibus) succedit † postquam, nec de linea ascendenti, nec de transuersali alij adsunt. Ita est text. ad litterā in auten. post fratres C. de legit. hæred. & ibi glo. & Doct. & in §. reliquum in Authen. de hæred. ab intest. veni.

Secundo licet Vincentius frater dotasset Cassandram, & stipulatus esset in casu soluti matrimonij sibi restitui, hoc non nocuit, nec nocere potuit Portiæ natæ ex d. matrimonio, & sorori ipsius, cui ipsa succedere debet, ex quo frater non dotauit de pro-
6 prio, vt potuisset pactum apponere: † iux. l. vnicam §. accedit C. de rei vxo. action. quia dotauit de bonis paternis, & non maternis, & sic videtur stipulasse honoris causa, & stipulationem prædictam remictere tenetur. Ita Alexan. in l. post dotem. num. 63. ff. solu. matrim. Bald. in l. fi. C. de dotis promiss. Capic. in decis. 176 primo dubio. latè Marill. in Consuet. Barens. incip. dos à patre: sub rubr. de iur. dot. nume. 38. Aym. Crauet. in consi. 142. nume. 10. & idem Maxill. in alia consuet. incip. mulier licet domina nu. 39. & 52 ead. rubr.

Tertio iste Casagna non debet audiri, ex quo in promissione dotium, præcessit contractus promissionis dotium, & deinde subsecutus fuit contractus cōfessionis dotium. tex. est ad literam. in l. in contractibus §. 1.
7 C. de non num. pecun. † voluit Io. Andr. ad Specul. in tit. de donat. int. vir. & vxo. tanto magis, quod in matrimonio stetit per annos 30. & plus, Nam matrimonium fuit contractum in Anno 1559. & assistentiam petijt in

Anno

anno 1581. & sic resultat dispositio clara, quod per lapsum decennij præcluditur via opponendi exceptionem non numeratæ do-
8 tis. † per tex. in authen. quod locum ponderando ibi illa verba. (si decennium transierit.) C. de dot. cau. non nume. & Azon. ibidem tenet Alber. de Rosat. in l. generaliter: nume. 7. versic. si ex causa dotis confiteatur: præiudicat post tempora, quæ habentur l. fi. Tempus igitur est infra decem annos ---- & sequitur Guid. Pap. in consi. 203. per totum. & Nact. in consi. 438. num. 8. vol. 2.

Præterea maritus confessus fuit se recepisse, & in casu soluti matrimonij restituere præsumitur ergo quatenus: non recepisset.
9 † (Quòd donauit) argu. l. Campanus ff. de oper. liberto. est videre Dec. in consil. 536. per totum in 3. par. & Alexan. in consi. 123. nu. 4 volum 6. & facta confessione constante matrim. omnino dicitur donasse, & Alex. in consi. 165. num. 8. eod. vol.

Insuper dos fuit promissa per extraneum l. vnic. §. extraneum C. de rei vxo. actio. vbi dicitur, quod omnis, qui nō habet aliquem
10 in potestatem dicitur: extraneus † modo sic, quando dos promittitur ab extraneo, & maritus cōfitetur recipisse dotem, tali casu censetur vere dotem numeratam esse, & ex consequenti exceptio non solutæ dotis nō competit, ita dixit Bald. in rub. C. de priuil. dot. nu. 6. & Bal. Nouell. in par. 10. in suo tracta. dot. nume. 14 Aret. in §. fuerat nume. 13. & ibi Ias. nume. 89. inst. de actio. Menoch de præsump. lib. 3. præsump. 12. num 51. & nu. 90. & Ant. Thesau. in decis. Pedem. 112. incip. dotis nomine: nume. 2. & Alex. in alleg. consi. 165. nu. 8. & in consi. 142. num. 1. volum. 5. vbi de hac materia. Immo præiudicat creditoribus, & dicta confessio operatur veram traditionem, stante lapsu temporis opponendi except. non numeratæ dotis. ita Franc. Burs in consi. 32 num. 42. vol. 1. &
1 est communis* opinio, vt ibi per, & Couarr. in lib. var. resol. num. 6. versi. est, & alia in hac re species: allegat hoc tenere Dec. in cōsil. 536. nu. 9. Io. Lup. in rubr. de dona. §. 30. num. 12. Hippol. in sing. 345.

Allegata pro parte Dominici non obstant maximè confessio Vincentij, ex quo probatum extitit, quod in eadem domo in simul habitabant, intantum, quod præsumitur fa-
11 cta collusiuè, † & confessio ex collusione emanata tertio, & sic huic sorori nocere non potuit. Ita no. per glo. & alios in c. sup eo de eo, qui cog. cōs. vx. suæ extra. & Dom. meus Franc. Viui. refert in decis. Reg. Neap. 296. incip. collusio. num. 5.

Ex prædictis igitur clarissimè liquet de collusione prædictorum, & de iuribus dictę vterinæ sororis, & sic decreui malè iudicatū, & dictam vterinam sororem, & vnicam admictendum esse, prout admicti debebat, à qua mea determinatione, licet appellassent, non tamen: postea appellatio prosecuta fuit. Ad Dei laudem in anno 1585. Casamaximę.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Furtum prçsumitur factum à vicinis.

SVMMARIVM.

1 *Furtum à vicinis prçsumitur factum.*
2 *Fractura parietis facit inditium.*
3 *Leuitas vitæ facit inditium.*
4 *Lamentationi probi viri est credendum.*
5 *Persona diues est magni crediti pro furto sibi facto.*

DETERMINATIO CLXXI.

FVRATI fuere Rosæ longe Terræ Castellanæ in anno 1576. quo tempore ibi Gubernator eram à quadā fenestrella ducati centum, & capta informatione carceratus extitit Marinus de Fanello. Contra quem fuerunt adducta infradicta argumenta, & primo quod Marinus ipse est vicinus, & cōtiguus domui prędictę Rosæ, & furtum præsumitur factum à
1 vicinis † l. Dominus horreorū ff. locati. Ratio est, quia præsumitur vicinus scire facta viciniæ l. ciuitas ff. si cer. pet.

Secūdo adducitur fractura parietis facta à domo Marini corrispondentis domui prędictę Rosæ, & in loco, vbi manebat pecunia, & sic fractura parietis inducit maximū indi-
2 tium. † Ita Bar. in l. si quis in §. an vero ff. de eden. Refert. Alexan. in consi. 53. in 2. vol. in prin. maximè quia fractura erat recēs, & ipse Marinus fatet, ita qd potest torqueri, vel saltim terreri. Ita Bal. & Salyc. in l. 1. C. loca.

Præterea dicebatur, qd ista Rosa est bonæ vitæ, famæ, & qualitatis, & honesta, & lamē-
4 tationi d. Rosæ, credendum est. † ita dixit Hipp. in Pract. Crim. in § principiū. nu. 3. & Gram. in cōs. crim. -- fuit consideratū etiā: qp
5 ipsa Rosa erat persona diues, † & sic credendūm erat dictam pecuniam ibi tenere. per doctri. Blan. in l. fi. num. -- ff. de quæstio.

Digitized by Google

Ex quibus omnibus determinabam torquere, sed quia de nocte fuerũt restituti dicti ducati centum, & habuit remissionem, non aliter in causa fuit processum, & sic fuit supersessum in anno prædicto: Castellanæ ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Seruitus realis dicitur, quando debetur de re rei, & non præsumitur nisi probetur.

SVMMARIVM.

1 *Qualibet res præsumitur libera.*
2 *Inuito domino per agrum alienũ pergere non licet.*
3 *Via vbi non apparet nõ præsumitur cõstituta.*
4 *Via quando non adest debet dari per locum viciniorem.*
5 *Via debet dari iusto pretio soluto.*

DETERMINATIO CLXXII.

VIA quædã petita fuit à Magnifico Francisco Cæsare V.I.D. de Mola, vt accederet ad quendam suum parcum à Magnifica Antonia de Lippolis, de consensu quorum fuit mihi commissa causa, vt prouiderem circa hunc punctum.

Primò consideraui, quod nullus contractus fuit ostensus, per quem apparere imposita seruitus transeundi, vt solet fieri de re rei, quæ realis dicitur, & sic resultat iuris præsumptio, quod quælibet res præsumitur
1 libera, nisi probetur seruitus † in ea apposita tex. est in l. qui luminibus ff. de serui. vrb. prædior. & sic accessus, seu transitus præstari non debet l. bina sedes la 1. ff. eod. tit. glo. in verbo quærit. Ratio est in promptu, quia inuito domino per agrum alienũ quis
2 pergere non debet. † tex. est in l. per agrum C. de serui. & aqua. Maximè nulla apparet
3 ibi via publica, nec per ante, † quod ibi erat aliqua via diruta, vel destructa, ita est tex. in l. 1. §. Iulianus ff. de iti. actoq; primo.

Non negatur, qd quando non adest transitus ad aliquod prædium eundũ, quod tunc debet dari per locum conuiciniorem, & minus damnosum sumptibus Domini prædij.
4 † ita est tex. ad literam: in l. si quis sepulcrũ ff. de religio & sumpt fund. ponderãdo verba. ibi. (præses etiam compellere debet iusto
5 pretio iter ei præstari) † & Doct. notant. in l. 2. vbi Ias. nu. 4. ff. solu. matr. voluit Boer. in decis. 322. ĩ 2. par. & Socy. in reg. facere 142. in 1. limit. & sic auditis arbitris ad vidẽdam faciem loci transmissis, determinaui viam esse præstandam sumptibus tamen d. Doctoris, & ita fuit exequutum Putiniani Anno 1575. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Duo sacerdotes in benefitio iuris patronatus laicorum præsentati. ille præfertur. qui habet omnes qualitates à fundatore appositas.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, seu non est simplex alternatiua.*
2 *Dictio, seu in vltima volũtate stat augmentatiue.*
3 *Dictio, seu ponitur copulatiue, maximè in vnica oratione posita.*
4 *Dictio, seu quandoq; ponitur expositiue.*
5 *Dictio, seu de sui natura est ampliatiua maximè in beneficiis.*
6 *Dictio, seu non inducit ordinem, quando cessat caritas dilectionis.*
7 *Mens vbi certa est de ordine non curatur.*
8 *Ordo scripturæ attenditur, quando concurrit ordo naturalis.*
9 *In transuersalibus non est ordo naturalis, nec rumpitur regulariter testamentum.*

DETERMINATIO CLXXIII.

DICTIO seu in quadam fundatione iuris patronatus à fundatore posita fuit his verbis, de familia masculina, seu feminina, & qui primò ordinatus fuerit ipse præsententur; euenit, qd duo sacerdotes, vnus de linea masculina, alter de feminina concurrerunt; sed ille de linea feminina, tanquã primò ordinatus petebat præferri. fuit dubitatũ si bene, vel male petebat. Respondi.

1 Dictio, seu nõ est simplex alternatiua † qa disiungit verba, & non sensum. ita dixit glo. in l. ad protegendũ C. de in litem dan. tutor. sed in vltima voluntate semper stat augmen-
2 tatiuè † ita est tex. in l. si quis ita ff. de aur. & arg. leg. vbi Doct. declarauit Bart. in l. si quis ducenta §. vtrũ nu. 2. ff. de reb. dub. est tex. in c. ego Lodouicus. iuncta gl. in verbo seu 63.
3 dist. & sic ponitur copulatiuè, † & in c. inter
* ceteras de rescriptis. vbi hęc opi. * cõiter recipit. Maximè qñ ponunt in vnica oratione & vnico sermone. Voluit Dec. ĩ cõs. 4. & Tib. Deci. in Resp. 7. nu. 9. vol. 1.

Voluit

Voluit Benedictus Stracca in tracta. de adiecto in 4. par. num. 5. Pau. de Leone in tracta. substi. nume. 89. & ibi etiam dicit, quod
4 capitur expositiue. † Ias. in consil. 63. nu. 10. in 1. volum. tenet expressè quod in materia vltimæ voluntatis auget, & copulat, & idem tenuit in consi. 216. in 2 volum. Grau. in consil. 105. nume. 6. Felyn. in d. cap. inter cæteras. num. 3 & ibidem Deci. num. 7. &
* ibi dicit, quod hæc est * communis: Bal. in consil. 85. incip. statuto lib. 1. Roma. in consil. 363. dixit, quod dictio (seu) de sui natu-
5 ra, est ampliatiua † ex regula volenti dictionem positam in benefitijs, seù fauorabilibus dispositionibus inducere ampliationem. Io. Andr. in cap. licet lib. 6. in Nouell. in rubr. de off. Vicarij not. in cap. statum de rescrip. in 6.

Cum igitur in casu isto tractatur de benefitio est posita in vltima voluntate, quæ est materia fauorabilis. Ideo in casu isto non inducit disiunctioné, vt præsumatur prius, & posterius, sed æqualiter omnes copulat per Deci. in d. cap. inter cæteras, & per text. d. l. si quis. ita hanc partem firmat Pet. Rebuff. in tracta. denominatio. in q. 14. principali nume. 75 in tom tracta. 15. & quando sumus huiusmodi, nullus ordo seruatur, maximè in casu, vbi cessat ordo dilectionis,
6 & scripturæ † pernotata in l. non aliter ff. de leg. 3. l. duas in prin. ff. de excus. tuto. & probatur in l. cum pater §. fidei tuę ff. de lega. 2. & in l. 1. §. Is qui nauem, versic. egit in re dubia ff. de exercitat. Ratio est, quia vbi méš
7 est certa, non curatur de ordine, † vt in d. §. fidei tuæ, & quod non attendatur ordo, & dilectio, sed voluntas tęstatoris. est text. ad literam in l. hæredes mei §. cum ita iuncta glo. in verb. (voluntatem defuncti potius ff. ad Trebell. Voluit Anchar. in consil. 81.

Tunc ordo scripturæ concurrit, cum ordine caritatis, quando concurrit ordo debi-
8 ti naturalis. † Ita Cyn. Bald. in l. Gallus §. quidam recté ff. de liber. & posthum. & est casus in cap. Raynuntius secundum Immo. in d. §. quidam; in casu de quo queritur sumus in transuersalibus, & in transuersalibus non cadit ordo naturalis. Nec inuitantur ad eorum successionem, nec eis debetur legitima, nec transuersales præteriti rum-
9 punt testamentum, † nisi turpi persona instituta l. fratris C. de inofficioso testamento, & propterea ego respondi in hoc casu, quod ista dictio fuit posita copulatiuè, in tantum, quod omnes videntur æqualiter instituti, & sic primo ordinatus, & præsentatus debet institui ad Dei laudem in Anno 1591. Rutiliani.

Sempronius Asc'a V. I. D.

ARGVMENTVM.

Monasterium non succedit bonis monachæ, non professæ, sed sui proximiores, & donantes, ex causa monacatus, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Moniali mortuæ etiam: non professæ secundum veram opi. monasterium succedit.*
2 *Destinatio animi attenditur.*
3 *Actus non consumatus, quando habetur pro consumato.*
4 *Annus professionis ęquiparatur infirmitati.*
5 *Proximiores succedunt moniali in annũ professionis morientis secundum veram opin.*
6 *Monasterium succedit monacho professo.*
7 *Professus non dicitur nisi anno finito.*
8 *Conditio non pseuerata non dicitur impleta.*
9 *Legatũ relictũ moniali nõ professa nõ datur.*
10 *Distinctio Beroi vera.*
11 *Conclusio cum Bero.*

DETERMINATIO CLXXIV.

IN bonis ingredietis monasterium infra annum professionis morientis, nõ succedat monasterium, sed proximiores. Ita respondi R. D. Abbati Mario de Andria Gesuitæ, qui post modũ istis meis dictis multa doctissimè cumulauit cũ subscriptionibus multorum doctorũ Neapolitanorũ tpe quo iudex And. erã in An. 1590.

Pro monasterio Ciuit. Andriæ dicebatur, quod i bonis huius monachæ succedere de-
1 beat, † & hoc confirmabatur per Iaco. Rane. Cy. & Pet. in auth ingressi C. de Sacrosf. Ecc. Ratio est, nã dedicans se, & bona monasterio dedicare videtur. p tex. d. auth. & auth. si qua mulier C. eo. tit. voluerunt Canonist. in c. in pręsentia de probat. ext. Ratio est illa, qa destinatio eius animi fuit, vt monialis efficeret
2 † habitum maximè assumẽdo, & cũ eo moriendo. ita notat in c. si cupis 15. q. 1. sequitur ex hoc, qd licet actus non sit opere consumatus, & perfectus pp mortem, qd in isto
3 casu habetur pro perfecto, & cõsumato. † ita est tex. in l. cum quidã ff. de aũr. & arg. lega. & hanc opi amplectitur Ancha. in consi. 59. incip. cõtra donationem, & eũ sequit Dec. in d. auth. ingressi. & Rosill. in ead. auth. I n. 15.

Digitized by Google

Equiparat ingressum in anno probationis
4 infirmo. † modo sic. infirmus si donat causa mortis, & non reuocat, secuta morte donatio in donatarium confirmatur l. non omnis ff. si cer. pet. Ideo stante improbatione, videtur quodammodo stare in infirmitate vitæ mundanæ, quæ vita mundana per professionem finitur, & hæc opinio cõprobatur, quia summa est ratio, quæ pro monasterio facit l. sunt personæ ff. de relig. & sumpti. fun. & hác partem videtur tenere Fely. in cap. cum adeo. num. 3. de rescrip. extra. all. Pet. de Anchar. in consil 65. incip. contra donationem, vbi vult, quod bona nouitij defuncti applicentur monasterio, quia animi destinatione religiosus erat. Et ibi adde. in verbo. (bona nouitij).

Contrariam partem veram esse affirmo.
5 † hoc firmauit Bart. in d. authen. ingressi. in nume. 56. versic. quæro quid si ingressus, & hoc approbauit Cyn. quãdo dixit, quod prima opin. videtur sibi durior. & Amod. Signorol. in eod. loco idẽ affirmauit. Et addict. ad Deci. in verbo superatus. dixit hæc verba, quod ex simplici ingressu. (qui est annus probationis) nihil prorsus monasterio ac-
6 quiritur. † Et ita obseruat mundi practica. Corroboratur solidissima ratione. Nam monasteriũ succedit monaco professo cap. Nolo 12. q. 2. professus dicitur finito anno. tex est in cap. beneficium de regular. in 6. & sic intelligitur de ingressu effectuali, vt in d. authen. ingressi, & in cap. viduam, de regular. extra, & in cap. interrogasti 27. distin. & de vtraq; notatur in cap. ad Apostolicam. eod. tit. Grau. 325. Sequitur conclusio, quod ista, quæ fuit mortua infra annum non dicitur professa. Ergo monasterium ei non succedit, sed proximiores morientis l. conficiuntur ff. de iur. codicill. & quod infra annum
7 non dicatur ingressus declarat † Franc. Nicolit. in cap. quoniam contra in par. 2. num. 369. per tex. cap. religioso. de sent. excomm. in 6 ponderantur etiam; verba posita in ingressu, quæ sunt ista. [Et caso che detta Giulia morelle, prima che entrasse, ouero dopo intrata non perseuerasse al suo monacato prometto restituire docati ottanta all'Illustrissima Signora) ponderando verba, non perseuerasse nel suo monacato; nam qui nõ profitetur non dicitur perseuerare, quia cõdictio non dicitur impleta, nisi perseueretur
8 † in ea vsque ad finem l. si pro patre §. verbum ff. de in rem verso. & Fely. dixit in cap. cum deputati, de iud. extra, quod ille dicitur verè religionem ingredi, qui in illa professus est. & Ang. Aret. in § si quis ancillas inst. de lega. & legatum factum mulieri ingredienti monasterium, non debetur, nisi
9 mulier professionem fecit. † Ita Doct. in l. si quis hæredem ff. de insti. & substit. & ita videntur verba Concilij Trident. in 25. sess. in cap. 16. & ita in terminis voluit Nauarra. Alius in consil. fi. sub rubr. de success. ab intest. in 1. vol. parificando casum mortis, & obeuntis in monasterium, & hanc opi. comprobauit Luc. de Pen. in l. stigmata in 2. colum. versic. quid autem si ingressus de fabri. C. lib. 11.

Sed quid eundo per mendicata suffragia.
10 Nam Bero. in consil. 6. distinguendo dixit, † aut moriens in ingressu monasterij dedicauit se, & bona sua propria peruenta ex suo patrimonio, vel ab ipsa acquisita, & tunc procedit prima opin. antiquorum. Et ita etiam add. ad Fely. in d. cap. cum adeo.
11 Aut bona † ista sunt donata huic mulieri, (vt est casus iste ab extranea persona) cum hac conditione; vt sit Monaca. & in isto casu si moritur infra annum restituuntur domi, & sic re'pondi contra monasterium in ciuitate Andriæ. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Tutor. & quilibet administrator tenetur reddere rationem. & quando tutor salarium habere debet.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur reddere rationem suæ administrationis.*
2 *Quilibet administrator rationẽ reddere dẽt.*
3 *Reditio rationis est ita necessaria, quod non potest dari cautela, vt non redatur.*
4 *Rationem reddere debens, ad duo tenetur.*
5 *Tutor pecuniam pupilli in emptionem ponere tenetur.*
6 *Tutor ante administrationem inuentarium conficere debet.*
7 *Tutor inuentarium non exhibens, suspicione non caret.*
8 *Rationẽ reddere tenetur tutor, & eius hæres.*
9 *Tutori salarium regulariter non debetur, à principio non taxatum.*
10 *Fallit in tutore paupere.*
11 *Salarium diurnum datur secundum vires patrimonij, & qualitates tutoris.*

DE-

DETERMINATIO CLXXV.

MAGNIFICVS Aloysius Meroldi tutor Clerici Riccardi quarti conuenctus extitit, vt tutelæ administratæ rationem redat: Replicat ad prædicta non teneri, nisi prius declaratum fuerit salarium, & quia replicatum fuit dictum salarium non deberi; petijt, quod stante affinitate, articulus iste compromitteretur. Fuit triplicatum, quod cum iste sit articulus iuris, quod non debet compromitti. Ego verò ponderatis eorũ dictis, & replicatis, determinaui, vt infra.

Ad primum dixi, quod tutor indistinctè tenetur reddere rationem administrationis
1 tutelæ. † Ita est tex. in l. 1. §. off. ff. de tut. & Ratio distrah. Doctor. in l. aduersus, & l. Rationes C. de admi. tut. l. 2. ff. de neg. gest. quæ regula per prędictã procedit in quolibet administratore: doctè Iacob. Philip. Port. in consil. 12. num. 20. Socyn. in consi. 2. num. 2. in 1. volum. Est enim regulare, quod quicunque administrat negotia alterius, siue cũ mandato, siue sine mandato: semper tene-
2 tur redere rationem † Clem. 2. §. illi de relig. Dom. & in authen. de sanctiss. Episco. Socy. in d. consi. 3. num. 5. & Ioseph. Damhouderij in tract. de pupillorum patrocinio, c. 3. nume. 2. in eod. tom. 8. par. 2. & in tracta. de tutor. & curat. cap. 1. nu. 18. & 19. eod. tom. tract. Deci. consil. 178. & in consil. 191. & in cõsi. 39 incip. Nobilis. Cassan. in consuetudine Burgund. in rub. 6. §. 1. nu. 1. Suarin in tracta. comm. opi. in rubr. de edend. num. 27. in 1. tom. comm. opi. Roma. in consil. 414. plenè per Ant. Piegg. in tract. de tuto. & curato in q. 19. nume. 1. & 2. in tracta. tom. 8. par. 2. vbi dicit, quod talis redditio est ita necessaria, quod nulla cautela dari potest, vt nõ re-
3 datur, † nec testator prohibere potest: plenè per Carol. Ruyn. in consil. 70. num. 8. volum. 4. & in tracta. eod. Ioseph. Domoudi cap. 3. nume. 26. & 27. Deci. consil. 349. & Plot. in l. si quando §. 5. num. 3. C. vnd. vi. & Tho. Doc. in cõsi. 101. nu. 3. & cõs. 105. nu. 1.

Imo qui tenetur rationẽ reddere, ad duo
4 principaliter tenetur, primo † computũ dare, secundo reliquum restituere l. quamuis. & l. cum seruus ff. de condit. & demonst. l. si ita fuerit §. quero ff. de manum. testa. at ideo ante omnia repertorium cõfectarum rationum exhibere debet l. tutor, qui repertoriũ ff. de admin. tut. Rom. consi. 128. Cuman. in consi. 87. Abb. consi. 12. in 6. dubio.

Tertio tenetur pecuniam pupilli in emptionem ponere, vel dare ad honestũ lucrum,
5 † ita Docto. in d. l. qui repertorium. Pau. de Cast. in consi. 302. lib. 2. Ruyn. in consi. 108. lib. 1. Bal. in cõsi. 275. lib. 1. si p̃dicta non fuerit ossi in dolo, & iurare in litem quãtum pupilli interest post alios Deci. in d. cõs. p̃dicto.

Nam inuentarium antequã administret
6 conficere debet, & tenetur. † Secundo quod scribat librum rationum, vt per Bal. in consi. 313. ad euidentiam lib. 1. Roma. in cõs. 118. quoad primum in quo debent notari fructus, & reditus patrimonij, vt docet Bal. in consi. 190. 1. vol. Et Petr. de Anchar. in cõsil. 317. Deci. in d. consi. 191. in casu præposito.

Immo si non exhibet, & reliqua non con-
7 signat; suspicione non caret, † ita Bart. in consi. 150. Anchar. in consi. 317. Deci. in cõsil. 178. in prin. Paris in consi. 41. nu. 55. & 56. vol. 2. Iacob. Philip. in alleg. consi.

Et in tantum est vera ista conclusio, quod non solum rationẽ reddere tenentur ipsi tu-
8 tores per prædicta: sed etiam sui hæredes. †

Ita Deci. pulchrè in cõsi. 110 nu. 7. Rom. in consi. 413. in princ. vbi Mand. nu. 2. Boer. decis. 59. Rolan. à Vall. cõsi. 49. nu. 14. vol. 1. Viui. in decis. 40. nu. 10 in 1. par. Vbi copiosè Franc. Burs. consi. 105. incip. intentio Domini Pauli nu. 1. vol. 1. vbi diffusè hanc materiam tracta. ad quem recurre, quia pingue allegat in tota hac materia. Et Ias. in consil. 219. incip. ista materia, per totũ, & in 2. vol. in consil. 14. nu. 14. in 3. vol. & Fran. Becc. in d. consi. 219. & Crau. in consi. 282. de tribus.

Quoad secundum caput, an salariũ dicto magnifico tutori debetur; dixi, quod regu-
9 lariter non debet, † maximè, quando à principio nõ fuit taxatum, probatur in l. à tutoribus §. 6. incip. admodum principalibus ff. de admin. tuto. l. in eos ff. de tuto. Menoch. consi. 228. nu. 8. vol. 3. & Ill. D. Vinc. de Franc. in decis. 122. in causa magnifici. Et hãc opi. sequit. Viui. in decis. 40 incip. tutor. Et hæc
10 cõclusio fallit, quã do tutor esset pauper, † & maximè, qñ aliter se substentare non posset l. 1. §. pupillus ff. de tuto. & ratio. distrah. & p Viui. in cit. loc. nu. 5. in 1. vol. & ante eum Ant. de Pragl. in tract. de tut. & cura. in q. 3. nu. 9. & 10. in tom. tract. 8. par. 2. & istud salarium diurnum dat̃ pro qualitate suæ psonę, & pro quãtitate, & facultate siue pro red-
11 ditibus patrimonij pupilli, vel adulti. † Itẽ si extare cõtigerit debet dari sumptus equi, & itineris. ita Ioseph. Damhouder. in tract. de tut. & cur. in prin. nu. 12. in eo. to. tract. & par. & erit taxandũ arbitrio iudicis Cor. cõs. 62. vol. 4. sed Th. Doc. ĩ cõs. 147. n. 8. dixit, qđ

Digitized by Google

tutori salarium à iudice constitui potest: per Doct. Bar. in d. l. eos ff. de tut. & ibi etiam dicit, quod pro rata temporis debetur. sub nume. 11.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Remoto principali non ammouetur accessorium.

SVMMARIVM.

1 *Destructo principali corruit, & accessorium.*
2 *Electio sindici ob continuationem est nulla.*
3 *Electio facta contra legem est nulla.*
4 *Confirmatus statim habet ius exercendi.*
5 *Manutenendi sunt in possessione, seu quasi qui reperiuntur.*
6 *Facta ab eo, qui habebatur pro prælato valida sunt.*

DETERMINATIO CLXXVI.

SINDICVS in Anno 1579. fuit electus à tota adunantia Terræ Putiniani in maiori Ecclesia in præsentia officialis tempore loco solitis, electus, & confirmatus fuit Notarius Antonius de Fanellis, qui iuxta Consuetud. d. Terræ sex suos Decuriones elegit, & alij sex à tota adunantia electi fuere. Contra quem insurrexerunt aliqui ciues, & habito recursu ad Reg. Audien. Prouin. Litij. prouisiones obtinuerunt, vt remoueretur Sindicus, tanquā electus contra formam iuris, & Regiarum Pragmaticarum; & sic fuit electus loco sui Sebastianus de Merizza, qui similiter elegit suos sex ordinatos, cum quibus terram regere prætendebat, & inter prædictos, & electos à Notario Antonio maxima orta fuit cōtrouersia; sed ex infrascriptis rationibus in fauorem electorum Notarij Antonij fuit determinatum.

Pro decurionibus noui Sindici Merizza dicebatur, ex quo Notarius Antonius fuit nulliter electus, quod etiam ordinati ab ipso electi nulliter fuerunt electi, & ex consequenti remoto eo, debent remoueri, & sui dependentes, per regulam, quæ se habet, quod destructo principali, corruit accesso-
1 rium. † per tex. in cap. venerabilem. iuncta glo. in verbo (obseruari) de elect. extra. & cap. qualiter eod. tit. & l. cum quid principalis ff. de reg. iur. & cap. accessorium eod. tit. in 6. cum simil.

Nam electio Notarij Antonij fuit nulla, quia anno præterito fuit etiam Sindicus, &
2 sic ob continuationem † iuxta tex. l. 1. C. de mun. non conti.

Ergo electio sequuta electorum, dicitur
3 etiam nulla, & facta contra legem † iuxta l. non dubium C. de leg.

Pro parte decurionum Not. Antonij dicebatur, quod ipsi debet manuteneri in possessione, ex eo, quia eorum electio à principio fuit valida, cum statim, quod à tota adunāti à eligitur Sindicus in d. Terra absq; aliqua confirmatione superioris, habet ius ad-
4 ministrandi, † & omnia agendi, iuxta notata in cap. cū inter canonicos. & ibi Io. Andr. super glo. in verbo (sed nonne) de elect. & iuxta notata in cap. ne pro defectu eod. tit. Cum igitur adunantia Terræ Rutiliani habet potestatem eligendi, & confirmandi iuxta prædicta, meritò Notarius Antonius potuit eligere. Ita Anchar. in consil. 51. incip. consuetudo. Et ex consequenti electi dicuntur ritè, & rectè electi, & propterea manuteneri in eorum possessione exercēdi officium
5 decurionatus. † per textum cap. qualiter de elect. extra, & per notata in l. Barbarius, & ibi
* communiter * Doct. de off. prætor. ff.

Hac de causa glo. in cap. nihil in § fin. in verbo administrant. in vers. (sed pone, quod prælatus) dixit, quod si aliquis fuit in quieta administratione, & in quasi possessione prælationis de licentia Papæ, & pro prælato habitus fuit, quod omnia, quæ fecit illo medio tempore, rata sunt, quia facere pote-
6 rat. † arg. cap. ex literis, & cap. consultationibus de iure patro. extra. & can. querelam de elect. & l. si procuratorem ff. de procurat. in fi. Cum igitur in casu isto Notarius Antonius fuit electus Sindicus, administrauit officium, fuit habitus pro Sindico, ergo decuriones ab eo electi, & gesta per eum illo medio tempore sunt validissima, & hoc apertè comprobauit Inno. in d. c. qualiter, & quando dixit, quod si fuit electio confirmata, gesta per eum valent, & tenent. Hinc Io. And. in cap. nihil in vlt. colum. dixit hæc verba. Quod omnia quæ facit electus cui defertur administratio à iure, vel per cōfirmationem valent, etiam si canonica non fuisset electio, etiam si simoniacus fuisset in ordine, vel benefitio. Ratio secundum eum est, quia per confirmationem ius administrandi habuit, iux. tex. cap. transmissam. & cap. qualiter de elect. & hoc voluit Innoc. in d. cap. nihil nu. 4.

Digitized by Google

num.4.&c. 5. & voluit Cardin. Zabarella in consil.114. Vnde si postea iste cõfirmatus remitteretur. Nihilominus gesta per eum valent, & tenent. Arg. l.1 §.pen. ff. quod cum fal. tut. &c. l. ait prætor §. promittitur ff. de minor. Voluit Abb. in d. cap. qualiter in nume.7. dum dixit, quod gesta post confirmationem tenent, & licet confirmatio ex aliqua iusta causa cassetur, non tamen facta per eũ cassantur. Imo valere debent per notata in d.l. Barbarius, &c. cum isto dicto transeunt
* communiter: * Doct.

Non obstant in contrarium adducta, quia loquuntur in electo, & nõ confirmato, nam ante cõfirmationem gesta per eum sunt nul-
7 la † illa ratione, qa destructo principali corruit accessorium: secus quando per confirmationem est datum ius administrandi. & ita loquuntur Doct. in d.l. cum principalis. Ex quibus determinaui in fauorem ordinatorum à Notario Antonio electorum à quâ fuit appellatum ad R.P.A. Hydruntinam, in qua ista mea determinatio fuit reuocata, & habito recursu ad S.C. & commissa causa Illustri Domino Herricano Regio Consiliario seruatis seruandis auditis partibus in d. Anno 1579. fuit in Sac. Reg. Consil. mea determinatio approbata, &c. reuocata sententia R.P.A. &c. sic prædicti ordinati exercuerunt officium: vsque ad annum. Et dum in d. R.P.A. ibidem Auditor esset I.I. Salamanca nunc Regius Consiliarius, & cum ego de hoc negotio ei alloquerer, dixit, quod nunquam ipse consentijt in d. sententia, &c. sic exequutum ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Cessionarius facto præambulo, via exequutiua agere potest.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius creditor dicitur.*
2 *Creditor via exequutiua agere potest.*
3 *Cessionarius via exequutiua agere non potest.*
4 *Cessionarius præambulum facere debet, vt agat via exequutiua.*
5 *In præambulo partis citatio non requiritur.*

DETERMINATIO CLXXVII.

CESSIONARIVS iuxta formam ritus Magnæ Vicariæ incip. item si quis sub rub. vult instrumentum liquidum, vel obligationem sibi cessum, & cessam accusare, an possit. hæc quæstio multoties occurrit, & ego eam breuiter explano. Nam cessionarius
1 dicitur creditor, † ita dixit Lo. Io. Rom. qui quotas allegat in cõsi.142. incip. Quod cessionarius. Si igitur creditor hoc facere po-
2 test: † ergo, & ipse cessionarius, & est com-
* munis opin. * secundum Socy. in consil.27. nu.7. volum.1. & Viui. in tract. comm. opi.1. in rubr. qui bon. cedere poss. Gal. in tract. ad formam Cameræ obligatio. in tit. de persona petente exequutionem. nume 2. in tom. tract.6. par.2. licet Bald. in tracta. de statut. nume.4. & 10. in tom. tracta 2. aliter teneat, & malè. Afflict. vero in Constit. Regni eos, qui scienter nume.14. sub rubr. de periurijs lib.3. dicit, quod cessionarius nullo modo
3 via exequutiua agere potest, † per Scaglio. in rit.163. nume.21. vbi dicit, quod cedens cessionarius præsentat instrumentum. Sic ipse, & Anibal Troysi. in ritu 286. sub rubr. de præambulo tenet cõtrarium Prosper Carauita in d. ritu 286. sub. rub. tenet cum Affic. Alexan. in l. si sic ff de legat.1. in fin. tenuit, quod debet fieri præambulum per cessionarium ad instar hæredis, & potest agere
4 via executiua, † &c. ita tenuit Maranta in sua Pract. in 6. par. principali in versic. proposui. in prin. huius 6. partis. num.6. licet sub dubio. Boer. verò in decis.10. tenet intrepidè, quod facto præambulo potest agere. est bene verum, quod in isto præambu-
5 lo partis citatio non requiritur † secundum veram opin. ita Carauita in d. ritu, & Rober. Maran. in d. loco nume.6. & voluit Gramm. in decis.58. &c. sic determinaui pluries, quod ad fugiendas cõtrouersias fiat præambulum, &c. eo facto exequatur, & hæc cautela est facilis, & sic tenet etiam: Hyppol in sing.26. & idem in l. si quis ne quæstio nume.11. ff. de quæstio. &c. Ant. Mass. Gal. in tract. formæ Cameral. oblig. in quæst.2. nume.1. in tom. tract.6. par.2. licet ipse teneat, quod debeat pars citari &c. & ita ad Dei laudem decreui.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Prętium non augetur, neque diminuitur, quando venditio fit à corpore. licet fiat mentio iugerum, secus si à mensura.

SVM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 Assignatio confinium, rem designat.
2 Venditio, quę incipit à corpore, non auget, vel minuit pretium.

DETERMINATIO CLXXVIII.

FUNDUS venditus fuit his verbis, (vendo parcum meum parietibus cintum, pro ducatis centum, qui est tumulorum quadraginta terrarum) qui parcus repertus fuit triginta tumulorũ, & propterea emptor dicebat pretiũ sibi restitui debere, & minui. Hanc quæstionem pluries habui, & breuiter cum hac distinctione determinaui, dicens quod ista venditio incipit à corpore, & non à mensura, & quando sumus huiusmodi, emptori pretiũ non restituitur si nõ est tot tumulorum, nec
1 venditori si est plus. † 1. Ratio est illa, quia
2 consignatio confinium rem designat, † & quicquid est intra includit l. ęde sacra §. 1. ff. de contrah. empt. & l. qui fundum §. qui agrum, & ibi glo. ff. eod. tit. & l. si duarum ff. de actio. empt. ita dixit Bal. in rub. C. de contrah. empt. sequitur Ias. in l. 1. in Lectura Paduana nume. 4. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. versic. 5. limita. Barthol. Socyn. in l. demonstratio falsa nume. 10. ff. de condit. & demonstra. & ibi additur per text. l. si venditor, & per speculatorem in tit. de emptio. & vend. in num. 73. & ibi Ioannes Andr. in 4. par. Sal. in l. qui fundum, in d. §. qui agrũ. Affli. ct. in decis. 68. Deci. in consil. 500. in 4. volum. Capic. in decis. 14. Paul. de Castr. in l. cum conuenit, num. 4. C. de peri. & commod. rei venditæ Corn. in consil. 59. 4. vol. per totum. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGUMENTUM.

Ius congruum vtrum spatio 30. annorum prescribitur, declaratur.

SUMMARIUM.

1 Ius congruum spatio 30. annorum prescribitur.
2 Spatio 30 annorum omnis tollitur actio.
3 Infinitas est euitanda.
4 Ius congruum ex l. Federici prescribitur spatio 10. annorum.
5 In prescriptione iuris congrui nulla purgatio more admittitur.
6 Solutio debet fieri venditori vna cum interesse.
7 §. Transcurso decennio, quod non est Federici, sed adiectio quedam.
8 Quod sit ex l. Federici ostenditur.
9 Communiter approbatur ideo seruandus est.

DETERMINATIO CLXXIX.

PRÆSCRIPTIO in materia iuris congrui non denunciati est an-
1 norum 30. † ita dixit Marcus Mantua in rep. l. dudum nume. 33. ff. de contrah. empt. Ratio; est quia spatio tanti
2 temporis tollitur omnis actio, † & præscribitur, per text. in l. sicut. & l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, & ratio rationis,
3 quia infinitas est euitanda † cap. cum in cunctis de rescriptis, & l. fi. finita ff de damn. infect. cum infinitis, vt latè per Tiraquell. in tract. de retract. conuentionali §. 1. glo. 2. per totum, & Afflic. in tract. de iure prothomis. nume. 20. & idem Tiraquel. in tract. Lignager. §. 1. glo. 10. num. 10.

Pro parte cõtraria dicebatur, quod in hac materia iuris congrui præscriptio currit per
4 decem annos, † ita notatur in l. sancimus. in §. transcurso vero decennio. sub rubr. de iur. cong. Cum igitur per d. l. sit statum tempus statutum, infra quod vicini ob denunciationem factam ius congruum petere possunt, alias illo elapso non sunt amplius audiendi, & ita dixit Tiraq. in d. tract. conuentionali. in glo. 2. num. 5. in §. 1. & in tantum ista conclusio est vera, quod nulla pur-
5 gatio moræ admittitur. † vt dixerunt Inno. & Abb. in cap. cum in tua extra, qui matrimonium accusare possunt, & per tex. l. fi. ff. de decr. ab. ord. faci. & multa cumulat Tiraquel. in d. tract. Lignager. § 3. glo. 3. nu. 2. & hoc videtur annuere Afflict. in §. 2. nume. 31. dum dicit, quod debet fieri solutio
6 venditori vna † cum interesse, quæ passus est venditor propter retardatam venditionem, si expectauit decennium. Ergo &c.

Ad hoc vltimum replicabitur, quod ille §. trãscurso nõ fuit Imperatoris Federici, sed
7 adiectio, † & hoc colligitur ex verbis Afflicti, qui in §. præcedenti, cum dixit in vltimis verbis; & hic finitur lex Federici. Ergo tanto magis quia idem Afflict. omnes §§. commentat præter hunc, & in multis codicibus, & propriè in impressis in anno 1539. non reperitur, & hac de causa tenenda est opinio Mantuæ.

Ad hoc vltimum fuit triplicatum, quod

Il. Grę-

ll. Græcorum in d. l. sancimus incipiunt à §. scriptum est enim, qui §. sequitur post §. transcurso, vt Afflict. idem testatur ibidem, & propterea lectura verborum dictorum
8 §§. videtur, quod sit lex Federici † tanto magis, quia in aliquibus codicibus antiquis impressis in Anno 1504. iste § reperit scriptus, & propterea dicendum, quod sit ipsius Imperatoris.

Propterea hodiernis temporibus scriptum reperitur, & à multis scriptoribus comentatus, vt per Nouell. in d. l. sancimus in d. §. transcurso. Si igitur hodie * communi-
9 niter ab omnibus est approbatus. † Sat hoc
* est, quod obseruari debeat. pernotata per Anchar. in consil. 94. num. 5. maximè, quia non reperitur contra dictum §. in contrariũ determinatum. vt per Bart. in l. de quibus ff. de leg. Voluit Socy in consi. 99. volum. 1. Bero. in consi. 77. num. 20. vol. 3. Grauett. in consi. 55. num. 6. & in tract. de antiq. temporis. in 4. par. num. 32. & 33.

Ego verò in Terra Molæ in causa orta inter Eccellentes Iustinũ de Girardo, & Brancatium de Mutascio V. I. Doctores determinaui dicto Brancatio competere ius congruum in quadam domo non obstante lapsu 13. annorum, à qua mea determinatione fuit appellatum in Magnam Cur. Vic. & deinde ad S. C. & fuit approbata.

In præsenti verò causa orta in Terra Casamaximæ inter Ioannem de Paschucio, & Nobilem Vitum de Z zam, & cõsortios, quia erant decursi anni circiter 22. determinaui ius congruum non competere; & sic secundum varietatem locorum debet quandoque iudicari. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Donatio facta ex causa, non dicitur propriè donatio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio, vt aliquid rehabeatur mutuatim dicitur ex causa, & non simplex.*
2 *Donatio ex non repromisso recepto reuocatur.*
3 *Donatio est contractus nominatus.*
4 *Donatio ob causam, non dicitur contractus nominatus.*
5 *Donatio cum stipulatione, & iuramento est irreuocabilis.*
6 *Ad rescindendam stipulationem, conditio ob causam competit.*
7 *Iuramentum habet conditionem, si repromissum seruatur. alias non ligat.*
8 *Intellectus ad glo. in l. si pecuniam ff. de condi. ob caus.*
9 *Donatio reuocatur, quando donans efficitur pauperior donatario.*
10 *Donatio ob causam, nõ dicitur vera donatio.*
11 *Voluntas contrahentium debet attendi, & non conceptio verborum.*
12 *Mulier sine dote regulariter non maritatur.*
13 *Donatio omnium bonorum est improbata.*

DETERMINATIO CLXXX.

DONATIO à matre filijs dotium, l r rum, & successionis filiæ facta cum promissione haben i à fi ijs certam quantitatẽ frumenti, vini, & pecuniæ, non simplex do-
1 natio, sed ob causam dicitur, † quandoquidem videtur facta ob repromissionem filiorum subsequutam ad commodum donãtis, ita est tex. in l. 1. ff. de donat.

Ita quod causa repromissionis non secu-
2 ta donatio reuocari potest: † l. 1. C. de dona. quæ sub modo l. 2. l. 3. l. si repetendi. & l. legem C. de cond. ob caus. Hoc voluerũt Bart. & Doct. in l. fi. ff. de cond. ob causam vbi facta longa disputatione cõcludunt, quod ratio est, quod donatio est contractus nomina-
3 tus. † Ratio rationis est, quia non est proprie
4 donatio, sed potius datio ob causam. † Ita Bart. in l. 2. C. de cond. ob caus. & in d. l. fin. Vbi etiam assignat aliam rationem.

Et licet esset oppositũ, quod in casu præsentis donationis adest stipulatio cum iura-
5 mento, & ideo irreuocabilis, † per iura satis clara.

Fuit responsum, quod ad rescindendam stipulationem, condictio ob causam compe-
6 tit. † Ita est text. & ibi Doct. omnes * in l. si
* quis accepto. & in l. si mulier ff. de cond. ob caus.

Nec obstat iuramentum, quia habet in se tacitam condictionem, quę est, si sibi per aduersarium in adimplendo promissa contracta seruetur, & propterea cui non seruatur contractus, non arctatur ad obseruantiam
7 iuramenti. † ita est text. in cap. peruenit de iur. iur. extra. & per glo. & Doct. ibidem, & in cap. quemadmodum in eod. tit. facit tex. in l. fi. ff. qui satisdari cogantur, & l. fi. C. de non num. pecun. est tex. etiã in l. si libertus ita iurauerit ff. de op. lib. Ang. in consil. 315. & M. Cherian. & Villalob. in rub. de reb.

Digitized by Google

Regnô est stilus Cancellariæ, vt de delictis
3 priuatis, † vt est iniuria non potest procedi ex officio etiam ad denuntiam partis, vt per Gramm. in loco prædicto.

Tertio, & ad idem, nam in actione iniuriarum non potest procedi in Regno, nisi libello
4 porrecto † per partem quærelantem. iuxta ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, qui est vltimus, & finalis, vbi etiam, & doctè Carauita.

Quarto dicebatur, quod fuit secuta remissio, & quando sumus in actione iniuria-
5 rum statim in ea procedi non potest, † vt per scrib. in d. fi. ritu, & etiam per Moder. vt est Lutius Follerius in Prag. Regni sub rubr. de remissio: in fine, & ante eos voluit Par. de Put. hoc idem in tract. sind. in ver. dicit constitutio nu. 15. & Iacob. de Beluiso. in tit. de iniur. num. 57. cum seq.

Quinto dicebatur, quod dictus Paulus fuit prouocatus conuitiando contra eum, & multa verba iniuriosa dicens, qua de re li-
6 cuit, & ei alia verba iniuriosa proferre, † vt per Doct. in l. vt vi ff. de iust. & iur. & per Docto. in l. qui cum animo §. libertus ff. de bo. libe. declarat Gram. in decis. 38. n. 3. & 5.

Sesto, & vltimo dicebat, quod ipse Paulus est homo vxoratus plures habens filios, ætatis maturæ, quietus, non rixosus, nō folitus, & in summa bonæ vitæ famæ, & condictionis, quæ omnia arguūt ipsum prouocatum fuisse, & tollitur per prædicta omnis
7 sinistra informatio † Bald. teste in l. fi. & ibi etiam Alex. ff. de probatio. & in consi. 90 volum. 3. & in consi. 179. vol. 1.

Pro parte contraria dicebatur, quod sumus in personam Ecclesiasticam cui, quando fit aliqua iniuria potest in Regno ex offi-
8 cio procedi, † vt est cap. Regni incip. de iniur. sub. rubr. de iniurijs Ecclesiasticis personis factis.

Secundo dicebatur, quod licet, quando alicui dicitur iniuria propulsare eam cum verbo mentiris, nihilominus si replicauerit conuitiando alia verba iniuriosa, &
9 contumeliosa, † quod isto casu respectu sui animi iniuriantis debet puniri, licet mitius teste Capicio hoc asseuerante in S.C. ita decisum fuisse in decis. 58.

Tertio replicabatur, quod iste Paulus excessit non solum dicendo alia verba iniuriosa, sed admenauit, ex qua admenatione pu-
10 niri debet † teste Angelo de malef. in sun tract. in verbo admenauit. Notatur per Docto. in l. si quis pulsatus non fuerit ff. ad l. Aquil. Canonizatus in cap. si quis pulsatus nō fuerit cum sequenti.

Contraria igitur procedunt in eorum casu, & quando nō essemus in clerico, nec excessus adesset, quia tunc in actione iniuriarum non potest; procedi ex officio maximè parte remictente.

In casu nostro fuit facta iniuria clerico in platea publica, adfuit admenatio, & propterea determinaui dictum Paulum fuisse exulandum à Terra Casamaximæ eiusq; territorio, & de stricto per Annum, vt iam pars met se quieuit, & sic exequutum ad Dei laudem in Anno 1576.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Locans prædia fiscalia diuiti excusatur nō capiendo fideiussorem.

SVMMARIVM.

1 *Locans prædia fiscalia diuiti non debet capere fideiussorem, secus si pauperi.*
2 *Tutor deponens pecuniam penes fidum banchum excusatur si decoxerit.*
3 *Conductor ob conditionem mutatam potest cogi ante tempus.*
4 *Locator potest exequi fructus rei conducta.*
5 *Locator potest propria authoritate expellere secundum conductorem.*
6 *Fideiussio à statuto requisita etiam si est diues debet capi.*
7 *Fideiussio quando requiritur de forma.*
8 *Distinctio Ripæ approbata.*
9 *Locator carcerans conductorem adhibet diligentiam omnem.*
10 *Pragmatica de regimine vniuersitatis, non procedit in bonis Baronis.*
11 *Consuetudo excusat.*

DETERMINATIO CLXXXII.

LOCAVIT Ærarius Terræ Turi fundum Baronalem Vito de Lucente pro certa summa non recepto à conductore fideiussore conductor infra triennium decoxit, qua de re alius ærarius pretium non recepit; in calculo ponendo fuit orta controuersia inter primum Erarium locatorem, & vltimum, quis ipsorum debuisset condemnari.

Pro parte primi Ærarij dicebatur, quod tempore conductionis, cōductor diues erat, & soluendo, & probauit, & quando sumus
1 ubi usmodi resultat clara iuris conclusio, qd loca-

10 † quia notoriè apparet, quod est diuersa ratio. Nam in locatione vniuersitatis, ideo requiritur fideiussio, quia cōsideratur interesse viduarum, pupillorum, pauperum, & aliarum personarum miserabilium, & priuilegiatorum, sed istud interesse non consideratur respectu Baronis, qui semper præsumitur tractate de lucro captando, & nunquam de damno euitando, & præsertim in casu isto, in quo fuit probatum, quod nunquam erarij præteriti fideiussores à conductoribus accipere soliti sunt, & cōsueti, quæ
11 consuetudo debet ipsum excusare, † vulgatis iuribus, & sic vera est opin. dicentium, & Doctorum tenentium primam partem, quia non requiritur de forma in casu isto fideiussio, & sic distinctio Ripę est pro primo Erario, si rectè ponderetur, & vt dixi in tali erā determinatione, sed de communi consensu ab vtraque parte electus concordaui, vt quilibet solueret ratam suam, & sic quilibet ipsorum medietatē prætij Baroni, salua actione exigendi à prædicto locatore. per notata in l. maximi opinatores C. de exactoribus tributorum lib. 10. ad Dei laudem Turi sub anno 15

Sempronius Asela V.I.D.

ARGVMENTVM.

Confessio contraria cōfessioni contractui cum iuramento factæ non valet.

SVMMARIVM.

1 *In contractibus potius veritas, quā scriptura attenditur.*
2 *In articulo mortis, nemo præsumitur immemor salutis æternæ.*
3 *Dicto morientis non est credendum.*
4 *Liquido probari debet, quod per morientem asseritur.*
5 *Verba in contractu apposita, omnia instrumenta vera esse: remouent simulationem.*
6 *Qui in contractu dicit. (omnia vera esse) & deinde contrarium, est periurus.*
7 *Iuramentum debet seruari, quando potest seruari, sine interitu salutis æternæ.*
8 *Reuocatio instrumenti cum iuramento debet in specie fieri.*
9 *Renuntiatio generalis non extēditur ad obligationem iuratam.*

DETERMINATIO CLXXXIII.

INSTRVMENTI de mutuo stipulati inter Donnum Nicolaum, & magnificū Iustinū de Girardis V.I.D. Terræ Molæ, eius vigore contra tertios possessores aliquorum bonorum dicti quondam D. Nicolai assistentia egit, contra quem tertij insurrexerunt dicentes assistentiam præstari non deberi.

Primò, quia cum Donnus Nicolaus in vltimis constitutus esset, declarauit ante mortem in suo, quod condidit eulogio, qualiter omnes contractus, & omnia instrumenta inhita, & stipulata inter ipsum, & Iustinum erant simulata, ficta, & non vera, & quando sumus huiusmodi instrumētum dicitur apparenter, & non existenter, & propterea potius veritas, quam scriptura attenditur
1 l. 1. C. plus val. quod agitur.

Secundo dicebant, quod huic confessioni à sacerdote factæ, & in articulo mortis existente credendum est. Nam nemo præsu-
2 mit tunc tēporis immemor salutis æternæ. †

Pro Iustino dicebatur, qd dicto morien-
3 tis non est credendum, † quia nō omnis, qui moritur est S. Io. Baptista. Ita dixit Bal. in c. 1. in §. vassalli de pace constantiæ in verb. feu. Debet enim liquido probari id, quod per
4 morientem asseritur, † nec alias ei creditur. ita dicit tex. in l. si quis in grauis §. si quis moriens, ponderando verba ibi (nisi potuerit hæc probari) ff. ad Sillania.

Nec dictū testoris i suū fauorē nocet tertio.

Præterea in instrumento prędicto mutui adsunt illa verba. (omnia, & singula i instrumento contextu vera esse) quæ verba exclu-
5 dunt exceptionem simulationis, † etiā si ipse D. Nicolaus agere voluisset, vt cassaret instrumentum, ita dixerūt Iaf. & scrib. Vbi etiam. Alex. in l. nemo potest ff. de leg. 1. & idem in consi. 36. in 2. volum. Voluit hoc Abb. in disputatione incip. stante statuto cōdito in Italia. declarauit Immo. in cap. ad nostram de empt. & vend. extra. & in cap. cum cōtingat. in 7 membro de iur. iur. extra.

Insuper dicebatur, qd in instrumen. mutui iurauit omnia vera esse: in testamento asseruit contrarium efficitur ipso iure periu-
6 rus, † & non est audiendus. ita declarat Maxilla in Consuet. Bari incip.

Et isto casu standū est dicto cū iuramento in cōtractu facto, & nō in dicto facto in testamēto sine iuramēto. Et sic primū iuramentū est seruandū cū pōt seruari sine interitu salu
7 tis æternę. † & c. si vero. & cap. cum contin-

fol. mihi 165. & plenè Iohannes Berberius in suo viatorio iuris in rub. de ter. moto.

Cum in casu isto fuit actum criminaliter ad vindictam, vt dicit Bart. in d. l. agraria de ter. ammoto, quod in isto casu, ex quo reus petijt edi locus, & tempus, quod debet edi.
3 † ita tenet Gandinus in tract. malef. sub rub. qualiter fiat accusatio. voluit Bald. in l. edita in 7. & 8. oppos. num. 28. C. de edend. & nume. 29. in lectura paduana, immo si reus nō petierit edi locum, & tempus, processus est nullus, vt dicit idem Bal. in loco citato post num. 29. in versi. sed pone. vbi Alex. Bar. & Ang. in l. libellorum ff. de accusatio. secundum magis communem opin. vt dicit Socy. in cōsil. 109. incip. clarū est. nu. 2. & 4. vol. 3.

Nam locus, & tempus sunt de substantia
4 delicti secundum Innocentium † in c. qualiter, & quando de accus. extra quem refert, & sequitur Io. de Amic. in consil. 78. num. 3. & in consi. 128. num. 18.

Sed tempore determinationis fuit secuta remissio, & sic non opus fuit determinare, si præ dicta fieri debebāt; sed ego eram in opinione, quod locus, & tempus declarari debebant per prædicta. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Venditio annui census pro certo iusto pretio cum pacto de retrouendendo ad tempus determinatum valet.

SVMMARIVM.

1 *Modicitas pretij, & pactum de retrouendendo faciunt cōtractum simulatum.*
2 *Verbū restitui inducit actum pignoratitium.*
3 *Venditio cum pacto de retrouendendo etiam iure est valida.*
4 *Emptor post lapsum termini non cogitur retrouendere.*
5 *Per lapsum temporis, quis videtur renunciatione, & renunciatio paria sunt.*
7 *Vbi est dies, & labitur, mora committitur absque interpellatione.*
8 *In instrumento promittens non contrauenire cum iuramento omnis mora excluditur.*
9 *Tempus appositum videtur in pœnam non vtentis.*
10 *Valor tpis contractus attēditur, & nō alius.*
11 *Læsio pretij committitur arbitrio iudicis.*
12 *Iudex, vir bonus dicitur.*
13 *In personis bonæ vitæ, non præsumitur simulatio.*
14 *Verbum restitui, adaptatur ad pactum de retrouendendo.*
15 *Pactum de retrouendendo, aduersatur contractui pignorationis.*
16 *Conclusio articuli declaratur.*

DETERMINATIO CLXXXVI.

CONTRACTVS annui cēsus emptionis ab Illustre Octauio Biscōte Barone Loseti in anno 1570. cū Ioanne Dominico Nenna mediante persona sui procuratoris inhitus, & stipulatus fuit super quadā apotheca in platea ciuitatis Bari sistente, pro certo prætio tunc numerato cum pacto de retrouendendo infra annos quinque tantum, dictus de Nenna dixit se fuisse enormiter læsum. in tantum, quod existente modicitate pretij, & prædicto pacto de retrouendendo tempore præfisso simulatum, seu pignoratium declarari petijt, & proinde fructus compensari cum sorte, & contractū rescindi. motus primò ex glo. in l. emptore C. p'us valere, quod agitur, per quam dicunt Docto. cōmuniter, quod ad demonstrandum contractū pignoratitium, seu simulatum, quod ista duo sufficiunt, videlicet, modicitas pretij, & pactum
1 de retrouendendo, † & ita notatur etiam in cap. illo vos. de pig. extra. exorditur Pau. de Cast. in consil. 74. nu. 11. 2. vol. & idem Pau. in consi. 332. eod. vol. affirmauit Decius hūc esse communem opi. in cōsi. 67. voluit Abb. in consi. 69. lib. 2. plenissimè. Tiraq. in tract. de retract. consang. in §. 1. in gloss. 2. nu. 11. aperuit Affl. in decis. 65. sequitur Gramm. in decis. 66. nu. 29. Vberrimè affirmat Cagn. in l. 2. in 5. q. à nu. 43. vsque ad nu. 58. C. de pact. inter emp. & vend. & Dom. Viu. in decis. 157. nu. 12. & Osach in decis. 42. per totam, & Io. Crot. in cap. conquestus. num. 32. de vsur. in tom. rep. 4. & Anto. de Burgos. in d. cap. ad nostrā de empt. & vend. in tom. rep. 4. & Grauett. 157. nu. 2. 4. 8. & 16. vol. 1. Secundo hoc argumentatur ex verbis contractus sunt enim in instrumento hæc verba hæc. (quod si realiter, & cū effectu restituet) & alibi. & dictis duc. 200. restitutis verba ipsa cōtractum ipsum pignoratitiū arguūt.
2 † nam cōtractus pignoratij natura est, quod res pignorata absq; alio nouo contractu soluto pretio res ipsa restituat. tex. est in l. nec creditores. & l. seq. C. de pign. actio. & in l. rem §. omnis ff. eod. ita dixit gloss. in cap. conquestus de vsur. & est text. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & nota. in cap. ad nostra. de empt. & vendit. Cum igitur istud

Digitized by Google

pactum, quod res reuertatur, vel restituatur potius conueniat contractui, & naturæ pignoris, quam venditionis. in casu nostro adsunt verba prædicta ergo, &c.

Pro parte vero Baronis considerabã, hæc iura in sui fauorem facere, primò quod venditio cum pacto de retrouendendo, etiam si fiat infra tempus determinatum est approbata, non solum à iure ciuili, sed omni iure.
3 † ita dicunt glo. & scrib. in d. cap. ad nostrã, & in cap. conquestus de vsur. & etiam, si fiat infra determinatũ tempus. hoc decidit tex. in d. l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. & in l. si creditor §. illud ff. de distr. pigno. voluit Deci. in consil. 544. Quare stante lapsu termini reemendi in instrumento appositi, emptor non cogitur ad retrotradendũ amplius.
4 † ita dixit Ang. in consil. 199. incip. Titius rem, quam emit, & Io. Faber. in d. l. 2. in versic. ibi (pri. vero) ibidem Cagno. in num. 65. Ante eos Hostien. in summa. in rub. de vsur. §. an aliquo casu. in versic. Nota si vendo. Iacob. de San Georgio. in l. 2. ff. si cert petat. Odofred. in l. 2. C. de rescind. vend. versic. si denique quero. Cass. super Consue. Burgun. in tit. Dos recens. §. 1. num. 23. eo maximè si venditio sit facta iusto pretio, & propterea Abb. in d. cap. ad nostram, & Bal. in d. l. 2. & ante eos Host. in loco citato dixerunt, quod in tali casu emptor lucratur fructus.

Secundo considerabam, quod isti de Nenna habebant facultatẽ redimendi infra quinquennium, quo elapso videtur tacitè renun
5 tiasse dicto reemendi pacto. † ita Bald. in d. l. 2. C. de rescin. vend. voluit glo. & post eam Ang in l. si ego ff. de neg gest. & idem Bald. illud idem affirmauit in consi. 169. 1. volum. Valet enim æquiparatio. paria sunt excludi
6 tempore, quam expressa renuntiatione. † per text. l. 1. §. sed videndum ff. de succe. edicto. Ad corroboranda prædicta facit, quia vbicunque est addictus dies, & lapsus est, statim mora committitur, & nulla est expectanda
7 interpellatio † per tex. l. magnam C. de contrah. & commicte. stipul. notatur in cap potuit locati extra, & talis mora purgari non potest l. ob commissa C. ad l. Iuliam de adult. notat Paris. in cõs. 19. num. 198. in 2. volum. tanto magis, quia in casu isto cum iuramento Magnifici de Nenna promiserunt nõ contrauenire, quo casu, & iuramenti virtute
8 excluditur omnis moræ purgatio. † ita Bar. quem sequuntur, & alij. in l. si insulam ff. de verb. obliga. & in l. si quis maior C. de transact.

Insuper pro hac parte considerabam alia verba in d. instrumento apposita ibi. (quibus quinque annis elapsis amplius ad dictam restitutionem emptor non teneatur) Ecce quod non petita retroemptione intra tempus præfinitum, quod est addita pena per quam priuatur dicti de Nenna ad amplius
9 redimendum, † quia concurrentibus die, & pena, mora non purgatur. ita est text. in l. Celsus. in princ. & ibi Docto. omnes notant ff. de arbi.

Quibus sic veris existentibus dicebam allegata pro parte contraria non subsistere, qa probatum est quod tantum valebat tempore contractus venditionis ille annuus census, quantum solutus fuit, quod tempus at-
10 tenditur † l. si voluntate C. de rescin. vend. cum simil. & licet difficultetur quomodo intelligatur modicitas pretij, cum aliqui dicant vltra dimidiam, alij propè dimidiam, alij in 6. par. tamen conclusio Doctorũ om-
* nium est, * quod hęc consideratio iudicis ar-
11 bitrio remictitur. † ita dixit Cyn in authen. qui rem C. de Sacros. Eccles. Corn. in consil. 4. pri. volum. Guid. Pap. in consi. 180. Cagno. in d. l. 2. num. 588. Affl in decis. 40. num. 18. & in decis. 322. vbi add. Vrsilla num. 1. & quod nulla sit modicitas prętij per prædicta sic Iudex arbitrari debet, iudex enim vir bo-
12 nus dicitur † l. vir bonus ff. iudicatum solu. l. continuus §. cum etiam. vbi Bar. nu. 1. ff. de verb. oblig. & in l. pro socio §. arbitrorum ff. pro soc. Ang. de Gamb. in cõsi. 66. nu. 3. Abb. & Cano in c. Quintauallis de iur. iur. extra Cors. in reper. Abb. in litera B. bonus vir. Attenta igitur qualitate emptoris, qui est Baro, venditores sunt nobiles, emptor bonę famæ non solitus fænerari, immo si adesset paruitas pretij, quod non est inter personas simi-
13 les non faceret contractum simulatum. † ita Corn. concludit in dict. consil 4. in 1. volum. & Ias. in consil. 154. nume. 18. volum. 4.

Nec est consideranda secunda ratio agentium, nam illa verba in instrumento posita ciuiliter intelliguntur, scilicet retrouendere, maximè, quia sequuntur. alia verba videlicet, (quod Excellens Baro amplius ad dictam retrouenditionem non teneatur) & sic pactum istud de retrouendendo non est
14 in obligatione rem restitui, † sed rem iterũ vendi, & ideo non potest agi ex veteri cõtractu, vt res restituatur, sed vt res retrouendatur, & sic præsumitur verus contractus perfectæ emptionis, & non conuenit nature cõtractus pignoris. apparet igitur, quod istud pactũ de retrouendendo aduersat cõtractuũ pigno-

Digitized by Google

15 pignotationis. † Ita hunc passum declarat Philipp. Corn. in d. consil. 4. in 1. vol. in litera F. qui doctores multos allegat.

16 Ex quibus omnibus ego dicebam † quod contractus fuit perfectæ venditionis, & cum fuit facta pro iusto pretio, stante lapsu termini, quod retrouendere Baro emptor non cogatur, & q̃d bene fecit fructus suos, stante quoque bona fama contrahentium, quæ excludit omnem simulationem. Præterea cum per antea nullus præcesserat tractatus, & sic dicto Illustri Baroni respondi requisitus, & licet aliqua lis exorta fuisset, vt audiui, postea cum hac mea determinatione se concordarunt. ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Fundans ius patronatus ordinans, vt duo sacerdotes instituantur, debent institui actu, & non habitu.

SVMMARIVM.

1 *Fundans ius patronatus potest apponere l. quam vult ex gratia.*
2 *Conditio contra naturam contractus, & sacros canones. non est seruanda.*
3 *Conditio apposita secundum cano seruãda est.*
4 *Sacerdotes duo esse debent, vt si alius cadit, alius eum eleuat.*
5 *Ecclesia vni desponsata esse debet.*
6 *Sacerdotes in actu ambo præsentari, & institui debent cum limitatione.*
7 *Minor pars eligens secundum volũtatem testatoris præfertur maiori eligenti.*
8 *Presentantes indignos, prima vice priuari debent.*
9 *Fundans Ecclesiam cogitur ad congruè dotandum.*
10 *Eccles. abundans potest diuidi in duas, vt alij inseruiant commodè.*
11 *Duæ Ecclesiæ pauperes possunt reduci ad vnam commodam.*
12 *Vnire Ecclesias spectat ad Episcopum.*

DETERMINATIO CLXXXVII.

FVNDATVM fuit iuspatronatus in Ecclesia Casamaximę cũ hac conditione, quod eligant duo Cappellani, qui esse debeant sacerdotes. fuerunt duo præsentati Donnus Sanctus Massara in actu sacerdos. & clericus, de Thomasso de Conuersano fuit dubitatum si debebãt à Reuerendiss. Archipresbytero Terræ præfatæ institui, vel sacerdos solus, & totum beneficium consequi. Determinaui, vt infra.

Ponderaui, quod in fundatione iurispatronatus ex gratia potest fundans à principio apponere l. quam vult, † vt est text. in
1 cap. piç mentis 16. quęst. 7. & est cõis opin. *
Sed quando condictio est contra naturam contractus, & contra sacros Canones, quod
2 non est seruanda. † ita legitur in cap. verum de cond. appositis ex. & in c. si tributum 10. q. 1. in casu nostro ordinat, quod sint duo sacerdotes seruientes altari in celebrãdo missas, sequitur, quod hęc conditio seruãda est.
3 † Nam si in cap. illud q. 7. & in c. præposui de filiis presbyterorum disponitur, quod sacerdotes duo esse debent. Ratio est. Nam si
4 vnus cadit, alius eum subleuet, † nec obstat si diceretur, quod est contra canones, cũ Ec-
5 clesia non debet nisi vni esse desponsata, † q̃a respõdeo cum dicto tex. quod vnus erit pręlatus, alius coadiutor, & pro cõfirmanda voluntate, in isto casu tenerem duos requiri in
6 actu sacerdotes, & non in habitu. †
Cum igitur in fundatione sit dictũ quod sint duo sacerdotes, quod ambo sacerdotes debent esse. ita Roccus de Curto in tract. iurispatro. in verbo honorificum nu. 21. Imo si beneficium concedatur clerico contra mentem testatoris nõ valeret. ita Roccus in d. loco nu. 8. & sic clericus iste debet excludi, & licet diceretur, q̃d esset electus à maiori parte patronorum, quia pręsentauerunt contrà voluntatẽ fundatoris, quod minor pars, quę eligit sacerdotem actu iuxta fundatoris vo-
7 luntatem pręferri debet. † ita idem Roccus in eo. tract. & loco nu. 43. Secus quando omnes ita Abb. in c. cum accessissent, vbi omnes
* eum sequuntur de const. extra. insula. in suo tract. in 6. art. 5. q prin. 8. par. 2 lib. Quinimo isti prę sentates indignũ pro ista vice deberẽt
8 priuari, ita text. in cap inter dilectos. de excessib. prelat. extra. Guid. Papa in decis. 74. nu 8. licet hoc vltimũ pro nunc non affirmo. & Dec. i cõs. 596. n. 23. 24. & 25 vbi pulchrè.
Fuit etiam petitũ, quod eligatur vnus, ex modicitate introitus dicti beneficij, & sic remansisset D. Santus solus, ad quod respõdi, q̃d dotans si viueret, posset cogi ad congruã
9 dotem; † sed quia dotãs mortuus est, poterit Episcopus vnum tantũ instituere, sicut è cõtra dicimus, quod quando Ecclesia est abundans, de vna possunt fieri duę, & sic de prę-
10 benda. † ita est text. in cap. l. imperatorũ 10. dist. cũ simil. sic & contra, quando essent duę
11 Ecclesię pauperes facere vnam † tex. est in c. sicut de exces. prelat. Et q̃a hęc vnio spectat
12 ad diocęsanum. † ita est text. in §. 1. in authen. vt nullus fac. orat. domini -- Et pręsertim

Digitized by Google

& e visus fuerit Marius de Grauina exire à
5 dicta domo † in qua inhabitabat Pacifica cum vestibus non solitis, prout nonnulli testes deponunt, & præsertim Ioannes Franciscus de Speranza, ex quorum testium depositione verificari videtur, quod non fuerit ipse Vitus, qui accessit, & cognouit Pacificã, sed potius dictus Marius, seu alius quispiam. Et ex his tantummodo apparere posset de iustitia in fauorem Viti absque eo, qđ contrariis respondetur, sed vt euidetius appareat contraria non militare eis per ordinẽ respondeo. Et primo ad illud, quod obiicitur de prætensa fama dicitur ipsam nullatenus esse probatam, nam ad probandum famam plura de necessitate requirun , † quorum si quod deest, probata non intelligitur, & inter alia requiritur, quod testes etiã non
7 interrogati sufficientẽ causam scientiæ † a dicant. item debent nominare personas, à quibus audiuerunt, illud dici, etiam non interrogati. ita Clarus in sua crim. pract. in §. fi. quæst. 6 versi. illud tamen in primis, & in versic. amplius etiam. Amplè Aym Crau. in consil. 806. libr. 5. at in casu isto prædicta nõ interuenerunt. meritò probata nõ dicũtur. insuper fama de per se non est inditium tale
8 ex quo quis condemnari possit immo, nec quis torqueri. Ergo &c.

Non obstat secũdum, quod fuit visus alloqui, quia ex tali allocutione, nulla infer-
9 tur probatio, nec præsumptio stupri. † Ratio est illa, quia text. in cap. literis. & cap. 3. loco. de præsumpt. extra, & in cap. præterea de testi. tunc præsumptionẽ inducunt. quando solus, cum sola, nudus cum nuda, & in aliquo loco secreto fuissent reperti, vel visi alloqui ita declarat Laur. Curcou. in suis communibus opinionibus in litera A. centuria prima, quod non est in casu nostro, cũ illa manebat in fenestra, & hic in strata publica, & sic in loco non clauso, & occulto; sed patenti. ita Gratus in consil. 50. nu. 32. volum. 2.

Secundo potest rẽsponderi, quod tunc si essent soli reperti, & nudi, vt supra facerent præsumptionem, quando ageretur ad sepa-
10 rationem matrimonij, † sed quando agitur criminaliter, tunc clarè requiruntur probationes, nec dicta præsumptiua probatio sufficeret, ita Corn. in consil. 192. volum. 4. nume. 11. quem Curcou. allega. vbi sup voluit Bald. in consil. 455. volum. 2. & Aym. Crau. in consi. 105. num. 21. par. 2. & sentit Gratus in d. consil. 50.

Nec obstat tertium, quia nõ est verisimile, q; quis valuisset ire ad stuprandum, &
11 permicti videri, † & patet ad sensum. Secundo, quia testes, qui hoc deponunt, deponunt per ead. verba, & eund. sermonem, & sic videtur suspecti de falso ex alio, quia dicunt, quod visus fuit statim regredi, & sic non potest considerari stuprum ex inconti-
12 nenti recessu † ita Gratus. in præalleg. consil. per totum. & maximè in num. 26.

Vlterius nulla insurgit suspicio, quando quis ingreditur domum mulieris, & inscia,
13 † vt dicit Abb. in d. cap. 3. & explicat Gratus in consi. 43. num. 45. vol. 2.

Non obstat quartum, nam testes dicunt, quod fuit de nocte, quo tempore luna non lucebat, nec tempore fugæ, ipsi candelam in manibus habebant. testes ergo nihil probãt.
14 † ita Clarus. in præalleg. pract. in quęst. 21. versi. sed quid si testis.

Ex quibus omnibus, & ex alijs mentem meam mouentibus determinaui, vti Auditor Illustrissimi Domini Donni Antonij de Acquauiua de Aragonia dictum Vitum esse absoluendum à prædictis quęrela, & informatione, cum cautione dę se pręsentando nouis superuenientibus inditijs, & dũ fuisset à mea determinatione appellatum ad R.P.A. Barensem, in primo anno, quo in d. P. Audientia aduenit, seruatis seruãdis fuit mea determinatio ab ead. R.P.A. approbata, & partes amplius non appellarunt ad Dei laudem in Anno prędicto.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Dos exigi debet à viro in loco celebrati contractus, respectu stabilium, & non domicilij viri.

SVMMARIVM.

1 *IN domicilio viri sunt dotes exigendę.*
2 *In loco vbi stabilia sunt vir conueniri debet.*
3 *Actio personalis, est dignior reali.*
4 *Petitio hęreditatis, est in rem scripta.*
5 *Petitio hęreditatis, est iuditium vniuersale.*
6 *Ius successionis, est indiuiduum.*
7 *Ius successionis, est incorporale.*
8 *Domicilium originis est potentius habitationis.*
9 *Domicilium rei preualet.*
10 *Petitio hęreditatis, est mixta.*

DE-

Digitized by Google

DETERMINATIO CLXXXIX.

REPETVNT dotes hęredes vxoris à viro, qui incolatum non in loco celebrati contractus, & matrimonij, sed sui domicilij manebat, egerunt hęredes coram iudice celebrati contractus. Pro viri parte opponebatur, quod debebant ipsum cōuenire coram iudice competente sui domicilij. fuit dubitatum, quid iuris.

Pro parte viri allegabatur text. in l. exigere dotem, vbi habetur, quod iudex competens est domicilij viri ff. de iud. & hanc partem firmat. Iacob. Philip. Port. in consi. 202. incip. species facti, &c.

Pro parte hæredum dicebatur, quod bona restituenda sunt immobilia, & consistentia in territorio, vbi celebratus fuit contra-
1 ctus dotis, † & in isto casu vir non potest declinare forum, sed debet attendi locus, vbi bona sita sunt. ita dixit Hieronymus Cagno. in præalleg. lege exigere dotem eam limitādo in 8. limit. nu. 24. & ibi etiam dicit, quod
* hæc opin.* est communis, & ab ea non est recedendum. voluit etiam Deci. in cōsi. 183. in fin.

Replicabat vir, quod hæredes non solum habent actionem ad restitutionem rerū sta-
2 bilium, † sed etiam aliarum dotium, & pecunia um quātitatis, quæ descendit ex vnica causa, & ex vnico contractu, aut agatis pro tota causa, & pietatis totum, & isto casu actio personalis est dignior, & generalior
3 actione reali, † & sic debent agere coram dice mei domicilij, aut renunciatis alijs rationibus, & summis. Ratio est, quia non debet grauari in diuersis iuditijs l. non tamen ff. de procur. & notat Bar. in l. incommodati §. duobus ff. commodati. volunt Doct. in l. 1. ff. de acquir. hæred.

Ad hoc respondebatur, quod hic agitur petitione hæreditatis, quæ est in rem scrip-
4 ta, † vt no. in l. hæreditatis C. de petitio. hæred. vbi Bar. & Tiraq. in retr. consa. in §. 1. in glo. 10. num. 14. circa medium, quæ actio in rem scripta, sicut actio realis potest intentari per actorem, prout ipse maluerit, & elegerit. vt per Tiraquell. in præalleg. retract. in §. 8 in glo. 5. nume. 9. Maximè quia peti-
5 tio hęreditatis est iuditium vniuersale. † glo. in l. 1. ff. de edend. & Doctor. in l. edicta C. eodem tit. Nec obstat, quod dignior est actio personalis, & generalior, actione reali, quia hoc non affirmatur, immo dicitur cum ius
6 successionis sit indiuiduum † l. 1. §. quędam ff. de rer. diuis. & quamuis in hæreditate sint res corporales, vt sunt, fructus, vestes, & pecunia. Nihilominus ipsum ius successionis, & obligationis hęreditariæ incorporale
7 est, † & propterea continentia causæ diuidi non debet l. prima, & secunda C. quib. reb. & per Docto. in l. nulli C. de iud. & videmus, quod quamuis domicilium origi-
8 nis, est potentius domicilio habitationis † l. assumptio §. iurisprudentibus. vbi Bart. ff. ad municipal. Nihilominus quādo quis habet domicilium originis, & habitationis, & sic vnum sit principalius altero si in domicilio inferiori sint res sitæ, tunc illud prę ualet,
9 † & attenditur, vt est doctrina Abb. in cap. dilectus filius, el 2. de rescriptis col. fin. versic. 3. conclusio.

Cum igitur in præsenti causa, & iuditio agatur actione petitionis hæreditatis, cū agat ad res hęreditarias matris, tanquam eius hæres licet reus possideat bona hæreditaria in diuersis locis, scilicet ī loco domicilij rei, & domicilij actoris. Quod in isto casu in quolibet loco possunt illum conuenire, quia particularis possessio subiicit possessorē oneri petitionis hęreditatis, quamuis quantum ad forum sequitur naturā realium, ex quo petitio hæreditatis est actio mista. † Ita Bal. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. in versi. 2. quarto, & versic. (vltimò nota) & ibi gloss. & Bar.

Ex quibus fuit determinatum virum non esse audiēdum in declinatoria fori. Putiniani in Anno 1580. ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Liber extimi probat census impositionem.

SVMMARIVM.

1 *Liber extimi possessionem non probat.*
2 *Opinio in contrarium.*
3 *Nemo in libro extimi scribit rem non suam.*
4 *Nemo præsumitur iactare suum.*
5 *Liber extimi cum solutione probat.*
6 *Libris antiquis Ecclesiæ creditur.*
7 *Rationes declarantur.*
8 *Vehemens præsumptio probationem inducit.*
9 *Instrumentum impositionis census ostendendum est.*
10 *Intellectus ad doctrinam specula.*
11 *In dubio pro anima iudicandum est.*

DD

Digitized by Google

DETERMINATIO CXC.

CONFESSIO facta in inuentario cum iuramento à Magnifico Siluio Cirullo Terræ Rutiliani in fauorem Reuerendi Capituli Terræ Noiæ dum dixit[possedo questa vigna con peso di pagare grana cinque al Capitolo di Noia,] si præiudicat in futurum alijs possessoribus,

Dicebatur, quod liber extimi dominium,
1 seu possessionem non probat. † ita Bart. in l. si pater C.de actio.empt.& quod solutio census non inducit præsumptionem, φ debeatur si non apparet constitutus ne causa, sed solum quidam liber, vt est casus iste. ita dixit Corn.in consil. 19. in 2.volum. & Iul. Ferret.in tracta. de re naual.in rubr. de prudent.ducum.class. nume. 34. in lib. tracta. 12. per Felyn. in cap. ad audientiam de re. scrip. extra.

2 Aliqui contrarium tenent † per tex. l.fin. C.de prædijs nauicular.lib. 11. ex glo. ibi opinionem in ver. (opinionem), vbi dicit, qđ debemus opinari, & credere ré esse censualem, & extimatam, & perfectam: & ibi Io. de Platea num. 2.& quod opinio sit vera voluit Socy.in consil. 205.colum fi.vol. 1.probatur his mediis. Nam quando fit extimum emanatur per proclama. p quod ordinatur, quod vnusquisque profiteatur sua bona. Nam præsumitur, quod qui non est domi-
3 nus, nó profiteatur,† neq; quod ibi aliquod onus sit, quia nemo præsumitur iactare suũ
4 † l.cum indebite ff. de probat.& Ias.in consil. 128.nume 3.vol. 1. attestatur huiusmodi librum cum solutione onerum diuisionem
5 bonorum in eo descriptorum probare, † & illius fore, qui collectas soluit. & Bald in l. exemplum C.de probat. dixit codicem extimi auctoritate publica confectum à publicis officialibus seruatum plenè probare: & quod Dominium Ecclesiæ per librum cen-
6 sualem probatur. † Voluit Deci. in consil. 596.num.4.in 3.par.

Et quod libri antiqui Ecclesię fidé faciunt voluit Grau.in consil. 158 in 1.vol. Vbi po-
7 nit has conclusiones † prima est antiquitas libri confecti. Secundo quia sunt custoditi in Archiuis publicis Ecclesiæ. Tertio quia reperiunt descriptæ aliæ solutiones, de quarum veritate non dubitatur. Quarto quia fuit scriptus per personam publicam, & ab alijs procuratoribus Ecclesiæ exactũ. Quinto quia continet verisimilia. Sequitur, quod illa confessio in præiuditium tertij oneris granorum quinque in perpetuum probat, vt in simili tenet Lodo.Roma. in consi. 127. incip. posito in fine. & Grau. in d.consil. vbi dicit, quod est tam vehemens præsumptio,
8 quod plenè probat. † ita Cassa.in consil. 16. & Deci.in consil. 418.num. 3. quos refert, & sequitur Nicol. Festasius in tract.extimi, & collectæ. in par. 1. in tom.tract. 12. & hanc partem veram esse affirmat doctè quidem Andr.de Isern.in cap. 1. §. quidam tamen à nume. 8. 9. 10. 11.& 12. sub rub.de controu. inter masc. & fęm.in vsib.feud. & Afflict.in Const. Regni. circa violentiarum. num. 19. sub rub.cont.quem de rest.gut. lib. 1. & Io. de Amic.in consi. 120. num. 34.& Menoch. in consil. 409.num. 21.& 22.vol. 5.& Anch. in consi. 44.num. 5.

Nec obstat si diceretur, quod debet osten-
9 di instrumẽtum impositionis census, † alias non creditur, vt dixit Specul.in rub.de locato.in versi. 72. quem Guid.Pap. in decis. 60. per tex.l.fi.ff.de actio.empti cum simil. quia respondetur, quod ipsi loquuntur in eo, qđ est personale, & non in onere reali, vt est casus iste. Vel secundo, & melius dicas, quod
10 specul.† & Papa, loquuntur in verbis enunciatiuis, vtputa, vendo rem cum tali onere, quia tunc illud onus non probatur in præiuditiũ tertij: Sed in casu isto sumus in verbis dispositiuis in lib. solito Ecclesię cum iuramento confessis, & sic firma remanet conclusio, quod solutio est facienda, vt satisfiat missis, & orationibus celebrandis pro anima deponentis, & in dubio pro anima iudican-
11 dum est, † l. sunt psonæ ff. de relig.& sump. fun. & ita votaui in nundinis Terræ Rutiliani tempore quo magister nundinarum fuit Magnificus Ioannes Thomas Tanga Artis Medicinæ Doctor famosissimus ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Pretium receptum ab vxore vendente rem dotalem cum viro, restitui debet rei vendicãte rem venditam.

Metus in uxore quando consideratur.

SVMMARIVM.

1 *Res dotalis ex causa famis alienari potest.*
2 *Pater contrahens debita ex causa famis te-*

nentur filij soluere.
3 *Omnis actio 20. vel 30. annis praescribitur.*
4 *Hares tenetur seruare factum defuncti.*
5 *Iuramentum obligat haeredem ad obseruantiam contractus.*
6 *Semel haeres non potest desistere esse haeres.*
7 *Cartula nullam fidem facit.*
8 *Ad inducendum metum, minae praecedere debent.*
9 *Vxor est audacior contra virum, quam altera.*
10 *Metus, & vulnera debent esse probata pro tali causa.*
11 *Mulier contrahens cum consensu consanguinei, non praesumitur metu contrahere.*
12 *Dos vadit ad filios vti filios. & non haeredes secundum Bari consuetudinem.*
13 *Mulier ob praesentiam mariti austeri, dicitur metu contrahere, & facit contractum nullum.*
14 *Consentiens contractui, qui ob reuerentiam non contradicit, videtur contradicere.*
15 *Metus tertio contrahent non nocet.*
16 *Consensus vbi deest, deest obligatio.*
17 *Mulier de iure Longobar. sine mundualdo contrahere non potest.*
18 *Contractus per quem dos fit deterior non valet.*
19 *Alienans rem dotalem, ipse vendicare potest.*
20 *Quod defunctus potest, potest. & haeres.*
21 *Testibus verisimilia deponentibus credendum est.*
22 *Non volenti agere non currit praescriptio.*
23 *Heres habet iustam causam ignorantiae.*

DETERMINATIO CXCI.

DOMVS dotalis vendita fuit per maritum, & vxorem, & ambo pretium recepisse confessi sunt. Haeredes matris nō obstante lapsu quadraginta annorum reiuendicare petunt, contra quos per illos de Mallone Terrae Casamaximae opponebatur, & pri. quod ista alienatio fuit facta in anno 1543. & ex causa famis venditam esse, & quod tali
1 causa alienari potuit. † per text l. mutus §. manente ff. de iur. dot. Nam vrgente necessitate alienatio permittitur, ita Neapod. in Consuet. Neap. incip. & si mulier in num. 1. in rub. de donatio. inter vir. & vx. quem sequitur Vrsill. in decis. Afflicti in 10. in fin. & in isto casu si fecit debita pro substentatione filiorum pater; filij illud soluere tenentur.
2 ita Bar. in l. his solis ff. de cond. indeb. & Bar. Veron. in tract. caut. 316.

Secundo opponebatur exceptio praescriptionis. Nam per lapsum tanti temporis videtur huic actioni praescriptum toto tit. de praescrip. 30. vel 40. annorum. immo quando agitur reiudicatione per 20. annos prae-
3 scribitur, † teste Bald. in consil. 189. 1. vol. & Cotta in memoriali in verbo contractus mulierum. & Vrsill. in d. decisio. ad Afflict. 246.

Tertio dicebatur, quod illa pecunia pertienta ex venditione domus peruenit ad matrem ipsorum haeredum, & sic tenentur ob-
4 seruare factū defuncti, † ita Maxill. in Cōsuetud. Barens. incip. mulier licet Domina vsque ad num. 75. Ratio est, quia iuramentum matris afficit heredes saltim quoad ob-
5 seruantiam dicti iuramenti. † ita Bart. in l. cum quis decedens § codicillis ff de leg. 3. & ibi Ang. Cano in cap. visitatis de iur. iur. Abb. in l cap. cum contingat. & Andr. de Iser. in Consti Regni eos qui scienter. & ibi Afflict. & idem in decis. 381. Ratio est, quia nō debent laedere animam defuncti cap. fi. de sepult. & cap. in literis de raptor. & quia semel est haeres non potest desinere esse hae-
6 res † l. 3. & 4. C. de repud. & ab l haered. & quia petierunt tanquam haeredes, non potuerūt postea reuocare expressè. vt l. pro haerede, & l. gerit. & ibi Bart. ff de acquir. haere. d. & Natta in consil. 552. nume. 4. & 6. vol. 3 vbi de hac re loquitur.

Quarto dicebatur, quod hic tractatur de alienatione fundi dotalis, & tamen quod sit dotalis non constat nisi per quandam cartu-
7 lam, quae nullam facit fidem in Regno † per Constit Regni instrumentorum robur, & quod pro instrumento dotali reassumendo mortuis Iudice Notario, & testibus debet adiri legem. voluit Capy. in decis. 171. declarauit Afflict. in const. Baiulos omnes. nume. 54.

Quinto dicebatur, quod eius mater fuit inducta metu, nam de dicto metu nihil constat; nam ad inducendum metum reueren-
8 tialem, minae praecedere debent, † vt est tex. in cap. accedens extra de conuers. coniugat. & in cap. 1. eod. tit. Bart. in l. ad inuidiam C. quod metus causa, & Bald. in l. si per impressionem C. eod. per illum tex. & maximè hoc procedit in vxore, quae est audacior ad
9 contradicendū marito † quam filio ad contradicendum parentibus, & fratribus, vt per Aret. in consil. 24. & per Ruyn. in consil. 60. 3. volum. & non solum debent praecedere minae, & verbera, sed etiam quod fuerit verberata

Digitized by Google

berata ad finẽ, vt faceret talem contractum,
10 † vt per Afflict. in decis. 246. & quod etiam sit probatus metus, & vis cadens in constantem mulierem, vt per Afflict. in terminis in decis. 336. glo. in cap. ꝙ locũ extra. de sponsalibus. in casu isto mulier vendidit cũ consensu sui consanguinei, ergo non præsumi-
11 tur fuisse † metu reuerentiali l. non est verisimile ff. quod metus causa. Bar. in terminis in l. transactionem C. de transact. Aret. in d. consil. 24. Menoch. in consil. 1. & 2. qui plures quotas allegat, & metus reuerentialis non sufficit, nisi præcedant verbera, & minæ, & quod probentur est cõmunis * opi. ita Franc. de Aret. in l. interpositas. versi. sed dubium C. de Sacrosan. Eccl. Refert Plot. in l. si quando §. 3. num. 14. C. vnd. vi. Et metus reuerentialis annullat, vbi est enormis læsio. Burs. in consil. 207. num. 35. volum. 2. communem * dicit. & Menoch. in consil. 401. num. 205. & in consil. 412. nume. 16. & in consil. 410. vbi materia per totum. volum. 5.

Pro parte agentium dicebatur, quod sumus in Prouincia Bari, in qua bona dotalia sunt filiorum, etiam non hæredum, vt est cõsuetudo incip. mulier licet domina, & dos vadit ad filios, vti filios, & non vti hæredes,
12 † sub rubr. de iur. dot. & sic proprietas est ipsorum, & inalienabilis.

Secundo dicebatur, quod maritus contra vxorem austerus sine minis, & verberibus, si vxor contrahit facit contractum nullum.
13 † ita glo. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rerum actio non datur, & dubium nõ est contractũ fuisse meticulosum per dicta Bal. in l. decernimus in fin. C. de Sacros. eccles. Vbi dicit metum reuerentialem cum enormi læsione sufficere. Sequitur Boer. in decis. 100. nu. 19. Hinc est, quod consentiens actui, cui ob reuerentiam nõ potest contra-
14 dicere, ipso iure videtur contradicere. † ita declarat Maxilla in Consuet. Barens. incip. dos à patre num. 151. sub rub. de iur. dot.

Nec obstat si diceretur metum ipsum nõ
15 nocere tertio contrahenti. † vt dixit Bart. in l. nam, & seruius ff. de neg. gest. & latè Aym. in consil. 120. quia in Regno hanc opi. S. C. nunquam sequutum fuit. Satis enim est cõtractum fuisse meticulosum, quia cum de-
16 ficit consensus, deficit, & obligatio. † ita Afflic. in decis. 263. num. 6. & in decis. 246. num. 8. vbi dicit durum esse in practica obtineri posse metum illatum. tertio non nocere, faciunt dicta per Egid. Bossi. in suo tracta. de carcere in num. 24. & 25. & Foller. in sua Pract. Crim. in ver. Item quod fuit leno nume. 22. Vnde cum contractus prædictus manifestè apparet meticulosus consequenter est dicendum nullas habuisse vires. ideo succedit dictum Bald. in rubr. de controuer. inuestit. in vsib. feud. refert. Quod Spiritus Sanctus posuit in ore Prætoris, quando dixit, quod metu gestum est, ratum non habebo, & istud procedit etiam: si realiter non inferatur de violentia, licet de ea timetur. ita Hyppo. in l. 1. col. 10. ff. de quæstio.

Præterea mulier hæc viuit in Prouintia Bari, in qua viuitur secundum ius Longobar. vbi sine Mundualdo mulier contrahere
17 non potest: † Afflict. in decis. 260. nume. 2. & ibi Vrsilla, & hoc ad obuiandum, ne precibus induatur, tanto magis, quia per alienationem condictio dotis fuit facta dete-
18 rior, † ideo nullo modo valuit. Afflict. in decis. 154. & ibidem Vrsilla Signorol. in consil. 106. & Maxill. in Consuet. Baren. in omnibus alijs num. 43. de iur. dot.

Quinto dicitur quod alienans rem dotalem, ipsemet reiuendicare potest, & venire contra factum proprium, ita Docto. in l. cũ vir ff. de vsucap. & Cano. in cap. cum contingat, de iur. iur. Si igitur mulier viueret
19 ipsamet reiuendicare posset, † ergo, & ipsi hæredes vendicare possunt, per regulam illam. Quod potest defunctus, potest & hæ-
20 res. † His veris non obstant in contrarium adducta, per prędicta. Nam quoad primum dicitur; quod pro parte ipsorum probatum est, quod eorum pater erat diues, & nunquam pro necessitate famis vendidit cũ hoc sit in processu probatum ipsis testibus tamquam verisimilia deponentibus standum est
21 † l. ob carmen cum simil. ff. de testi.

Non obstat allegata pręscriptio, quia non valenti agere, nõ currit. immo durante matrimonio, mulier est impedita agere etiam
22 præscriptio non currit † l. in rebus §. omnis, de iur. dot. Vnde cum mulier mortua fuerit ante virum, reiuendicare non potuit. Hæredes, qui nunc agunt iustam habuerũt
23 causæ ignorantiam, † & istis non solum datur restitutio, quando elapsi sunt triginta, vel quadraginta anni, sed etiã si essent elapsi centum anni. ita Afflict. in decis. 319. Boer. in decis. 39. nume. 4. Vrsill. in decis. Affl. 37. nume. 4. Tantò magis, quia in casu isto in quo præscriptio fuit interrupta multi sunt anni, intantum, quod in nullo potuit, nec potest præiudicare, ex quibus euidenter apparet de iustitia hæredum ad alia per dicta per eos videtur responsum, ego verò consideraui

Digitized by Google

Alimenta dotis in hoc Regno soluuntur extra Neapolim ad rationem septē pro centena.io, † vt declarat Gramm. in decis. 103.
4 numero 90.

Sequitur quod in isto casu alimenta sunt taxanda pro ducatis centum, & octo postquam est relicta dos ducatorum sexaginta.

Secundo fratres dicebant, qđ ista alimenta debent sorori dari in eius domo, nam re-
5 gulariter, ita prouisum est, † vt dicit Bar.in l.Gaio §.imperator num.2. de alim.& cibo legat.& idem in cōsil 221.num. 5 volum.1. & Bald.in consil.484 vol 4.& ratio est,quia alimenta censentur relicta pro cōmodo fra-
6 truum, † & sic eis modus alimentandi non grauis. ita Ruyn.in consi.80.2.volum.& consil.81.volum.3. tanto magis in casu isto, cum à testatore sit ita ordinatum. ita Alex. in d.consi.100 volum.1.& in consi.178.nume.5. vol.6. & Grammat.in consil.521 nume.13.& in consil 146.nu.12.nisi suspictio adesset, vt ibi per eum,& in consi.33 nu.7.

Soror dicebat veré prædicta esse,sed stante lite inter eam, & fratres, quod tali casu
7 debent dari extra domum, † & in isto casu receditur à dispositione iuris,& voluntate testatoris. ita dixit Ias.consil.44. in 2.dubio num.2.vol.1.& Rollan.in alleg.consil. 22. & Grau. in consil.268. & Menoch.in arbitra.lib.2. in centuria 2. in casu 170 nume 16.& voluit Natta.in consil.387. Accedat,quia iste frater duxit vxorē,& hæc est iusta causa eum cogendi ad tradendum ali-
8 menta sorori extra domum.†ita in terminis consuluit Io. de Anania in consil. 54 vbi etiam Bolog.Tob.Nonn.in consi.85.num 12. Deci.in consil 484.more solito, quotas allegando consuluit Franc. Butr. in consil.210. incip.quidam nobilis. num.2.3 & 4 volum.2.

Quibus omnibus sic consideratis licet taxatio alimentorum, vt plurimum remitta-
9 tur Iudicis arbitrio,† vt Docto.in locis prædictis asserūt, nihilominus, quia in casu nostro sumus in puella rustica,determinaui,vt iuxta quantitatem dotium ad rationem septem procentenario,& extra domum ex causis prædictis alimenta determinaui, & taxaui, & partes omnes meæ determinationi acquieuere in ciuitate Ruborum de Mense Octobris 1592. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Legatarius, creditor,& filius,propria auctoritate capere legatum non debent.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius legatum propria auctoritate capere non potest maximæ hæreditate adita, & possessione capta.*
2 *Legatarius etiā hæres institutus propria auctoritate capere legatum non potest.*
3 *Legitima debetur ære alieno deducto.*
4 *Legitima dicitur incerta rōne loci, & quotæ.*
5 *Nemo sibi ius dicere potest.*
6 *Interdictum quorum legatorum habet locū in hærede hæredis.*
7 *Creditrix capiēs propria auctoritate rem debitam, eam amittit, nisi adsit pactum propria auctoritate capiendi.*
8 *Creditor capiens auctoritate propria etiam infamia notatur.*
9 *Legatarius cessante falcidia facit, vt rē propria auctoritate capiat.*
10 *Filia in legitima instituta potest capere propria auctoritate.*
11 *Hæres institutus in re certa dato cohærede vniuersali dicitur legatarius.*
12 *Dolo facit petere, qui cito restiturus est.*
13 *Dolo facit petere hēt locū etiā in possessorio.*
14 *Interdictum quorum legatorū est possessoriū.*
15 *Legatarius quartā habet à legato, & quādo.*
16 *Legatarius capiens legatū de voluntate hæreditate non ammittit legatum.*
17 *Responsa ad argumenta contraria.*

DETERMINATIO CXCIII.

LEGAVIT pater filiæ suæ vntias 12.his verbis(quale dodici onze se gli danno ancora per la sua legitima, e per qualsiuoglia successione tanto paterna,quanto materna) hac de causa filia legataria, & creditrix propria auctoritate domum hereditatis occupauit,& propterea dicebant hæredes vniuersales.

Legatarium propria auctoritate legatum non capere, sed à manu hæredis habere, & si occupauerit, eo priuari debere per regulam traditam in tot. titu. ff. & C. quorum legatorum,& est tex.in l.non est dubium C. de legat.& in l.prima § primo ff.ad l Falcid. ibi (eis autem &c.) quæ regula tanto magis procedit, quādo ab hæredibus est adhita he-
1 reditas, & hæreditariorum bonorū possessio
* capta,† vt cōiter*Doct. in d.l.non est dubiū

Digitized by Google

Deci. in consil. 414. nu. 18. in 3. par. & quid de licentia testatoris, & hæred. resistit. quod non priuatur. ita Plot. in l. si quando §. 2. num. 29. C. vnd. vi. & quando liceat, vide in determ. & Ang. de Gamb. in cons. 87. nu. 12.

Secundò dicebatur, quod procedit etiam conclusio prædicta non obstante, quod est
2 instituta in legitima † ponderando illa verba (per la sua legitima) ita dixit Bart. in l. 2. C quando, & quibus quarta pars debetur, quem sequitur ibidem Lucas de Penn. Vbi assignat rationem, ex quo legitima filijs simpliciter debetur, & determinatè in qualibet re cum debetur ære alieno deducto.
3 † per text. l. Papinianus §. 4. ff. de inoffic. testam. & cum talis portio sit incerta ratio-
4 ne loci, & quotæ, † hac de causa institutus in legitima, non potest auctoritate propria capere, & ibi etiam hęc omnia declarauit in verbo (occupandi) & Bart. etiam sequitur Purpurat. in add. ad Iason. in d. l. non est dubium in prin. C. de lega. & institutus in legitima tantum, non dicitur hæres, sed legatarius. ita declarat Ang. de Gambell. in consil. 124. num. 32. Ergo &c. Et Doct. in l. fi. C. de edict. diui Adria. Toll.

Tertiò adducit regula illa. Nam iniquissimum est, quod aliquis ius sibi dicat. Ita iurisconsult. in l. 1. ff. quorum lega. & Impera. in l. nullus C. de iud. & notatur in rubro, &
* nigro, vbi omnes* scribẽtes C. ne quis in sua causa ius dicat.

Quartò isti hæredes sunt hæredes primi hæredis, & eis obijci non potest, quod non sunt hęredes in primo gradu. Nam istud interdictum quorum legat. extenditur, vt da-
6 tur etiã hæredi hæredis. † Vt est tex. in d. l. 1. ff quorum legat. & in § vlt. in princ. inst. de perpe. & tempor. actio.

Quintò, nec tanquam creditrix occupare potuit, nam in legato dicebatur. (quale dodici onze ce li lassa per tante dote deue cõ seguire, promesseli nella carta dotale) & sic si auctoritate propria occupauerit ammi-
7 ctit debitum, † ita est text. in l. extat ff. de eo quod met. cau. & l. 1. & vlt. ff. ad l. Iul. de vi publ. tanto magis in casu nostro, cum non adsit pactum, vt possit capere ꝓpria auctoritate. iux. tex. l creditores ff. de pigno. & hanc partem firmat Ponta in tracta. de spol. lib. 1. cap. 9. nume. 54 in tom. tracta. 14. imo
8 creditor notatur infamia, † ita dixit Placent. in tract. de accus. in tit. 7 in num 27. in tom. tract. 11. par. 1. Ioannes Capistra in tracta. de natural. filijs cap. 2. nume. 1. in tom. 17. Nicosant. in tracta. pignor. in 8. par. princ. in primo membro num. 53. in tom. tract. 6. parte prima, est videre gloss. in l. pignoris C. de pignora. actio.

Sextò, & vltimo dicitur, quod quamuis legatarius ob cessationem falcidiæ posset ca-
9 pere propria auctoritate legatum, † procedit quando res certa legata foret, in casu isto solummodo fuerunt legatæ vntiæ 12. ergo, &c. ita est text. in dicta l. non est dubium C. de legat.

Pro parte filiæ legatariæ, & creditricis dicebatur, quod ipsa est filia creditrix, & legataria, & vti filia in legitima instituta po-
10 test propria auctoritate domũ retinere, † ita dixit Bald. in l. si quis in suo. in princ. C. de inoff. testa. quem sequitur Iaso. in d. l non est dubium nu. 4. in versi. eodem modo, vbi asserit, quod sicut hæres institutus in re certa (dato cohęrede vniuersali) dicit legatarius,
11 † & potest rem illam auctoritate propria retinere, & in pęnam priuationis non indicit, & interdicto quorum legatorum non tenetur secũdum Bar. in l. ex facto in glo. magna ff. de hæred. instit. eodem modo filius institutus in legitima (dato cohęrede vniuersali) potest propria auctoritate apprehendere. At in casu isto sumus huiusmodi ergo, &c.

Secũdo dicebat, quod istis hæredibus obstat exceptio doli, nam dolo petunt, quod ci-
12 to restituri sunt, † vt l. dolo facit ff. de doli exceptione, quæ doli exceptio non solũ habet locum in petitorio, sed etiam in possesso-
13 rio, † vt dicunt Doct. in d. l. dolo facit, & notant in l. 2. C. de edict. Diui Adriani Tollend. & declarat Petr. de Bellapert. in verbis fina. d. l. non est dubium per tex. l. 3. § summatim ff de Carbo. edict. & non negatur quod in casu nostro sumus in possessorio, vt scribentes notant in d. l. 1. quorum legatorum, & sumus
14 in possessorio restitutorio † in odio deiicientis, vt Petr. de Bell. Pert. in loco citato.

Tertiò quod hæc exceptio obstet probatur sic, interdictum quorum legatorum fuit inuentum, vt hæres à legato quartam reciperet, quæ quarta debetur legatario à l. fal-
15 cidia, & hoc quando † hæreditas esset exausta, sed in casu isto cessat hæc falcidia, quia à testatore fuit prohibita, cessante igitur falcidia, vigore cuius legatum à manu legatarij recuperatur, cessat, & interdictum, quorum legatorum l. adigere §. quamuis ff. de iure patronat. & ita arguit Petrus de Bella Pertic. in dicta l. prima, numero 9. versic. ad contrarium respondeo ff. quorum legato. & facit text. l. vnicæ C. quorum legatorum in princ.

Quar-

Digitized by Google

Quartò pro legataria inducitur text. l. 1. C. quorum legatorum. ibi (non consentiente patre tuo) modo sic ista probauit, quod pater prædictorum hæredum nunc agentiũ consentijt, vt inhabitaret domum, donec ei
16 duodecim vntias traderet † ergo &c. facit etiam tex. l. primæ §. 1. ff. eod.

Quibus sic existentibus nõ obstant addu-
17 cta in contrarium per hæredes, & primo † primum motiuũ, quia procedit, quando falcidia debet, secus in casu nostro, vbi cessat, ergo. Nec obstat secundum motiuum, quia de voluntate hæredis possedit, & sic illa domus videtur assignata pro re certa respectu duodecim vntiarum; Nec obstat tertium argumentum, quia procedit regulariter, secus in casu isto, vbi à iure est permissum capere auctoritate propria, cum cessat falcidia, & claré Deci. in consil. 418. num. 4. in 3. par. & in consil. 476. nume. 5 par. ead Nec obstant quartum, & quintum argumentum, quia non habent locum in casu nostro, sic dicitur etiam ad sextum, postquã de voluntate hæredis possessionem habuit, propterea stantibus prædictis determinaui, quod solutis per hæredes dictis duodecim vntijs domus prędicta per legatariam restituatur, cui determinationi partes acquieuere in Ciuitate Ruborum in Anno 1593. ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Assisteotia contra tertium præstatur, non obstante morte debitoris, absque aliqua discussione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *CReditor ad suam possessionem reuocandam contra tertium agere potest cond. l. fi. C. de acq. possess.*
2 *Debitor obligans omnia bona sua cum contraria precarij, tunc in creditorem possessionem transtulit.*
3 *Precario rogatio excussionem excludit.*
4 *Assistentia mortuo debitore contra tertium concedi non debet.*
5 *Creditor potest agere contra tertium discussione non facta, si hypothecariam non intentat.*
6 *Excussio est de apicibus iuris.*
7 *In inditio summario excussio locũ nõ habet.*
8 *Creditor sua possessione priuatus potest agere contra tertiũ etiam resistenté, & quomodo,*
9 *Lex generaliter loquens sic generaliter debet intelligi.*
10 *Lex quæ non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
11 *Assistentia in Regno indistinctè conceditur.*
12 *Dictio contra sui natura mortem significat.*

DETERMINATIO CXCIV.

DEBITOR quidam soluere quandam pecuniarum quãtitatem se ad certum tempus obligauit, constituitq; omnia bona se precario nomine creditor possidere, deinde quendam fundum alteri alienauit, & mortuus fuit debitor; cõtra tertium possessorem, & emptorem Iudicio assistentiæ creditor egit. fuit dubitatum an rectè agat.

Non dubitatur, quòd creditor tanquam sua possessione priuatus contra istũ tertium emptorem, & possessorem (non discusso principali) agere põt ad suã possessioné repeten-
1 dam. † per text. l. fi. C. de acq. poss. & voluit hoc Iacob. Butrig in authé. hoc nisi debitor C. de pig. Ias. in §. item si quis in fraudé inst. de actio. & declarat Alex. in l. exitus cõtrouersiæ nu. 7 versic. addit etiam hic Ang. qui in ead. l. idem affirmat, & idé Ang in d. l. fi. C. de acq. possess maximè quãdo intentatur conditio illius l. fi. quod secus esset si hypothecaria ageretur per tex. dictæ authen. hoc nisi debitor C. de pig prealleg. Ratio in casu isto est. quia debitor, quando se obligauit, & omnia sua bona, & cõstituit se precario nomine possidere, tunc transtulit possessionem
2 in creditorem † iux. tex l. quod meo & l. interdum ff. de acq. poss. ergo in præiuditium creditoris in alterum transferre non potest, ideoq; absq; excussione datur creditori cõdictione ex illa l. actio agendi contra ipsum tertium possessoré. Reuocatoria remed. d. l. finita Vtili. vbi hoc ampliat in decis. 139. num. 11.

Alia est ratio, qa precario rogatio necessi-
3 tatem discussionis excludit † ita Butr. in d. l. vltima de acq poss. & sequitur Lod. Roma. in consi. 392. post num 11 & Ias. in d. §. nu. 77. Dec. in l. fi. ff si cer. peta. Alciat. in d. l. qđ meo. Supradictam conclusionem veram esse affirmat Lodo. Roma. & eã limitat in consil. 189. post nu. 9 dicens, quod procedit durante precario, non auté finito. Voluit Nicosan. in tract. pig. in 6. par. principali in 1 memb. nu. 36. versic. adde tu. qui allegat etiã Corn. hoc idé tenere in consi. 190. incip. ad euidentiam in lit. D in 1. vol & voluit Gozad. in consi. 42. nu. 4 & Alcia. in d. l. quod meo. Sed

Digitized by Google

per mortem debitoris est finitus, vt est text. l.cum precario §.precarij ff.de precario. & cap.fina.eode n titu. extr. Sequitur ergo, quod prædicta assistentia concedi non de-
4 bet, non discusso principali, † ita Vlgocelsus in tract.de clauf. in ver. Clausulæ contractus nu. 257.in fi.num.in tom.tracta. 18. & in terminis nostræ Pragm. Assistentiam. sub rubr de assistentia sine discussione. Hoc affirmauit Afflict.in nume.2.& in final.verbis Et sequitur nuper Franciscus Viuius in decis.12.nume.5. & ante eum Vrsill. in decis 135. & 139.

In contrarium quod etiam mortuo debitore, creditor potest agere contra tertiū nulla discussione facta maximè in hoc Regno
5 † dicitur sic, primò adducitur Bal. in l.1.de his, qui in frau.cred.nume.4 versic quæro, quid si debitor constituit, vbi dicit, quod quando debitor constituit se pignus precario possidere, & postea in alium alienauerit, quod excussio nō requiritur, dummodo nō intentetur hypothecaria, sed con lictio l. fi. supra alleg ta de acq 1.poss C.& dixit idem Bald.in l.1.ff.de acq iir.poss.

Secundo in Regno est sublata excussio,
6 quia est de apicibus iuris,†ita Bal.in l.mancipium ff de euictio. Alex.in consil. 110.volum.6. Ias.in l. si constante num. 206.ff.solu. matrim. Natta in Clem. sæpe de iud.& plenè per Lucam de Penna in l. si cum te pater C.de cur.lib. 10. Sed sic est,quod in Regno per c.detestantes.Et p pragmaticā primā dispendia litium,omnes sollemnitates, & subtilitates sunt sublatæ, & summariè proceditur, sequitur, quod in iuditio summario di-
7 cta exceptio non potest oppon. † Ita dixit Marian.Socy in consil.24.fin.colum.vol.1. & Aret. in consil.126. & Ias. in d.l.si constante num.205.Afflic.in Const Regni si ciuiliter agēs, vbi expresse dixit, quod in Regno excussio discessit ab aula, & Cauens. in d.pragmatica assistentia. nume 2. Rimi-nal. in consil 387. nume.11. 2.vol. Asini.in pract.iudiciar.cap.23 in § 3.Afflict.in consti.violentias. nūm.43.Guid.Pap.decis.544. Caccheria decis.1.num.28.& Ant.Thesaur. in Decisio. Pedemont.166. incip. fideiussor habet num.2 versic. non officit ratio illa, & C. & Clarius in decis.51. incipien. excussio multis modis, & idem Anton.in decis.52. Rota in Decis.Genuę 78.nume.3. Menoch. in sua arbitrar.lib.1. quæst.51.num.8. &
* hanc dicit esse communem opin. Corcou.in tract.comm.opin.Centuria 2. & Ias. in §. si quis in fraudem inst.de actio. num.78.

Tertio dicitur, quod creditor vti priuatus sua possessione potest agere ad reuocandam eam contra quoscunque tertios posses-
8 sores nulla discussione facta, † vt declarat Vrsill.in d.decis.139.nume.11. vbi etiā ampliat istud procedere, si inuenerit resistentē. Ita Socyn.in consil.82.volum.3.& sequitur Nicosant.in d.tract de pigno in 4.par.principali in primo membro.num 20. & Vrsill. in d.decis. ibi reprobat Follerium contrariū tenentem in add. ad Marantam. in 6. parte principali.

Quarto prædicta colliguntur vera esse ex verbis dictæ Regiæ Pragmaticæ,vbi in principio dicitur, quod datur assistentia contra tertium vigore instrumenti cōtinentis precarium constitutum,& pactum (absq; aliqua excussione) quādo igitur in instrumento hæc tria adsunt, assistentia ipsa conceditur. sic generaliter loquitur, sic debet gene-
9 raliter intelligi † l.1.§ generaliter ff.de leg. præstand.Nec dicta Pragmatica distinguit si debitor sit viuus, vel mortuus, nec nos di-
10 stinguere debemus † per text.l.de pretio ff. ad l.rod.de iact. & quod in hoc Regno indistinctè etiam debitore mortuo cōcedatur
11 assistentia †contra tertium videtur hoc sentire Afflict.in decis.prædicta 139.num.7 & etiam hoc voluit Capic.in decis.54. num.2. vbi loquitur de debitore mortuo. ibi.contra heredes quàm Marci.... dictio quondā de
12 sui natura denotat mortem† in cap.cū contra extra de pigno.& ibi Immo. & Abb.& And.Barba.& Alex.in l.1. §.hoc autem edictum ff. de nou.oper.nunciatio. nu.4. Neapod.in consuet.incip.quartam autē in verb. à quondam Viro, & Alex.in d loco ad satietatē,& Corset.in reperto. Abb.in litera D. in verbo dictio.versi. Dictio.quondam. qui ibi copiosè allegat,& declarat dictionē prædictam.& Natta.in consil.537.num.65. volum.3. & Tindar. in tract.test.cap.6.nu.19. in tom.tracta 4.

Ex quibus omnibus determinaui (morte debitoris allegata non obstante) assistentiam contra tertium petitā,esse concedendam, remota exceptione excussionis Rutiliani. Et dum in anno 1592. Gubernator in Ciuitate Ruborum essem, dum in quadam causa inter illos de Odoardo, & aliorum de dicta Ciuitate determinaui exceptione prædicta excussionis opposita non obstante,procedendum esse ad vlteriora, prout iam processum fuit ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I D.

AR-

ARGVMENTVM.

Episcopus si est suspectus, non est suus Vicarius, & qualiter.

SVMMARIVM.

1 *Causa quando dicitur insolidum commissa.*
2 *Ex verbis cognoscitur, quando ambo sunt suspecti.*
3 *Ex persona Episcopi recusatur Vicarius.*
4 *Tribunal Episcopi vnum est.*
5 *Dictio seu non copulat, sed disiungit.*
6 *Causa insolidum commissa, tunc si suspectus est Episcopus non autem suus Vicarius.*
7 *Vicarius hic refutatur, quando est in eodem delicto cum Episcopo.*
8 *Vicarius habitans seorsum ab Episcopo non recusatur.*

DETERMINATIO CXCV.

A Sede Apostolica Episcopo B. tonten[illegible], seu eius Vicario in causa vertente inter Dom. de Fari[illegible]to, & Abbatem Nicolai [illegible] Iuuenatij delegata fuit, & quia Reuerendissimus Episcopus ex prolatione sui voti erat suspectus fuit dubitatum, si eius Vicarius dicebatur etiam suspectus. Ponderatis verbis delegationis, quæ sunt. (Fraternitati tuæ frater Episcope, tu vnus ex ordinarijs viciniorihus exittas, seu discreptioni tuæ fili Vicari per Apostolica scripta mandamus &c.) per hæc verba ergo dixi, quod Vicarius non dicebatur suspectus, quia causa non dicitur insolidum commissa, nec adest clausula, q[illegible] si non omnes, seu ambo in causa interesse nō
1 possunt, alter eorum in causa procedat, † ita vult text. in cap. si contra vnum in princ. de offic. deleg. in 6. Nam tali casu, quādo prædicta verba adessent si Iudex est suspectus,
2 suspectus est, & Vicarius † Sic dixit ibidem Io. Andr. in verb. clausula cum in tali casu causa fuit simpliciter cōmissa, vt vnus sine altero procedere non posset per text. in cap. causam matrimonij. de offic. deleg. extra. & hoc asserunt ciuilistæ in l. duo ex tribus ff. de re iud. tali enim casu si vnus, vt suspectus recusatur, & impeditur procedere, sic etiam, & suus coniudex per text. cap. si contra vnum §. vbi vero de offic. deleg. in 6. hoc declarauit Stephan. Bertrand. in consil. 122. incip. ex processu num. 4. lib. 2. Hinc etiam dicimus, quod suspecto Episcopo, est suspectus eius Vicarius. per tex. in cap. insinuante de off. deleg. extra. ponderatis verbis illis, ibi cum tam Episcopus, quā officiales. Et propterea Abb. in eod. c. in num. 2 dixit, qd ex persona Episcopi, potest recusari suus
3 Vicarius, † & procedit nedum quando causa vtriq; delegatur, sed etiam quando Vicarius procedit vti Vicarius. Et ratio secundū eum est, quia Vicarius præsumitur magis affectus, & obediens Episcopo in iurisdictione Episcopali, quam in iurisdictione vtriq; per superiorem delegata. Hac de causa Saly. in l. 1. C. si quacunque prædi. potest. in nume. 2. dixit, quia vnū est in tribunal. † Ideo
4 Episcopus recusatus, dicitur recusatus, & Vicarius, nisi Vicarius nō procederet ab ipso Episcopo, sed à superiore, vt videmus hodie in Archiepiscopo Tarentino, qui depende à Sancta Congregatione, & non ab ipso Episcopo.

Ponderaui verba breuis, quādo dixit. Seu discerptioni tuæ fili Vicari. Nam dictio, seu non inducit copulam, sed disiunctionem.
5 † ita Antonius de Burg. in cap. cognoscētes num. 130. de const. in tom. sep. 2.

Et hac de causa, causa dicitur cōmissa insolidum, & quando causa committitur huiusmodi, licet tunc Episcopus sit suspectus,
6 non suspectus Vicarius coniudex † per tex. d. cap. insinuāte. Vbi notat, quod Vicarius potest esse collega sui Episcopi, in causa rei specialiter delegata, vt ibi notat Abb. in 1. notab. sequitur ergo, quod si hoc casu alter eorum recusetur, etiam si recusatus cum cōiudice procederet, processus valet, & tenet. ita Fely. in c. cū super. vbi etiam Deci. nu 3. de re iud. est Decis. Rotæ recollecta Achillis 319. & 320. incip. quādo sunt duo. sub rub. de recusat. iudi. & ita Rober. Lanzill. in tracta. de attenta. in c. 6. sub rub. de attenta p[illegible] recusationem iudicis in t[illegible] tract. 5.

Et Odofred. in d. l. 1. C. si quacunq; præditus dixit, quod tunc recusatur suus Vicarius, quādo recusaretur pro eodem delicto,
7 † pro quo Episcopus recusat in casu nostro solum Episcopus votauit, ergo cū Vicarius non sit in eadē causa, nō potest recusari. hoc idem dixit Bald. in ead. l. nu. 4. & idem dixit Barb. in add. al Bal in d. loco, dum dixit. Nisi eadem causa suspictionis reperiatur in vtroque, cessat hęc ratio I casu isto, vt dixi Ergo.

Et Felyn. in d. cap. insinuante nume. 2. dando intellectum ad Abb. eum limitando
8 dixit. Fallit in causa commissa Vicario, tanquam delegato per dilecta Cardin. in Clement. 2. de rescript. tanto magis, quando

Digitized by Google

Vicarius habitat seorsum ab Episcopo, & non est commensalis, tunc suspecto Episcopo non dicitur suspectus Vicarius.

Non obstant modo prima adducta in cõtrarium, quia procedunt, quando eadē causa militaret in vtroque, vt diximus, & colligitur ex verbis d. cap. insinuante ibi, quia R. fuit effectus familiaris Episcopi, & Vicarij. casus noster est diuersus. ergo &c. Aut distinguendo dicemus. Aut causa delegatur vtriq; simpliciter, & tunc cessante vno, cessat, & alius. Aut insolidum, & tunc cessante vno, remanet alius, vel & melius, quod quamuis causa sit commissa simpliciter, & causa suspectionis non militat in vtroque, & Vicarius non est commensalis, nec in eadem domo habitat, † & causa vti Vicario est delegata, & tunc si est suspectus Episcopus non est suspectus Vicarius. ita dixit Vantius in tract. null tatum in verb. ex defectu iuris ordinarij nume. 17. & sic per prædicta fuit processum per ipsum Vicarium in causa ad Dei laudem in Anno 1589.

8 (margin)

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Cedens potest exigere à debitore cesso. nisi cum cessionario est lis contestata, vel facta denunciatio, vel exigere incepit.

SVMMARIVM.

1. *Cedens quãdo à debitore cesso exigere potest declaratur.*
2. *Distinctio Pau. de Castr. in materia cessionis declaratur.*
3. *Scientia sola an impedit, vt cessionarius non exigat à debitore alteri cesso.*
4. *Exceptio compensationis cessionario opponitur, si debitum sit factum post cessionem.*
5. *Denunciatio debet fieri formiter, & sola scientia non sufficit.*
6. *Copia cessionis dari debet, & sic fit vera denunciatio.*
7. *In causa euictionis etiam requiritur denunciatio.*
8. *Copia cessionis, quando dari debet debitori petenti.*

DETERMINATIO CXCVI.

CREDITOR debitum cuidam alteri cessit, & cessionarium procuratorē in rem propriam fecit, & cessione non obstante creditor ipse, debitum etiam exegit, an rectè exegit, pluries hæc quæstio occurrit, & propterea breuiter hic determinaui, qđ si cessionarius non fuerit litem contestatus cũ debitore cesso, vel non incepit aliquid exigere, aut ipsi debitori cesso cessionem sibi factam non denunciauerit, & isto casu creditor ipse rectè exigit. Sed si horum trium cessionarius fecerit, cessionarius ipse præfertur cedenti habenti directam, cum penes ipsum cessionarium est vtilis. † ita est tex. in l. 3. vbi Docto. notant C. de nouat. Specul. hoc declarauit in tit. de cessione actio. lib. 10. nume. 2. & in tit. de procuratore in §. sequitur num. 11. & Papiens. in pract. in verb. libellorum in causa venditionis in ver. cessit. hoc voluit Bart. in l. facta §. si hæres num. 3. ff. ad Trebell. & Lodou. Roma. in consi. 102. in num. 5. plenè per Pau. de Castr. in d. l. facta. Vbi distinguit † an tractatur si cedens potest agere contra debitore alteri cessum, & sic si cessio sibi obstet. Aut tractatur si cedens possit facere aliquem actum, per quem fiat præiuditiũ cessionario. Primo casu dicit ipse si apud cedentem nulla iura remanserunt, vt puta, qui habebat vtilem, & tunc agere non potest. Et idem illud dicitur si remansit penes ipsum directa, sed ex quadã necessitate cessit exemplum. Vt quia tenebatur restituere hæreditatem, aut quia erat procurator, & fuit coactus cedere Domino, & in istis casibus semper cedens ipse repellitur. Secundo verò casu si penes cedentem remansit directa non omnino inutilis, exemplum est, quãdo quis cedit ex voluntate, & tunc si agit extra tres casus supradictos, tunc nõ repellitur, & potest agere, sed si exegit tenetur cessionario restituere, & Alex. in consil. 15. per totum. vol. 7. & de hac materia est videre Osach. in decis. 62 nume. 1. & Ioseph Lodou. in rubr. de cessionario, & cessione in tom. commu. opin. 3. & Osach. in decis. Pedemont. 62. in princ. & hæc est vera, & magis communis opin. remotis alijs distinctio. ita Ioseph. in citato loco in versic. quo vero ad cessionem debiti in d. vnic. conclusio.

1 (margin) 2 (margin) * (margin)

Sed dubium stat si cessionarius possit exigere à debitore cesso sciente ipsum esse cessum alteri, quam ipsi cessionario: glo. in l si. ff. de transact. dicit, quod talis scientia sufficit & alia denunciatio non requiritur. † & hanc gloss. approbat. Cyn. in d. l. 3. C. de nouat. in versic. secundum quæro, & in l. nomen C. quæ res pig. oblig. poss. & Paul. in d. §. si hæres, & hanc glo. multi sequuntur. Et ita post hæc declarat. quod potest opponi cessio-

3 (margin)

Digitized by Google

4 cessionario exceptio compēsationis, † dummodo debitum sit factum post cessionem, non ante, sic ipse declarat. & Bart. in dict. l. nomen num. 7. versic. quærit gloss. & ibi dicit, quod sola scientia sufficit, & Ioseph. Lodou. in d. conclus. vnica in fin. versic. declarat. 19.

Alia glo. in d l. nomen tenet totum contrarium dicens, quod simplex scientia non sufficit, sed talis denunciatio debet fieri for-
5 miter, † & hanc opin. tenet Salycet. contra Cyn. in d. l. 3. & in d. l. nomen, & ante eum Specul. in tit. de procuratore §. sequitur nume. 11. & 13 in quo loco ponit formam, dicens, quod debet fieri denunciatio, & dari
6 instrumentum cessionis, vt legatur, † & hæc opin. approbat glo. in d. l. 3. in verb. denunciauit, & probatur, quod requiritur in cau-
7 sa euictionis expressa denunciatio, † & sola scientia non sufficit, & hanc opin. sequitur Iacob. de San Georgio in l. si cum emptore, num. 4 & 5. ff. de pact. & facit, nam licet quis sciat se debitoré nihilominus non constituitur in mora sine interpellatione, & l. si ex legati causa ff. de verbo. oblig. & sic concludo, quod debitor licet sciat se cessum si cedenti soluerit, quod liberatur, secus si fuerit ei expressè denunciatum, & hæc opinio
* verior, & hanc opin. * in d. l. nomen approbat Ang. ibi. (in glo fin.) & ita Pau. de Cast. in l. §. si heres in final. verb. ff. ad Trebell. post Bart. & Alexan. in consil. 15. nume. 1. in 7. volum.

Et vtrum debitori petēti copiam instrumenti cessionis edi debet, tu dicas, aut debitor petitam prædictam copiam pro legitimari sa persona, & tunc dari non debet. Aut petierit copiam ad finem deliberandi, & tūc
8 copia ei debet. † ita distinguendo dixit Salyc. in l. qui stipendia. num. 9. versi. quæro modo C. de procurat. & hanc opin. videtur comprobare Iacob. in ea l. dum dixit. Aut cessionarius agit vtili actione suo nomine proprio, & tunc ante litem contestatam non tenetur dare copiam suæ cessionis. Aut lite contestata, & tunc quia instrumentum cessionis respicit iustitiam causæ, & non legitimationem personæ; si vero agat directis actionibus, & tunc tenetur cedere. Et ita est decisio Cappellæ Tholosanæ 294. sed prædicta non excludunt dicta per Salyc. ad finem deliberandi, & sic firma remanet opin. Salycet. & Alexan. in consil. 137. nume. 4. in 2. volum. dixit, quod agens iure cesso debet de illo in libello expressam mentionem facere, alias libellus est ineptus ergo &c. & O- sach. in decis. Pedemon. 58 num 3 & Dom. Ioseph Lodou. in rubr de probatio in conclusio. vnica. in nume. 160. versi. Interim dixit, quod qui agro tanquam procurator, vel cessionarius debet liquide probare cessioné. Ita dixit Ias. in rep. l. admonendi nume. 294. ff. de iur. iur. in tract. comm. opin. 3. & Deci. in consil. 302. nume. 2. 3. 4. & ibi dicit verio-
* rem esse opin. * dictam exceptionem non esse cessionarium. posse opponi etiam post litem cōtestatam, quem sequitur Ioseph. Lodou. in rubr. de cessionario, & cessione conclusio. vni. in tom. comm. opin. 3. in princip. & secundum prædicta, vt dixi pluries determinaui in diuersis terris, & locis. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Nepotes, & patrui in bonis patrui defuncti in stirpes succedunt, vti & patrui in capita.

SVMMARIVM.

1 *Frater excludit nepotem proximiorem.*
2 *Nepotes, & patrui in bonis fratris defuncti. succedant in stirpes. & in capita.*
3 *Soror quæ renunciauit bonis paternis, mortuo eius fratre in prouentis. inde non succedit, sed in acquisitis à fratre tantum.*

DETERMINATIO CXCVII.

FRATRE ab intestato defuncto fratribus vtrinque coniunctis relictis, & sororibus, ac ex fratre mortuo nepotibus, fuit dubitatū an omnes æqualiter succedant in dictis bonis fratris defuncti. Et primo videtur dicendum, quod frater, & soror viuentes tantummodo succedere debent, vti proximiores, & in pri-
1 mo gradu. † Nā frater solus, fratre mortuo, etiam filijs alterius fratris existentibus, succedit. Deci. in consi. 1. num. 2. in par. 1.

Pro parte Nepotum dicebatur, quod ipsi cum eorum patruis in bonis defuncti æqualiter succedere debent, licet ipsi in stirpes, &
2 patrui in capita. † per tex. in Authen. defuncto §. sed si cum parentibus, & in Authen. & cum solis fratribus C. ad Senatuscons. Tertull. per tex. in authen. cessante, vbi scriben. C. de legit. hæred. & in authen. vt fratrum filij in rubro, & nigro, & in proprijs terminis ita consuluit Dyn. in cons. posito post tract. de reg. iur, & quid in transuersalibus, an filius

lius succedit in locum patris, dic quod non. ita Tiber. Decian. in respons. 55. nume. 19. 3. volum. & Natta. in consil. 424 num. 5. volu. n. 2 Philipp Corn. in consil. 225. in 4. volum. & in consil. 254. in litera F. eod. volum. & consuluit Pau. de Castr. in consil. 291. in 2. par. per Gramm. in consil. 53. in ciuil. nume. 10. cum sequent. Doctor. explanant in l. 1. §. veteres ff. de acquir. hæred. Afflict. in decis. 38. numero 2. & Natta. in consil 424. nume. 5. volum. 2. Ratio est, nam prima causa successionis est liberorum, de quorũ numero sunt nepotes l. liberorum ff. de verbo. signific. & de iur. Roma. per prędicta admittuntur. vt l. 4. C. de suis, & legit. Nepos enim paternum gradum ad ingreditur. vt in auth. de hæred. quæ ab intest. in prin. & hoc dicit Andr. de Iser. in cap. 1. num. 14. in rub. de natu. succes. feud. & Alexan. in consil. 85. nume. 18. & 19. volum. 4 & hæc est commu-
* nis opin.* vt testatur Francis. Bursat. in cõsil. 71. nume. 2. volum. 1. & in consil. 71. nume. 4. volum. eod. & in consil. 67. nume. 10.
* eod. volum. vbi de communiori;* & in consil. 170. nume. 27. volum. 2. & Tiber. Decian. in respon. 28. nume. 2. volum. 1. vbi declarat etiam, quod in fideicommissis in nume. 3. vbi est videre, & in respons. 97. nume 5. volum. 3. & in respon. 7. volum. 1 nume. 79 in fideicommisso loquitur, & in respons. 56. nume. 35. volum. 3. & in respons. 26. nume. 77. volum. 2. & in respons. 55. nume. 39. volumine 3. & in respons. 9. nume. 42. volum. 2.

Limita nisi soror fuisset maritata, & renunciasset bonis paternis, quia mortuo patre, ad bona peruenta ad fratrem mortuum ex paternis, in illis non succederet, sed tantummodo succederet in bonis acquisitis ab
3 ipso fratre aliunde. † ita dixit Afflict. in cõstit. Regni in aliquibus nume. 16. secundum quem consuluit Maxilla in suo consil. quod ego habeo ad pennam, quam limitationem pro nunc non confirmo, & sic determinaui oretenus requisitus ab excellẽte Compatre meo Fabritio Mondello de Ciuitate Ruborum, & inter eos fuit exequutum in anno 1593. ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Tempus prorogatum debitoris, an excludat fideiussorem, vt amplius non teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Prorogato termino debitori, facit vt fideiussor amplius pro eo non teneantur.*

2 *Fideiussor per prorogationem sine stipulatione, & nouatione non liberatur.*

3 *Cautela, quæ datur creditori, vt in prorogatione primæ cautelæ non sibi præiudicet.*

4 *Fideiussor si se obligat ad certum tempus, & dixerit post non teneri, liberatur.*

5 *Fideiussor qui se simpliciter obligauit ꝑ prorogationem non liberatur.*

DETERMINATIO CXCVIII.

DEBITOR ad Pascha pro securitate creditoris fideiussorem dederat, interea à creditore fuit tempus prorogatum, dicebat fideiussor quod per prorogationem prædictã
1 ipse amplius non tenebatur, † & cum casus occurrisset in Ciuitate Potentiæ. Ego determinaui liberatum non esse, cum hac distinctione. Nam creditor prorogauit terminũ sine noua stipulatione. Et isto casu fideiussor
1 non liberatur. ita dixit Bald. in l. tam man-
5 datori in 3. columna C. de non num. pecun. Sed quando creditor prorogasset terminum
2 cum noua stipulatione, † & tunc Bart. in l. Valerianus ff. de prætorijs stipul. dixit quod fideiussor dicitur liberatus, & hanc Bart. doctrinam sequitur Iacob. de San Georgio in l. iuditio C. de iudi. à num. 16. vsq; ad 19. vbi etiam dicit cautelam creditori, vt protestetur in prorogatione, & dicat, quod in casu contrauentionis, vult posse redire ad primam
3 obligationem, † quam cautelam ponit Bar. in l. aliam ff. de nouatio. & Deci. in consil. 107. nume. 1. par. 1. & in consil. 400. num. 2. in quibus locis declarat, quod nouatio non inducitur per prorogationem termini, quæ fit debitori ad soluendum, & ideo fideiussores non liberat. est tex. l. si vnus, vbi gloss. & Ang. in §. 1. ff. de pact. Alexan. in consil. 66. num. 6. volum. 7. & sic intelligitur Natta. in consil. 202. nume. 6. volum. 1. & Iacob. Phil. Port. in conclus. 14. lib 3.

Alij distinguunt, aut fideiussor se obligauit se fideiubere vsque ad Pascha, & non amplius, & tunc si fit prorogatio, fideiussor
4 ipse dicitur liberatus, † ita Marsill. in rubr. de fideiussor num. 89. qui quotas allegat per text. l. si fideiussor. conuentus § fin. ff mandat. & sic intelligitur tex. l. cum heredes C. locat. & l. item quæritur §. qui implere in 2. respons. ff. eod. tit. & l. Labeo §. fin ff de

recep.

Digitized by Google

recep.arbit. Ratio est illa, quia qui fideiussit ad certum tempus illo elapso remanet liberatus, per text.l. si fideiussor C.de fideiussor. & clarè Liber.Decia.in respon.72 num 13. volum.2 & per Gabriel.in tract.com.opin. in rub.de fideiusso.cōclus.3. & Ronchegall. in l.3.num.19.ff de duob reis. & Ioseph.Lodou.in rubr.de citatione in conclus.vnic.de cessione in lib.com.op.3.

Aut se obligauit simpliciter cum debitore, & facit prorogatum tempus ad soluen-
5 dum, & isto casu non dicitur liberatus,† ita post alios Abb.nume.11.in cap.constitutus. fideiuss. vbi addidit hanc esse communem opin. & reperij secundum hanc distinct. transire Anto.Thesaur.in decis.125. per totum, vbi diffuse. Hanc distinctionem sequitur Imo. in cap. constitutus. in vlti.colum. versic. (vltimò quæritur) de fideiuss.ex. & Deci.in consil.94.num.5. parte prima Belacomb.in rub. de fideiuss.nume.258.in 2.lib. Ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Nominatus à rectoribus idoneus, licet sit alius idoneor, ipse præferri debet.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus laicorum dicitur illud, quod fundatur à laico de bonis proprijs, etiam a clerico, nec Papa derogat nisi exprimat.*

2 *Iuspatronatus eccle siasticum dicitur, quando datur potestas Cappellanis eligendo alios clericos.*

3 *Dispositio fundatoris est ad vnguem obseruanda.*

4 *Fundanti iuspatronatus ex gratia concessum est, & ideo potest imponere conditionem, quam vult.*

5 *Fundans potest imponere onus, vt semper vnus de suo genere præsentetur.*

6 *Rector nominatus ab alio debet institui, maximè si est idoneus.*

7 *Nominatus iuxta voluntatem testatoris præfertur, etiam: si alius nominandus esset idoneor.*

8 *Sat est præsentare idoneum, licet in Ecclesia sit alius idoneor.*

9 *Nominatus idoneus, & de linea institui debet.*

10 *Electio facta iuxta voluntatem testatoris dicitur inuariabilis in rectoribus.*

DETERMINATIO CXCIX.

IVSPATRONATVS à quodam Iudice Vito Notarij Petri in Terra Molæ in Anno 1519. sub nomine diuæ Annunciatæ, cum hac conditione fundatum fuit his verbis.

Item che dicta Cappella vna cum bonis suis omnibus deueniat in posse infrascriptorum Cappellanorum videlicet, T.T. & post mortem ipsorum ipsi eligăt duos alios Cappellanos de cōsanguinitate ipsius testatoris, si inuenerint, & si non inuenerint duos alios ad eorum arbitrium, & sic vadat in perpetuum. Moriente Reuerendo Archipresbytero Terræ prædictæ, Rectore, & Cappellano. Clericus Dominicus de Colella, vti de sanguine fundatoris ab eodem fuit electus, & nominatus Per illos de Colella multa opposita fuere propterea ego dicebă quod hæc duo consideranda erant. Primum, an istud dicatur iuspatronatus laicorum, vel Ecclesiasticum. Secundo cōstituto, quo lì iste erat de consanguinitate fundatoris, tanquam à rectore electus si debebat institui.

Ad primum dicebam, quod iuspatronatus laicorum dicitur illud, quod fundatur à
1 laico† (vt est cas⁹ noster) siue à clerico, dummodo de patrimonio proprio, & non Ecclesiæ. Ita dixit Rocchus de Curta in tract. iuris patronatus. in verbo ius. in 7.quæst.nume.13. & 14. & Aym.Crau. in consil.63. num 6 versic.quintum dubium. primo volum.& in consil.68.num 4.eod.volum. Vbi etiam dicit, quod si aliquis impetrauerit ius patronatus à Summo Pontifice, & non expresserit, quod est iuspatronatus laicorum, quod impetratio dicitur nulla. glo. in Clem en.2.de præbend. Abb. in cap.dilectus de offic.delegat Rebuff.in 3.par.signat.in verbo.necnon. nu.5.in sua pract.benef. hoc idē comprobat Fely.in suo tracta.quando literæ Apostolicæ noceant patronis Ecclesię in nume.5 & Abb.in cap.cum dilectus nume.4. de offic.delegat.extra dixit quod hæc est cō-
* munis* opinio, & propterea replicatum fuit in præsenti casu Archipresbytero Terræ Aquauiuæ, qui à Summo Pontifice impetrauit hoc ius tanquam Ecclesiasticum, quod debebat carere licet obtinuit: quia cū Cappellani debent eligi ab alijs Cappellanis, q̃d
2 dicatur Ecclesiasticum.†

Quoad alios prætendentes dicebam esse excludendos tanquam non de linea fundatoris, disposito enim fundanti Cappellam prædictam cū qualitate, & conditione prædictis

dictis seruari debet. ita in nostris terminis declarat Ioannes Andreas post alios. in cap. nobis de iurepatronatus, quem sequit' Crauet. in consil. 82. num. 6 volum. 1. & in citato consil. 63. nume. 5. & ratio est illa, quia fundare iuspatronatus laicis ex gratia concessiũ est. ita dixit Abb. in cap. 3. de iurepatron. & ad hoc etiam, vt laici animosius ad dotandas, & construendas Capellas festinẽt. ita Felyn. in alleg. loco, qua de re Dominicus Geminianus in cap. cũ in Ecclesia, in vltimo notab. nume. 5. de præben. in 6. dixit, quod fundans potest imponere onus, quod semper ad illud, vnus de genere suo præsentetur. Voluit hoc etiam Fely. in citato loco, & Rocchus in eod tracta. in verbo honorificum num 48. hocq; sentit Bald. in l. 2. C. de ius vocand.

Cum igitur fundator ordinauit, quod Cappellanus de consanguinitate eligatur hæc sua voluntas debet obseruari per tex. in cap. cum dilectus de consue. extra, maximè, quando est idoneus, iuxta notata in cap. Pastoralis de iurepatro. & ideo dicitur, quod si ordinarius, alteri conferret spreto ordine testatoris sta collatio non teneret. per tex. in c. decernimus 16. q. 7. & notat glo. penult. in c. cum dilectus de iurepatron. ex. & sequitur Corn. in consil 47. in 3. volum. num. 8. & Vbertius idem Corn. in consil. 317. eod. volum vbi ampliat, dicens, quod si esset alius antiquior, & idoneor, si non fuit electus ab habentibus potestatẽ à fundatore, non debet confirmari, nec potest cõqueri de rectoribus idoneor, & antiquior iste, qui ipsum nõ eligerunt, & sic potest verificari dictum glo. in cap. 3. in verb. (maioribus) de iurepatro. sic consuluit etiam Federic. in consil. 95. quando dixit, quod satis est si patronus præsentet idoneum licet in Ecclesia esset idoneor. Est glo. in cap. quoniam in quibusdam. in verbo. (qui maioribus) de iur. patronat. & in cap. constitutis el 2. in verbo (magis vtilem) de appellatio. & Natta in consil. 537. nume. 23. volum. 3. Vbi dixit, quod electio facta de idoneo non retractatur, etiam quod magis idoneus temperiatur.

Et propterea cum iste Clericus sit probatum, quod sit de linea testatoris, quod debet institui iuxta tex. in cap. progeniem 35. q. 3. tanto magis, quia fundator non dixit antiquiorem, vel idoneorem; sed tantummodo dixit, quod eligant duos de consanguinitate, & sic in isto casu ille, qui eligitur confirmari debet, vt per Corn. in alleg. consil. 317. & isto casu elutio dicitur inuariabilis. Ita respondit Curt. in consil. 59. ex quibus omnibus declarari ipsum esse instituẽdum, sed quia hoc medio tempore Archipresbyter Terræ Aquauiuæ impetrauit istud iuspatronatus à Sede Apostolica, orta fuit controuersia, & hoc vidẽs Clericus Dominicus ipse cessauit à lite, & vxorem duxit. ponere volui pro veritate facti ad Dei laudem.

Sempronius Ascia V.I.D.

ARGVMENTVM.

Ius congruum habet locum in venditione sub hasta.

SVMMARIVM.

1 *IVs congruum non habet locum in venditione necessaria.*

2 *Contraria opinio verior, & in practica seruatur.*

3 *Statutum trahitur ad casum, quem si statuentes interrogati statuerent, illumq; cõprehendit.*

4 *Federicus Secundus fuit auctor l. sancimus C. de iure congruo.*

5 *Ratio cur ius congruum sit introductum.*

6 *Ratio vbi eadem est, ibi debet esse iuris dispositio.*

7

8 *Ratio vbi eadem est nõ per extensionem sed per comprehensionem similes casus deciduntur.*

9 *Lex generaliter loquens, sic generaliter debet intelligi.*

10 *Venditio dicitur tam si fit à Domino, quam ab Iudice.*

11 *Afflictus tacitè intellexit ius congruum in venditione sub hasta locum habere.*

12 *Exceptio firmat regulam in contrarium, & ipsum declarat.*

13 *Ius antiquum ius congruum permittebat.*

14 *Factum iudicis factum partis censetur, & num. 33.*

15 *Dominus rei de euictione tenetur licet Dominus vendiderit.*

16 *Venditio a Iudice dicitur vera, & voluntaria venditio, & num. 27.*

17 *Iudex adiudicans rem facto debitores, ipse debitor dare videtur.*

18 *Dominus nec expressè, nec tacitè alienando præiudicat vicinis.*

19 *Dominus directus rei emphyteoticariæ antequam vendatur requiri debet.*

20 *Iudex tertio præiudicare non potest.*

21 Do-

Digitized by Google

21 *Dominus directus offerendo pretium, annullat adiudicationem eo inquisito factam.*
22 *Iudex dans insolutum ex contractu debitoris, ipse debitor dare videtur.*
23 *Emptor semper denunciare debet, quia certus, secus in venditione res subiecta retractui transit ad quemcunque cum eodem onere.*
24 *Creditor etiam iure tenetur ad ius congruū,*
25 *Quod directè non permittitur, nec indirectè.*
26 *Denunciatio debet fieri de pretio iusto, & de omnibus qualitatibus contractus.*
28 *Ius congruum mere reale est.*
29 *Lex non verbis, sed rebus est imposita.*
30 *Ius congruum in datione insolutum habet locum, & quare.*
31 *Debitum postquam est conflatum dicitur necessarium.*
32 *In venditione testatoris habet locum ius cōgruum.*
33 *Probibita alienatione, quod videtur probibitum.*
34
35 *Indirectè fieri non debet, quod directè prohibetur.*
36 *Responsio ad contraria.*

DETERMINATIO CC.

IVS congruum in re sub hasta ad instantiam creditoris exequuta, & vendita locum habere non ambigitur, & cum quæstio hæc in diuersis terris, & locis occurrerit, semper in hanc partem vti veriorem inclinaui, & determinaui.

Lodouicus Roma. in consil. 107. determinauit contrarium asserens, ius cōgruum locum habere in alienatione voluntaria, † &
1 exmet verbis l. sancimus eius dictum colligitur ibi,... non autem in alienatione necessaria. Res ergo quæ vigore sententiæ, & pro eius exequutione vēditur, videtur quodammodo venditio coacta, ergo, & necessaria, in necessaria lex de iure congruo non loquitur, ergo cessat, quam opinionem firmauit Deci. in consil. 300. & idem Roman. in consil. 219. nume. 8. & in consil. 457. incip. circa præpositum nume. 3. hoc etiam voluit Aym. Crau in consil. 215. & Curt. Sen. in consil. 27. incip. Magnificus nume. 15. & in consil. 63. Afflic. in d. l. sancimus in §. 3. nume. 26. Paris. in consil. 98. num. 79. volum. 1. Roland. à Vall. in consil.... qui articulum in vtramque partem disputat, & ibi asserit, & intrepidè concludit ius congruum locum non habere.

Contrariam partem vti veriorem, vt dixi
2 amplexus sum his rationibus, † & primo consideraui, quod statutum ex rationis identitate, trahitur ad casum, quem si statuentes interrogati fuissent verisimiliter comprehen
3 dissent † glo. no. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. Alexan. in consil. 36 volum. 6. Deci. in
4 consi. 300. num. 5 & 6 At si Federicus † author const. interrogaretur, si vellet, vt eadem sit iuris dispositio in venditore, seu emptore prædicta, & sicut vicinus possit ab emptore retrahere, idem profecto responderet attenta ratione ob quam fuit huiusmodi ius prothom. introductum, ergo &c. Ratio vero ipsius iuris congrui, & const. est pro pacificè
5 viuendo † ne cui inuito vicinus detur, & extranei emptores, & fortasse inimici, atque odiosi domesticos parietes, & viscera vicinorum, vt scribentur in dicta materia, & præsertim Neapo. in consuetudin. prima in verbo alicuius vir. Sed quid si rei venditæ sub rubric. de iure congrui, & est tex. in prima Bar. consuet. incip. dudum sub tit. de iure prothomis.

Ratio vbi eadem est, eadem debet esse iu-
6 ris dispositio, † nec tunc de vno casu ad aliū extensio fieri dicitur, nec similitudo, sed eadem dicitur lex, etiam si pęnalis sit materia, & quando est eadem ratio in pluribus casibus omnes deciduntur, non per extensionē,
7 sed per comprehensionem † Alexan. in consil. 75 volum. 1. num 3. Deci. in d. consi 300. num. 5. & 6. & sic vbicunque legis, vel statu-
8 ti ratio locum habet, vendicat sibi, † & eius dispositio l. illud ff. ad l. Aquil. At ratio iuris congrui introducti militat, tam in venditione facta liberè atque immediatè, per ipsum rei dominum, quam etiā per Iudicem eundem repræsentantem, ergo ratione prædicta vicinus cum alteri per Iudicem res ipsa venditor offerēdo pretium emptorem expellere potest ne in viscera ipsius ingrediatur, cum ratio diuersitatis assignari non possit, nec dū extendi de contractu ad contractum, in casu nostro cum sit vera venditio, vt infra probauit, & de vend. cōst. sancimus loquatur, quæ est lex Imperatoris Federici, vnde nō extensio, sed compensio dicitur, vt supra.

Lex generaliter loquēs generaliter debet
9 intelligi † l. 1. § generaliter ff. de legat. præstan. & quando lex non distinguit, nec nos distinguere debemus l. de pretio ff. de publ. in rem act. At const. ita sancimus qualiter, & non distinguendo procedit, & venditio, seu emptio propriè dicitur non solum quando quis emit à Iudice vendente, sed etiam ab ipso

Digitized by Google

verus dominus, nec indirectè debet domino
25 licere, quod indirectè nō permittitur † Bal. in d.consil.306. quod ergo non potuit dominus rei, scilicet, denuntiare, ex quo certus non erat de pretio, prout denuntiatio fieri debet, prout Bal. & Affl. in d.const.sancimus, transfertur in ipsum emptoré, qui certus est de pretio, & de omnibus qualitatibus
26 emptionis. † Iudex enim si pro addendo nō potest conuicinis præiudicare, nec immerito ius namq; vicinorum sine facto ipsorū tolli non potest l. id quod nostrum ff. de reg. iur. Adeo hic quidé casus de quo agitur clarissimæ deciditur.

Cum ergo ista alienatio, seu venditio, vera propria, ac voluntaria dicatur, venditio iuribus prædictis locum esse retractui fatendum est, refert quoque Tiraqu. in hoc prædicto §.1. glo.14. nume.13. stante debitoris voluntaria præcedente obligatione, obligauit quidem voluntariæ se, ac bona sua, & si
27 venditur, voluntate sua venditur † §. contract. in instit.quib.alien.li. & si vendit. ex necessitate, vendit vt soluat æs alienum voluntariè contractum, & ad hoc implorat iudicis officium, licet ergo non possit certitudinariè denuntiarie ante venditionem, non per hoc aufertur ius vicinis, sed ipse emptor denuntiare posset pro releuando rem emptam ab onere suo, ius enim reale merè est ex vtro-
28 que † latere actoris, scilicet, & rei datur, namq; domino rem coniunctam possidenti contra possessorem rei coniunctæ, qua ratione iuris congrui petitur, & propterea contra possessorem emptorem dirigitur actio ad instar seruitutis realis, alias enim si nō transferetur ad emptorem, res esset libera penes ipsum, & iuditium contra venditorem tantū procederet, si nulla esset necessitas ex parte emptoris, reale ius est. Ita Neap. in cōsuet. si ex vno latere, in verbo (nisi) sub rubr. de iur.congr. Affl. in d.const.in princ. in vlt.notab.num.43. & est tex. in d.consuet. 1. Baren. dudū sub tit.de iur.prothom. ius enim reale est ipsumq; emptorem possessorem sequitur remq; ipsam afficit, vicinisq; competit, non contra venditorem, sed cōtra ipsum emptorem. Affl. ibidem in §. vt infra triginta dies in vndecimo no.nu.35. & videtur tex. si rectè ponderatur in d. constit. & præsertim in §. seu versic. & licet fuerint ibi extraneos, nō emptores repellere, militat ergo ratio eadem tam in emptore ab ipso domino immediatè emente, quā ab alio nomine ipsius, lex enim
29 non verbis, sed rebus est imposita † l. 11. C. communia de lega. alias de facili fraus cōmitteretur, cum possent alienantes æs alienum fingere, & sic insolutum, tanquam necessitate ducti darent ad excludendum vicinum, vt personam, cui gratificare vellent supponerent, licet quoq; in datione insolutum cre-
30 ditori à debitore facta habeat locū † d. consti.sancimus cum disposita in venditione habeat locum in datione insolutum. Bal. in cōsil. 300. vol. 1. Tiraq. de retract. l. §. 1. glo. 14. nume.4. & 9. sed super hoc non insisto cum nihil ad rem nostram. Sed dicas quaso nonne semper ad plurimum res ob necessitaté, & æs alienum contractum alienantur, ergo semper venditio necessaria, seu ob causam necessariam diceretur, & esset, & nunquam huiusmodi dispositio, & tractatus locū haberet, vel raro: nullum enim est debitum, qd necessarium non dicatur postquam est con-
31 flatum, & necessarium † non dicitur quod à causa voluntaria nascitur, quamuis necessitas postea incurrat. Grau. in resp. pro genero nume.45. & nume.44.95. & 386. ver.tutione, & alia ibi voluntarium, cum ergo diuersimodè iudicandum est, cum Iudex nihil addit in huiusmodi venditione, nisi authoritatem suam ad instantiam debitoris, & creditoris ex primeua debitoris voluntate §. cōtra autem instit. quib alie.lic. Dec. in l. nemo plus de reg. iur. nume. 5. & est videre Afflict. in dict.consti.in §. vt infra triginta dies, nume.8.

Quinimo si quis ex testatoris dispositione iussuq; coactus alicui vendere, eidem vendiderit, potest nihilominus vicinus rem ven-
32 ditam retrahere, † & tamen ex iuris, seu testatoris necessitate, vendit, cuius voluntas lex est §. disponat. in auth de nupt. l. 1. C. de Sacrosf. Eccl. f. Tiraqu. in eo l. tit. ad finem tituli nume. 3. cum sequen. Imo ad pœnam tenetur alienando extra ius testatoris, qui ipse alienare voluerit stante pœnali statuto de non alienando sic dixit Ias. in l. cætera §. si separauerat ff. de leg. 1. & adeo verò sunt quod factum Iudicis, partis factum censetur, quod si iudex rem feudalem debitoris creditori adiudicauerit. Vassallus eam infringere non poterit, cum prædictam adiudicationem partem ipsam fecisse videatur. ita dixit Alexan. in consil. 11. volum. 1. & tandem dominus directus rem ipsam auocare poterit, licet alienatio necessaria videatur. gloss. in cap. 1. §. porro in glo. qualiter olim feud. alien. pot. Capic. in decis. 99. nume. 7. Nec mirum cum enim id à voluntate debitoris originem habuerit, consequens est, quod quicquid inde sequitur voluntarium extimatur, vt notatur

Digitized by Google

in l. 1. in versic. (quod si existat) iuncta glo. in verbo (pacto) C. de natur. liber. voluit Bald. in consilio 306. in final. verb. volumine primo, & Tiraquell. in citato loco. in numero 3. in fi.

Accedat insuper, quod qui alienare pro-
33 hibetur, id quoq; interdicitur, † ex quo alienatio sequitur, etiam si ex legis, vel statuti dispositione procedat, cum nihil interest, quod dicatur alienes, an id facias, cum alienatio sequit l. codicillis §. matre, & ibi Bart. ff. de leg. 2. glo. in l. si ita quis §. ea lege. Vbi Bald. Ias. & alij ff. de verb. obliga. & Bald. in consi. 299. num. 2. vol.---Hinc est, quod prohibitus alienare sub pęna, incidit in pęnam
34 † licet immediatè non alienet dum tamen praecedat factum ipsius, ex qua alienatio sequitur. ita dixit Socy. in consil. 35. visa narratione facti nume. 4. vol. 2. & per Tiraq. in citato loco num. 14. Coadiuuat ratio. nō indirectè fieri debet, quod directè non permit-
35 titur † l. si duobus. vbi glo. fi. ff. de neg. gest. & l. fin. C. si mancip. ita ven. ne prostituatur. Prohibito namq; vno prohibitum censetur omne per quod peruenitur ad illud l. oratio ff. de sponsal. & d. l. fi. & ita concludit in terminis nostris Tiraquell. in citato loco §. 1. gloss. 9. nume. 227. & est glo. 14. nume. 18. §. eod. quare ergo constitutio l. sancimus in hac re sub hasta vendita locum habere non debet. cum ratio diuersitatis tradi non potest.

Nec obstat vulgaris illa conclusio, quod in necessaria venditione retractus locum nō
63 habeat, & ratione adducta, † quod alienatione prohibita non comprehenditur necessaria alienatio, prout nonnulli asserunt, ea enim ratio procedit, aut in penali prohibitione, & tunc fortasse dici posset, quod stante alienatione facta ex necessitate per Iudicē non incidunt in pęnam, & sic ad euadēdam pęnam, non autem, vt iuri tertij praeiudicetur, prout in casu nostro. & ita Ias. in d. l. cętera §. si separauerat ff. de lega. 1. & sic potest intelligi decisio Afflic. 191. aut in repentina, & casuali necessitate, vtputa, quia incidit in latrones, vel captus est ab hostibus nulla ipsius culpa praecedente, tunc prohibitus alienare poterit alienare, secus si sponte, vtputa, quia prius debita contraxit, seu delictum commisit, ex quo alienatio sequatur, tunc enim in alienationis prohibitione non continetur, tamquam non dicatur necessarium quod principium habuit voluntarium. argumento text. l. si fideiussor. §. si necessaria ff. qui satis dat. cogan. l. incommodato §. sicut ff. commodati, & l. sicut, & ibi gloss. in verb. minimè C. de actio. & obliga. Afflic. in d. l. sancimus, in d. §. vt infra triginta dies nume. 18. loquens de compulso vendere ob necessitatem Bald. in consil. 20. numero 2. & Crauet. in l. respon. pro genero nu. 44. & 95. & 386.

Et ita loquitur Ias. in d. §. si separauerat, & Bald. in d. consi. 20. & sic in perpetua prohibitione, ac generali secus in d. prohibitione constitutionis, seruatis modo, & forma in ea contentis, & sic diuersa est ratio l. Papinianus exuli ff. de minor. Vel dicitur alienatio necessaria ob debitum defuncti habens causam vetustiorem, secus quando res venditur pro debitis per ipsum contractis, tunc voluntaria, potius quam necessaria dicitur alienatio. ita procedit text. in l. alienationes ff. fam. ercisc. & Alber. ibidem hoc declarat: cum legitur casus iste procedat ab ipso debitore, non autem à vetustiore debito defuncti, cuius ipse heres esset, ergo &c. Nec potest considerari ex parte ementis aliqua necessitas, ex eo, quia ad emendum necessitas quis non eum ad emendū arctauit, sed sponte ad emptionem deuenit, & sic quatenus venditor necessarius ad vendendum diceretur, non tamen ad emendum emptor.

Consideratur etiam, quod in isto casu nō solum tacitus interuenit consensus debitoris rem ipsam alienari per Iudicem promictentis, sed etiam expressus, ex eo quia sponte pro debito praedicto obligauit se, ac omnia bona sua cum potestate capiendi, si in tempore non soluerit videtur deueniri ad venditionem ex sua praeambula voluntate permictente in casu non solutionis per debitorem bona alienentur. ita colligitur ex §. contra autem creditor inst. quib. ali. lic. & Deci. in l. nemo plus iuris ff. de regu. iuris num. 5.

Et sic videtur concludendum, quod quoties reperitur alienationem esse prohibitam necessariam non contineri, intelligitur de illa necessaria habente causam vetustiorem, non autem posteriorem, vel quoad pęnam euitandam, & ita dixit Tiraquell. in citato loco numero 16. & Bald. in dicto consilio 20. volumine primo, & videtur text. in l. si fideiussor §. si necessaria, & ibi Bart. & Bald. ff. qui satis coga. & in decisio. 191. Afflict. & ibidem Vrsill. vbi refert ita fuisse decisum per Sacrum Regium Consilium, & Maxilla videtur hoc confirmare in Consuetudine Bari incipien. in pignoribus sub rubr. de iur. prothomis. in princip. &

ex

ex his liquet dictam legem sancimus habet locum in venditione mediante decreto per Iudicem sub hasta facta, quia per alium facit, per se facere videtur l. 1. ff. de vi, & vi armat. Immo ipse propriè facit iux. notata in l. 1 C. si in causam iudicati, & in d. §. contra autem inst quib. alie. lic.

Non obstant in contrarium adducta. quia ex prædictis colligitur responsio, sed particulariter respondendo dicimus alienationẽ in casu nostro nõ dici necessariam quandoquidem debitũ fuit ipsius debitoris vendentis non autem testatoris, & sic nullo modo potest dici necessaria venditio.

Vel secundo respondetur, quod opin. in contrarium obseruatur in practica, dicat qd velit Roland. in alleg. suo consil.

Nec obstat si diceretur, quod banna emanata sub hasta habentur loco denunciationis, nam in casu isto denunciatio est de forma, quæ ommicti non debet, vt in d. l. sancimus, & fit ad finem non solum certiorandi vicinum, sed vt sciat omnes conditiones, qualitates, & pacta, & pretium, vt vicinus ipse deliberare posset, quod nequaquam in banno, seu præconiis dicitur, cum intentio præconis est inuenire emptorẽ, & pretium, vt l. 2. & 3. C. si in cau. Iudicati. Vnde limitata causa, limitatum debet producere effectum l. age C. de transact. & l. in agris ff. de acq rer. dom. & ideo dixit Afflic. in d. l. sancimus, in d. §. vt infra 30. dies nu. 12. Quod scientia sola non sufficit, cum vt dixi debent denunciari omnia supradicta, vt in eodẽ loco dixit num. 18. & in §. scriptum est nu. 17. & Bal. in d l sancimus num. 18.

Vltimo ad tenentes opinionem contrariã est respondendum tunc bannum sufficere, quando tantummodo scientia sola requireretur Ita dixit Deci. in consil. 221. nume. 4. versic. 3 principaliter. Quando vero denunciatio est de forma, vt in casu nostro, tunc non sufficit, vt diximus, & in dubio forma data, semper dicitur substantialis, vt dicit Bald. in l. comparationes C. de fid. inst. quia si forma statuti non seruatur actus est nullus. Bald. in l. humanum C. de leg. & sic videtur concludere glo. in cap. concertationi in verbo sciuerit de appell. in 6. & sic intelligitur Deci. in d. consil. 221. num. 2. & sic per prædicta ad Dei laudem pluries determinaui in fauorem retrahentis.

Sempronius Ascia V. I. D.

ARGVMENTVM.

Clericus potest non solum per literas testimoniales, sed per vnum testem probare de clericatu etiam pro obtinendo benefitio.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus per testem probari non potest.*
2 *Clericus impetrare volens beneficium debet docere de clericatu.*
3 *Clericatus non præsumitur, cum non à natur, sed extrinsecus venit manifestandus.*
4 *Sola possessio habitus clericalis, quo ad fori priuilegium sufficit.*
5 *Possessio sola habitus non sufficit ad obtinendum benefitium.*
6 *Clericatus per vnum testem probari potest, secus quando in inditio, quia per duos probari debet.*
7 *Clericatus de iure Cano. potest probari per vnum testem.*
8 *Clericatus potest probari per inditia, & argumenta.*
9 *Clericatus de sui natura parũ obest, ideo probari potest per vnum testem.*
10 *Præsumitur clericus qui seruiuit Ecclesiæ, & in diuinis per annos 13.*
11 *Præsumitur promotio ad ordines sacros, qui diù seruiuit benefitio.*
12 *Iurans perdidisse bullam, ei creditur.*

DETERMINATIO CCI.

CLERICVS quidam in quodã benefitio iurispatronatus à compatronis præsentatus fuit: per Bullam de suo clericatu non docuit, sed per vnum testem de visu, qui dicebat qd interfuit in Ciuitate Betecti, quando Reuerendissimus Episcopus ipsum in clericũ ordinauit: fuit propterea dubitatum, vtrum sufficiat, & interrogatus à Reuerendissimo Ioanne Francisco de Blasio Archipresbytero Terræ Rutiliani nullius Diocesis, cuius ego Auditor eram: sic determinando respondi.

1 Primò videtur dicendũ, quod non † dicit enim Io. And. in c. non licet actori de reg. iu. in nu. 6. in suo mercurial. quod clericus impetrare volens benefitiũ, tenetur ante omnia
2 probare clericatum, & tonsuram † etiã quod non requiratur cũ clericatus non præsumitur cum nõ à natura, sed extrinsecus veniat
3 manifestandus † Inno. in c. sup his de accus. ext. & debet probari literis Episcopi, & non testibus l. si qua per calumniam C. de episc. & cler. & vocant literæ testimoniales. Guid. Pap. quæst. 582.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Ad Iuspatronatus Clerici, & Sacerdos præsentati, quis instituendus, & quid sit linea, & generatio declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Disponat testator, & fiat lex.*
2 *Habet locum in spiritualitati annexis.*
3 *Iuspatronatus laicorum est spiritualitati annexum.*
4 *Patronus tempore fundationis potest apponere pacta, honesta, & licita.*
5 *Ex tribus iuspatronatus acquiritur.*
6 *Ex gratia conceditur hoc laicis.*
7 *Institutio Episcopi non valet contra voluntatem patroni.*
8 *Conclusio prima.*
9 *Pater potest præsentare filium, sed non se.*
10 *Suffragia patris filio prosunt.*
11 *Sacerdotium adipiscitur in ætate 25. annorũ.*
12 *Ætas 14. annorum sufficit in benefitio simplici*
13 *Ætas 14 annorum debet esse completa.*
14 *A verbis claris non recedimus.*
15 *Præsentatus si est idoneus præfertur etiam idoneori.*
16 *Senior præfertur Iuueni.*
17 *Sacerdos in actu præfertur clerico.*
18 *Eligens indignum, si potest eligere digniorẽ, non est tutus in conscientia.*
19 *Electio digni est approbata, ergo non est vera doctrina Abb.*
20 *Linea quid est.*
21 *Linea quotuplex,*
22 *Linea diuisio.*
23 *Linea quando simpliciter profertur, directa intelligitur.*
24 *Præsentatus de linea parũ refert, sit de masculina, seu feminina.*
25 *Vocandi sunt gradatim omnes de linea illius, cui succeditur.*
26 *Concedo tibi, & tuis posteris, vel tuo genero, quid significat.*
27 *Et quid quãdo dicitur tibi, & tuis hęredibus.*
28 *Masculus natus ex femina nõ dicitur de linea.*
29 *Fauorabilis est p us recta linea.*
30 *Vel disiunctiua est.*
31 *Genere, pro agnatione capitur.*
32 *Pater dicitur à generando actiuè, & non passiuè ergo dignior.*
33 *Agnatio per lineam masculinam descendit.*
34 *Cognouit de iud quomodo procedit.*
35 *Verbum de genere trahitur ad vtrumque.*
36 *Cap. quicumq; de penis. qualiter procedit.*
37 *L. 2. de immunitate qualiter procedat.*
38 *Transitus de linea ad lineam non fit, nisi prima penitus finita.*
39 *Masculus semper præfertur.*
40 *Dignitas virilis sexus præfertur feminis.*
41 *Verbũ de genere primo trahitur ad masculos.*
42 *Feudum receptum pro masculis, & feminis, prima defertur ad masculos.*
43 *Pater stipulando emphyteosim primo dicitur stipulari ꝓ masculis secũdo ꝓ feminis.*
44 *Ipsum est personalissimum, & restringit.*
45 *Genitiuum de sui natura restringit.*
46 *Masculus nõ includit feminas, & quando.*
47 *Hæres masculus intelligitur de descendenti ex masculo.*
48 *Hæres simpliciter quãdoq; cõprehẽdit feminam.*
49 *In claris non est opus coniecturis.*
50 *Si præsentatur primo laicus in benefitio, ita semper præsentari præsumitur.*
51 *Dispensat Episcopus tacitè instituendo clericum prę̃sentatũ a patronis, vel maiori parte licet relinquatur sacerdos in actu.*
52 *Pauper pfertur diuiti ĩ benefitio patronatus.*
53 *Conclusio, & determinatio auctoris.*

DETERMINATIO CCII.

EXISTENTE me in Ciuitate Ruborum Gubernatore à Reuerendiss. Episcopo quædã causa benefitij iurispatronatus laicorum fundati à q. Dominico de Bruculo à me decidẽda, commissa fuit. tres enim ĩ dicto benefitio presentati erant. Donnus Angelus de Tauano. Clerici Franciscus Antonius & Gabriel de Brucolis, & licet pro parte dicti D. Angeli à Sancta Sede Apost. impetrasset rescriptum, qd si constiterit ipsum esse de linea, & medietatẽ vocum habere, quod instituatur. cõtra quẽ dicti clerici se opposuerunt asserentes illum non esse de linea, nec mediatem vocum habuisse, & cõpilato super hoc processu, auditis eorũ aduocatis, põderatis à me verbis fundatoris. modo q̃ sequit̃ determinaui: vt ĩfra.

Verba prima testatoris.

¶ Ordina. e comanda esso testatore.

1 Disponat testator, & fiat lex † text. §. disponat. in authen. de nuptijs.
2 Procedit extra solũ in rebus ꝓfanis, † sed etiã in spiritualitate annexis: vt est istud ius-
3 patronatus, † ita Fely in c. quãto nu 1. & ibi pate eum Abb. & Franc. de Aret. in rubr. de iudi. versi. (super 2. q.) & cõcludit hanc opi.

Dd 3 veram

veram esse, & non Goffred. Anto. de Butr. & aliorum tenentium istud iuspatronatus origine esse spirituale, & Imo. in d. cap. quanto affirmauit quod si iuspatronatus esset spirituale, per laicum non possideretur per text. cap. causam de præscriptio. extra. sed laicus possidet cap. 3. de iure patron. ergo est spiritualitati annexum. Ante eos glo. in cap. fin. de reb. eccles. non alien. & glo. in cap. 1. in verbo censenda de iure patron. in num. 6. & glo in cap. quæsitũ de rer. permutatio. Abb. in disputatione incip. Augerio, & sic cõcludo, quod iuspatronatus dicitur ius temporale spiritualitati annexum.

Hinc est quod patronus tempore funda-
4 tionis † constructionis, vel dotationis potest apponere pacta conuentiones, & onera, quæ sint honesta, & licita, cum consensu maximè superioris, seu Diocesani, ita est text. in cap. præterea, & cap vobis de iure patron. extra. glo. & Doct. in cap. cum dilectus de consue. extra. & in cap. significatum. vbi Abb. in pri. notab. de præbend. extra. Rocc. de Curt. in sua repeti. de iure patron. in verbo (pro eo) quæstio. 12 nume. 25. not. doct. nostri in l. in traditione ff. de pact. Fely. in cap. cum accessissent num. 9 de const.

Quia ex prædictis tribus iuspatronatus
5 acquiritur † cap. pie mentis 16. quæstio 7. Abb. in consil. 89. volum. 2. & hoc procedit ante consecrationem. cap. monasterium. & cap. quicumque filis. eadem causa, & quæstio. 7. & glo. communiter recepta in d. cap. pie mentis. Franc. Burs. in consi 291. vol. 3. Doctor. in rub. de iur. patron. extra. Rocc in citato loco in verbo ius nume. 13. Couarr. in lib. variarum quæstio. in cap. 36. Vbi firmat
* hanc esse communem opi.* Aym. Grau. cõsil. 64. nume. 4 volum. 1. Abb. consil. 58. quidam Domini. eodem volum. 2. Calder. consil. 8. eod. tit. Cardin. Zabar. consil. 8 Rocc. in citato loco in verbo. (construxerit) num 4. glo. & scrib. in clem. plures eod. tit. & Doct. in cap. nobis. eod. tit. & Doct. in cap. nobis. eod. tit. extra. & præpos. in cap. hortamini in prima col. distin. 81. dixit, quod principes etiam in ecclesijs Cathedralibus ex prædictis tribus acquirunt ius patronatus, quem sequitur. Cassan. in tract. glo. Mund. in 4. par. in 1. colum. consideratione 86.

Ratio est quia ex gratia hoc laicis conces-
6 sum est, † vt laici ad fundanda benefitia inuitentur, vt in cap. 1. de præb. ex. vbi cano. & in d. cap. quanto. & cap. quoniam: de iure patron. extra, & vel cultus diuinus augeatur. cano. in cap. non sine multa de arb. & cap. ad hæc de off. vic. extra. & cap. nobis, & cap. cum dilectus, & dicto tit. extra.

Abb. in consi. 106. eodem vol. Io. Cerasius Tolesanus in suo tract. de benefitio iure patron. in rubr. in tom. tract. 15. par. 2. Bald. in cap. cum vos. num. 3. de off. ord. extra. Card. Paris. in cõsi. 48. in 4. vol. Grau. cõsi. 72. nu. 6

Intantum est vera ista conclusio, quod si Episcopus instituerit nõ præsentatum à patrono, & ab eo non acceptato, dicta sua in-
7 stitutio non valet. † ita Abb. post Io. And in cap. per vestras de iur. patro. extra, & idem Io. And. in suo mercuriali in Reg. qui tacuit nume. 6. & idem Abb. hoc firmat in cap. nonne de præsumptio. & Felyn. in cap. cum Bertoldus de re iud. ex. Io. de Selu. in suo tracta. de benefitio in prima par. quæstio 6. nume. 30. Et Domini de Rota in nouis decisio. 331. Vincent. Maxill. in Consuet Barens. §. quem patroni sub. rubr. de Sanctiss. Eccles. nume. 7. & sic concludo.

Quod laicus potest habere ius patronatus, & apponere in ea omnia pacta licita,
8 † ideo testator subiunxit hæc alia verba.

Alia verba testatoris.

¶ Et che in detto beneficio, & ius patronato sia inuestito, e lo presenta à Diacono Giacomo suo figlio naturale.

Clara est iuris conclusio, quod pater in dicto benefitio potest præsentare filiũ,
9 fi. u non semetipsum. † tex est in cap per nostras de iure patron. vbi scribentes. & glo in verbo (præsentare) & glo. in cap. consuluit in verbo (autoritate) eod. tit. Abb. in consil. 96. in 2. volum. Villalob. in tract comm. opin. in rubr. de iur. patron. in tom. tracta. 1. & ibidem Carcoui. num. 6 in verb. (patro-
* nus) qui dicit hãc esse communem* opinionem Abb. in cap quia clerici num. 5. eodem tit. Rolan. à Vall. cõsil. 47. num. 49. 1. volum. Io. Ceras. in citato loco num. 19. per tex. l. illud ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, vbi Vlpianus dixit suffragia patris filio pro-
10 desse. † Et glo. in eod. cap. consuluit in verbo concedant.

Merito igitur pater filium suum præsentauit adiunxit fundator ipse alias conditiones his verbis, dicens.

Tertia pars verborum fundationis, videlicet.

¶ E che

¶ E che detto Giacomo habbia da celebrare come peruerrà all'ordine Sacerdotale due Messe.

HÆc sunt onera apposita dicto benefitio honesta, & licita obseruāda per ea, quæ supra diximus, ideo non me extendo, sed ad quartam partem accedo. dixitq; testator,

Quarta pars verborum.

¶ Et casu ipse Iacobus decederet ab hac vita, ò vero non si facesse preite, ò che s'inforasse, ò che tenesse mala via di peruenire al Sacerdotio in tempo dell'età sua d'anni venticinque, notando che al presente è di quindici Anni.

PEr prima verba colligitur mens testatoris, quod benefitiū debet durare penes Iacobum sua vita duráte, sed si tempore habili non efficitur clericus, aut nō esset in via perueniédi ad sacerdotium aut vxorem duxerit, quod priuetur, parifiçauit ista tria morti.

Ideo dixit annorū vigintiquinque, quia
11 in illa ætate adipiscitur sacerdotiū, † ita est tex. in cap. cum in cunct. s. in §. inferiora de elect. extra. & text. in cap ei de præb. in 6. & in Clem. Generalem de ætat. & qualitate, & Leobinus Aurelianus in tract. de mād. Apostolic. in tom. tract. 15. parte prima, & in Sacrosancta Sinodo Tridentina. in sessio. 24. cap 22. in princ. incip. dignitates.

Dixit che al presente è di anni quindici, ideo, quia etiā in benefitiis simplicibus ætas
12 debet esse annorum quatuordecim, † ita in Sacrosanct. Synod. Trident. in sess. 23. cap. 6. incip. nullus, & declarat Leob. Aurel. in d. tract. in nume. 4. & nume. 44 & Ang. in sua Summa in 1. par. & Siluester in sua Summa in 2 par. in verbo. (Ætas ad benefitia.)

Est notandum quod ista ætas 14. annorū debet esse completa, & non sufficit attinge-
13 re. † Ita Domini de Rot. in decis. 313. & in Reg. Cancell. 17 Vbi Comes Cagno in l. feminę §. item impuberes nume. 11. ff. de reg. iur. vbi pulchrè. vide Abb. in cap. super inordinata de præben. extra Franc & alij in cap. si eo tempore de rescript. in nu. 6. Card. Alex. in cap. de literis dist. 28.

Quinta pars verborum testatoris, videlicet.

¶ Che detto iuspatronato, e benefitio s'habbia da presentare ad vno Sacerdote maggior di tempo idoneo, dalla linea, vel de genere ipsius testatoris.

DEficiente ergo filio præsentato datur modus præsentādi, & qui: Ideo Donnus Angelus dicebat.

Quod cum ipse sit Sacerdos in actu, ipse instituendus est iuxta voluntatem testatoris, quæ sic verba denotant, & à verbis claris
14 non recedimus † l. ille aut ille ff. de leg. 3. & l. non aliter ff. de leg. 1. & ita hunc articulum declarat Lambert. in suo tracta. in 1. par. secundi libri in articulo 27. & hoc dixit Rocc. in citato loco in glo. in verb. (honorificum) & Deci. in consil. 129. & Barbat. in suo consil. incip. psalmista.

Secundo dicebat iste. maior sum, & Sacerdos, & quia dictio, & de sui natura est copulatiua, hæc duo in ipso concurrunt. ergo, &c. per dicta Catonis. Cede maiori. nō solum ista duo concurrunt. quod est Sacerdos, maior natu, sed est idoneus. Intantum, quod licet esset alius idoneor, ipse idoneus
15 instituendus est † ita glo. in d cap. quoniam in verbo. (qui maioribus) versi. (sed videtur sufficere) de iurepatron. maximè, quia iste idoneus habet maiorem partem vocum. ita Barbat. consil. 20 in 2. volum. Feder. de Sen. consil 95. & Decius in consil 129.

Præferendus est ergo, primo quia Senior
16 † Barbat. in d. consil. psalmista. & Rocc. in citato loco. in glo & Barbat. in consil. 23. incip. scripsit Profeta in 1. volum.
17 Et quia est sacerdos in actu. † Rocc. in citato loco, videlicet, in verbo honorificum. nume. 21.

Infertur ex prædictis, quod Abb. in cap. constitutus il secondo de appell. extra. dixit,
18 † quod qui eligit indignum cū potuit eligere digniorem non est tutus in conscientia, per tex. cap. si quis iusto § 1. de elect. in nume. 6. quod non est sua doctrina recipienda, probo sic.

Electio facta de digno, licet adsit dignior de iure Canon. est approbata, vt dixi supra,
19 † ita dicit Philip. Perusi. in d cap. constitutus, & Ioannes Crot. in Rep. cap. vt animarum de const. in nume. 6 nume. 4. & ibidem Marc. Ant Manes. de Caluis nume. 22. & idé in rep. cap. quoniam de iure patron. & Gomes ibidem. nu. 72. & sic qui eligit dignum, non peccabit.

Contra quem faciunt verbamet testatoris ibi. S'habbia da preporre vno Sacerdote maggior di tempo della linea, vel de genere.

Don-

Donnus Angelus non est de linea, licet sit de genere, & verba testatoris habent hunc sensum.

Quod quando reperirentur duo sacerdotes de linea præferatur maior natu.

Sed si esset vnus de linea, alius de genere, licet sacerdos de genere esset maior natu, nõ excluderet sacerdotem minorem natu de linea: quia illi de linea præferendi sunt illis de genere.

Et sic dicendum est de existẽtibus de prima linea, licet sint minores debent præferri sacerdoti de genere, & probatur sic.

20 Primo consideremus, quid est linea † est coniunctio personarũ consanguinitate coniunctarum diuersos gradus, & numeros distinguens. ita Hostiens. in tit. de consanguinitate: in §. quid est linea. declarat Io. Brunell. in rub. de sponsalibus. in 22. conclusione in tom tract 9.

21 Et propterea Bald. † in consil. 321. incip. statuto cauetur in 1. vol declarando. quotuplex est linea. & in dubio de qua intelligitur dixit.

22 Duæ lineæ † Vna quæ dicitur recta Altera dicitur infl ssa.

Rursus recta duplex est. Ascẽdens prima. Descendẽs secũda.

Inflexa similiter est duplex videlicet, superior, vt puta est patruus Amita auunculus, & matertera.

Secunda descendens.

Est frater, soror, filius fratris, vel sororis.

Quando igitur sit mentio de linea, intelligimus de linea recta, & non de obliqua.

23 † arg. le. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg. substitutio.

Quando adest præsentatus de linea recta descendentis parum refert si sit ex masculo,

24 vel fœmina † arg. l. 1. C. de cond. infer. & l. tres fratres ff. de pact. hoc firmauit idem Bal. in alio consil. 334 incip in quæstio. nume 9. (secundo quotuplex est linea.) in 3. volum. & idem Bald. consi. 379. eodem volum 3. incip. quæritur vtrum, & Deci. consil. 379. nume. 5 vbi dicit, quod linea propriè intelligitur, quæ est recta sursum, & deorsum, & de hac linea loquitur tex. in cap pri. ibi (ad omnes qui ex linea) sub rub de natur. succeden. in feud. & ibi Andr. de Iser. & Aluarott. nume. 6 dixit, quod quando tractatur simpliciter de succedendo quem de linea, intelligitur quod sunt vocandi omnes de linea illius

25 de cuius bonis agitur gradatim. † & sic primo nati ex masculis. illud idẽ firmat ibi præpos. num. 2. & Neapod. in consuet. Neap. incip. si quis, vel si qua in rubr. de succ. ab intestato. in glo. in verbo (ex parte) nu. 167.

Bart. in l. quia tale num. 5. ff solu. matrim. dicit hæc verba concedo tibi, & tuis posteris, vel tuo generi, & in isto casu transit ad

26 hæredes ex sessu masculino, † vt l. 2. ff. de iur. immu.

Aut dicitur tibi, & tuis hæredibus, & tũc

27 transit ad omnes, † vt in l. 1. de probatio. & Pau. de Castr. in consil. 300. in 2. volum. vbi pulchrè.

Et masculus natus ex fœmina, non dicitur

28 de linea † per text. cap. quicunque de pen. in num. 6. Bursat. consi. 1. num 2. volum. 1.

Et in d. l. 1. ff. de iur. immu. sic declarauit in materia feudorum Andr. de Iser. in cap. 1. § fœmina nume. 3. & ibi Aluarott. & præposit. num 7. sub rubr de succ feud. & Bald. in alleg. consil. 334. in 3 volum. in num. 6. & vide Signorol. de Homod. in consi 93.

Facit ad prædicta, quod maior fauor adhibetur lineæ magis cõiunctæ, quam remo-

29 tæ. † ita tex in § nostra auctoritate, de successione ab intest. instit. & l. si vna C. de bon. mater. Lodo. Roma. in consi. 156. incip. promissa consulentium.

Secundo consideraui, quod in medio lineæ, & generis est posita dictio (vel.) ibi (vel de genere)

Ista dictio, vel est disiunctiua. Ratio est, quia verbis cõiungit, sed sensum distinguit.

30 † ita est tex. in l. hæc verba ff de verb. signif. & in l. cum quidam C. eod.

Cum Donnus Angelus non est de linea, disiungitur ab ista determinatione; sed si esset de linea, quia tractat inter personas, & in casu honoris, & commodi, tunc coniungeretur maximè, quia præcedit species ibi (ad vno sacerdote) deinde sequitur genus. de linea, vel genere, quia copulariter isto casu poneretur, quasi diceret testator, quod sit sacerdos, & de linea. ita declarat Neapod. in d. consuet. in glo. in verbo (seu) nu. 159. & ego dico in Consuet. Barer si. Dos à patre profecta ibi (vel). hic non est de linea, ergo disiunctiuè ponitur.

Consideratur etiam, quod verbum. vel

31 de genere exponitur pro agnatione, † vt no. in l. 1. iuncta glo. ff de probatio. l. tutelas ff. de capit. diminutio. l 2. ff. de interd. & relega. & l. 2. § post hanc ff de orig. iur.

Consideratur etiam, quod verbum. vel de

31 genere exponitur pro agnatione, † vt no in l. 1. iuncta glo. ff. de probatio. l. tutelas ff. de capit. diminutio. l. 2 ff. de interd. & relegat. & l. 2. §. post hanc ff. de orig. iur.

Con-

Digitized by Google

Consideratur etiam, quod verbum. vel de
Ex consuetudine cõmuni traditione receptũ est, ꝙ vxor, siuè domina, siuè vsufructuaria à viro testatore relicta existentibus filijs nõ consequitur, nisi alimenta, sic inquam cõcludunt DD. omnes in l. Titia, §. Titia ff. de legat. 2. glos. & DD. in auth. hoc locũ C. de secund. nupt. latè habetur per Gabr. alios cumulantẽ in conclus. 2. de vsufru. abundè tradit Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 7. latè Surd. de alim. tit. 7. q. 15. Misinger. obseru. 38. centur. 5. affluenter Menoch. in tractat. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 139. vbi ꝙ quãdo testator instituto hærede, ita dixit, & vxorem meam relinquo dominam, vel dominã, & massariam, hoc sanè casũ præsumitur testatorẽ voluisse relinquere ipsi vxori, non quidẽ dominiũ bonorũ suorũ, sed præheminentiã ipsam, quam vxor ipsa viuente marito testatore in domo obtinebat, iuxta text. in l. 1. ff. rer. amot. vndè tñ illã alimenta, cũ illa præheminentia consequi debet, vt tradunt Specul. in tit. qui filij sint legitimi §. 1. vers. qd si dico Bal. in l. fin. n. 6. C. de indicta. vid. tollend. Rom. in conf. 118. Dec. conf. 878. nu. 4. Ruin. conf. 17. nu. 11. & conf. 50. nu. 4. & 8. lib. 2. vbi quando testator dixit relinquo dominã, non tñ dicitur reliquisse alimenta, sed etiã præheminentiam in domo, Paris. conf. 21. nu. 18. lib. 2. Socc. Iun. conf. 94 nu. 3. lib. 1. & sic est sancitũ ex generali consuetudine, & per vniuersam Italiam obseruatũ, vt post alios nouissimè tradit Ricc. in collect. decis. collect. 96. quorũ omniũ ratio assignatur, nam cum testator iam filios hæredes fecerit (idest) dominos, iuxt. text. in §. fin. instit. de hæred. qualit. & different. minimè est præsumẽdum, ꝙ statim mutata voluntate contra text. in l. nam ad ea ff. de condit. & demonstrat. voluerit filios ipsos rerũ dominio priuare, & illud vxori relinquere, & insuper, quia filij hoc priuilegio fruũtur ex cõiecturis ipsius patris defuncti, quod ità consuetudo interpretatur, tametsi verba cõtradicãt, arg. text. in l. iam ex hoc iure ff de vulg. & pupil. substit. neq; enim pater præsumitur voluisse vxorem habere plenum vsumfructũ, & filias quodãmodo mendicare, §. prohibemus auth. de trient. & semis, & fauore filiorum sæpissimè inducitur coniectura legis, vt à verbis etiam recedatur l. cum auus ff. de condit. & demonstrat. l. si is qui ducenta §. item si pater ff. de rebus dubij, nam ex naturali ratione, & cõi voto parentũ liberis successio debet, vt in hoc ꝓposito dicit Ang. in cõs. 338. n. 2. igit pater pñmitur potius liberis voluisse cõsulere, quã vxori, Anchar. cõs. 23. n. 2. Aretin. conf. 40. nu. 2. Bertrand. conf. 36.

Imò etiã si testator dixerit, & vxorẽ meã relinquo dominam, & vsufructuariã omniũ bonorũ meorum, hoc casu illud nomen dominã significat

(vt

(vt diximus) præheminentiam, illud verò vsufructuariam significat alimenta tantum vt habetur per Soccin. alios cumulantem in conf. 94. nu. 5. lib. 1. Tiraquel. de legibus connubial. lib. 10. nu. 5. Roland. conf. 74. nu. 2. lib. 2. Pontan. de de aliment. c. 17. & latè per Gabriel. qui cõplures refert in d. concl. 12. de vsufructu quod procedit ex fauore filiorum, quos pater ipse præsumitur magis amare, & diligere, quam propriã vxorem iuxta dispositionem text. in l. cum acutissimi C. de fideicommissis, & hanc opinionem dicunt communem Dec. in consil. 54. & Gozadin. conf. 99.

Et sic pariter quando testator simpliciter dixit, relinquo vxorem meam vsufructuariam omniũ bonorum meorum, vxorem adhuc esse alimentariam tantum, non autem vsufructuariam scripserunt Castrens. conf. 419. Pontan. de aliment. cap. 467. nu. 6. Natta conf. 297. nu. 2. Ias. in l. cum ij §. si in annos num. 3. ff. de transact. Bertrand. conf. 44. nu. 44. lib. 7. Aretin. conf. 40. vol. 2. Bero conf. 58. lib. 3. & alij relati à Paris. in conf. 94. nu. 36. lib. 2. & hanc esse receptam opinionem testatur Picus in d. l. titia, §. titia nu. 32. & 48. ff. de legat. 2. & plenè probant Mantic. de coniectur. vltim. volunt. tit. 7. nu. 2. lib. 9. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 15. nu. 4. & seq. quos refert, & sequitur nouissimè Pascal. de virib. patriæ potestatis par. 3. cap. 8. nu. 5. qui attestatur de communi Scribentium opinione.

Minimè obstat testatorem hunc fuisse idiotam, & rusticum, nam hoc non est de substantia, quia ratio cur in dictis casibus debeantur alimenta tantum vxori est, nam pater censetur plus diligere proprios filios, & ipsis consulere, quã vxori l. nam & si parentibus ff. de inoffic. testam. pater enim, & filius vna eademque persona reputantur l. fin. C. de impuber. & alijs substit. adeò quod filius dicitur sanguis patris, l. cum scimus cum notatis ibi per Luc. de Penn. C. de Agricol. & censit. lib. 11. vnde qui tangit filium dicitur tangere pupillã oculi patris, quę ratio naturalis amoris locum habet tam in patre rustico, & idiota, quam in patre nobili, & sapiente, & faciunt latè tradita per Nosmetipsos in praxi electionis, & variationis fori quæst. 50. sect. 1.

Ex his igitur, & alijs quæ breuitatis causa consultò omittuntur depromitur veritas articuli, vt scilicet quod hæc Pasca Cozza debet esse contentã tantum de alimentis, & non prætendere facere fructus suos, pront est de iure, & communi Doctorum sententia á qua non est recedendum, & & sic sentio, & sentire vidi, & audiui in hac causa per Eruditissimum Iureconsultum meum obseruandissimũ Genitorem D. Ioannem Dominicum Nouarium.

Ego Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

Decisio XXIX.

Adde pro ornatu omnino videndum Borrell. in conf. 71. vbi declarat latè quid veniat appellatione alimentorum, & pręcipuè quod veniunt medicinæ asserit, & affluenter Surd. de alim. tit. 8. quæst. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

Decisio XXXII.

Quatenus hic discutit quod melioramenta sint restituenda, adde quod melioramenta impediunt executionem sententiæ quando sunt liquida, vel de proximo liquidanda, & deducta ante sententia Paul. de Castr. conf. 270. num. 3. vol. 2. Bart. & Doctores in l. insundo ff. de rei vendic. alias exequeretur cum cautione Puteus decisio. 471. Benintend. decis. 77. latè Rota Marchiæ decis. 22. nu. 12. de Franch. decis. 112. & 456. Ann. allegat. 6. Rota Marchiæ 56. nu. 11. Ludouic. decis. 34. & quæ dicantur naturalia, & quæ ciuilia, & quæ industrialia ad finem vt deduci debeant, adde Ludouic. in dec. 24.

Decisio XXXIII.

Ius congrui sine re cedi non potest, hoc dicit adde Massil. in consuetud. Bar. fol. 145. num. 8. in fin. secundum nouissimam editionem Venetam Tiraquell. de retract. consanguinit. §. 1. gloss. nu. 5. & 9. & Saler. in addit. ad Napod. Roland. cousil. 63. nu. 15. vol. 1. Benedell. de iur. prothomiseos in rub. nu. 43. & seq. fol. 70. & probare debet alia de quibus per Calà de modo articul. num. 516. fol. 126. Roland. conf. 57. num. 24. & seq. col. 3. conf. 60. nu. 47. conf. 72. col. fin. vol. 4. Cacher. dec. Pedamont. 160. in primo dub. Mascard. de probat. conclus. 1001. nu. 3. & seq. vol. 2. Viuium in decis. 105. nu. 11. & Surd. in decis. Mant. 179. nu. 1. cum seq.

Decisio XXXV.

Adde quod purgatio morę à viris pijs semper admittitur Bald. consil. 114. allegatus á Genuens. in pract. Eccles. quæst. 685. num. 5. qui in quæst. 718. agit si purgatio canonica indicatur propter infamiam ortam ex dicto socij criminis.

Decisio XXXVI.

Adde quod prohibitus acquirere rem non prohibetur acquirere pretium, vt habetur nouissimè per Genuens. in practicabil. Eccles. quæst. 108. qui in quæst. 173. tradit quod prohibitus ex statuto contrahere sine consensu propinquorum potest contrahere cum Ecclesia.

Decisio XXXVII.

In donatione non habet locum ius congrui, sed adde secus dicendum quando donatio apparet fuisse factam in fraudem Capyc. dec. 38. gloss. in l. si quid sub conditione ff. de condit. inst. quando contractus est simulatus habet locum ius congrui, Napod. in consuet. si quis emit nu. 7. & 8. in tit. de iure cõgrui, hodie emo, & cras dono ad finem euitandi ius congrui, quando dicatur facta in fraudem, Neapod. in d. consuet. in verbo possidet, num. 41. & Afflict. cum Vrsill. in decis. 338. nu. 4. Marant. in disput. 9. num. 23. fraus quibus modis fieri possit, & probari in cõtractibus interuenisse Affl. in constit. sancimus num. 10. 11. 15. & 16. ad finem euitandi ius congrui potest per testes simulatio probari, & quot requirantur idem Afflict. nu. 8. Bald. in l. non dubium C. de leg. Io. Andr. in cap. ad nostram de empt. & vendit. Bald. in l. 2. C. de repud. hæred.

Digitized by Google

red.in l.emptione C.plus valere quod agitur, & Doctores in l.post contractum ff.de donat.quando in contractibus fit mixtura contrariorum fraus semper præsumitur sicut in clausulis insolitis Iacob.nouell. de iure congrui 54. versic.65. fol.165.quando dicatur fraus de re ad rem,& de persona ad personam, glos. in cap. plerique 14. quæst.3. vbi Archid.contractus in fraudem iuris congrui quando fiat Afflict. in d. constit. sancimus nu.3.factus in fraudem iuris congrui an sit nullus,vel annullandus idem nu.28.

Decisio XXXIX.

Ad hanc decisionem adde, quæ lata scripsimus in collect.73.

Decisio XLIII.

Hic agitur quod filiusfamilias nō potest se obligare etiam cum iuramento sine consensu patris; iuxta dispositionem Pragmaticæ per excellentē de Senat.Consult. Maced. quam dispositionem procedere etiam in filio arrogato voluit Rota Rom.2.Iunij 1599. qui pariter vtitur tali beneficio, teste Seraph. decisio.1286. quas decisiones optimè recēset, & sequitur alumnus meus Nouarius in suis reportatis,ad d.prag. per excellentem sub eadem rub. vbi nonnullas cumulat decisiones pro amplianda eiusdem pragmaticæ dispositione subdens habere etiam locum dictam pragmaticam si post contractum superueniat consensus patris,Faber.decis. 1. C.ad Senat.Cōsult.Maced.Merill.in decis.2,ad l.fin. C.eod.tit. imò de Franch. in decis.221. tenuit iuxta decretum Sacri Consilij tali priuilegio filiumfamilias priuari non posse per diuturnitatem temporis, & Afflict. decis.180. dixit quod iudicium agitatum cum filiofamilias absque patris consensu dicitur nullum, quam sententiam comprobauit Afflict.sequendo Guid. Pap. in decis.54. Capp. Tolos.deci.306.Balbus decis.308.necnon beneficiū de quo hic potest opponi post sententiam ad impediendam executionem sententiæ,Minadous in constit.in aliquibus notab.2.nu. 34. referens hanc sententiam probasse Consilium Neapolitanum per text.in l.filiusfamilias ff.quod cū eo imo potest opponi etiam ad liquidationem instrumenti impediendam, non obstante iuramento cum sit exceptio proueniens ex eodem fonte, iuxta tradita per Franch.in decis.181. neque ad hanc materiam desinas videre D. Nouarium loco citato, vbi nonnullas alias ampliationes reportat vna cū vtilissimis limitationibus, in quibus passim restringit illam conclusionē scilicet filiumfamilias non posse obligari sine consensu patris non habere locum,nec procedere in filiofamilias mercatore, vt fuit decisum per Sacrum Consilium die 27. Octobris 1613. in causa Anibalis de Leone cum Luca de Felice patre Michaelis de Felice, & tenuit etiam hanc opinionem Thess.in quæst.Forens.siue decis.79. lib.4.& etiam in bonis castrensibus,& quasi castrensibus quæ filiusfamilias habebat tempore contractus, tunc enim non procedit dispositio dictæ pragmaticæ,de Franch.decis.70.& vide alias limitationes apud eundem D. Nouar. loco citato, qui optimas congerit, & de more adducit.

Aduertendum est etiam quod Auctor voluit dictam pragmaticam esse tantummodo cōditam ad fauorem filiorum, & per consequens posset beneficio dictæ pragmaticæ renūciare,ad tex.in l. si quis conscribendo C. de pact. vbi habetur quod quilibet potest suo beneficio renunciare tacitè, vel expressè, sed sensit Giurba decis.42. contrarium quod dicto beneficio non possit renunciari, nam beneficium Macedonianum non fuit indultum,& concessum fauore tantum filiorum,verum etiam fauore patrum, dum per eam pragmaticā disponitur quod non recipiantur obligationes à filijsfamilias, nisi in præsentia patrum,& eorum consensu,& in casibus in quibus patri non sit præiudicium non gaudent, optimè sensit Nouar. in praxi elect. fori quæst. 7. nu.57.sect.3.& in collect.decis.ad d.pragm. per excellentem, vbi reprobat ex ratione Giurbam contrarium tenentem,ipsum Nouarium consulas in facti contingentia, quia optimè loquitur circa hunc articulum de more ipsius Authoris.

Decisio XLIV.

Quatenus hic discutit, quod animal infra tridum mortuus censetur morbosus, & per consequens venditor tenetur restituere pretium,vide Ludouic.in decis.Perus.139.

Decisio XLV.

Singularis successor in beneficio locationi à prædecessore factæ stare non tenetur, adde Gomes. tom.2.var.resol.cap.3.nu.m9.vers.item quæro, Alex.in l.si filiofamilias §. si vir in quinquenniū ff.solut.matrim.Couar.var.resolut.cap.15.Tiraquell.de retract.conuent.§.3. glos.vnica nu. 15. cum pluribus sequentibus, & nouissimè Caroc. de locat. & conducto in tit. de sing.success. qui omnes limitant hanc conclusionem, & pluries hanc etiam limitando resoluit Rota in vna Romana Casalis prima Iulij 1602. coram Ludouisio per tex.in l.venditione §.1. ff.de bon.auct.Iudic. possiden. & alios in vna Auximana locationis die 24. Ianuarij 1590. coram brano per glos. Butr. & Abbat.& alios in c. fin. ne prælati vices suas,quas decisiones recenset Mariscott. variar. resolut.lib.1.quæst.18.

Decisio XLVI.

Hic concluditur quod sententia cōtra sententiam non valet,quod adde Decium in cons.254.nu.4. quod procedit etiam si sit lata in diuersa instantia,quia contra primam non valet,Fulg.& Cast. in l.nam & postea §.si damnetur de iureiurand. Rom.cons.410,Fely.qui de comm.in cap.inter Monasterium col.6.nu.15.de re iudic.vbi intelligit dummodo Iudici vt tali constet de prima sententia non suspensa per appellationem, quia si ea post habita pronunciauit, secunda non tenet quasi lata contra notorium iuris, cap.fin. de cohab.cler.& mul.cap. inter cæteras de re iudic. Io.de Amic. cons.26. nu.5. imò sententia diffinitiua lata contra aliam diffinitiuam est ipso iure nulla etiam si in secunda partes consenserint, glos. in l. si diuersa C. de transact. quam dicit multum

Digitized by Google

multum notabilem Bald.ibid. nu.2. & hoc nam licet iuri quæsito ex sentẽtia possit renunciari l. duobus de except. rei iudic. tamen aliud est renunciare sententiæ primæ quod potest fieri l. acta C. de re iudic. l. in seruitutem §. si petierit de bonis lib. aliud est simpliciter consentire secundæ sententiæ, nam cum sententia sit nulla, ita consensus ei accessorius erit nullus, ex quibus opus est, vt prius renuncietur sententiæ, Fely.in d.cap. inter monasterium col. 9. nu. 17. limit.2.vers.vnde dicit tenendum,de re iudic. & col.8.nu.16.vers.ex his omnibus casibus limit.1. quod idem videtur procedere in sententia arbitramentali, non enim valet secunda post primam Castrens.in l.causas num.4. C.de transact. Corneus conf.148.& alij relati per Gratianuum in decis.197.nu.10.

Decisio XLVII.

Ad hanc decisionem adde ea quæ dixit Cornaz.in decis.Lucens.4.

Decisio XLVIII.

Hic concluditur quod venditio facta cum pacto de retrouendendo in certum tempus pro non iusto pretio etiam tempore lapso potest eo vti, adde Nouar.in collect. decis.ad pragmat. 1. sub rub. de pacto retrouendendi, vbi de hoc Auctore mentionem facit, & nonnulla perutilia ad materiam cumulat.

Decisio XLIX.

Ad hanc decisionẽ in qua habetur materia l. quoties C.de donat.quæ sub modo,adde Mart.omnino videndum in voto 49.à nu.1. Aym. consil. 19.Natt.conf.532.à nu.24.& seq. Cacher.decis. 32.Alphan.collect.451.Ann.collect.224.& Magon.in decis.Florent.71.num.7.& decis. 102. nu. 16.& iterum decis.Lucens.38.Suarez in suis cõmun.opinionib.litt.D.num.222.fol.59.in paruis vbi à nu.23.declarat.

Decisio LII.

Adde latissimè relata per Loseum de iur. vniuersitat.cap.

Decisio LIX.

Quatenus agitur de insufflatione spiritus,& dubitatur an expensæ sint reficiẽdæ, adde nisi tamen ex iusta causa spiritus insuffletur, tunc enim nõ debent refici expensæ, ex reg. prag.1. sub tit.de inst.caus.non restit.Carauit.rit.248.nu.6.& vide quæ latè adduximus in collect.89. & vtrum debeat refici expensæ,si non petatur, vide Petr. ad Capyc. in decis.165. quot autem vicibus valeat spiritus vitæ insufflari adeas, Capyc. in d.decis. 165.& Gramm. dec.69. de materia non desinas omnino videre, Nouar.in collect.an. decis. ad d. pragm.1.sub rub.de instant.caus.non restituen. vbi multa cumulata vtilissima reperies.

Adde omnino videndas decisiones Curiæ Archiepiscopalis Neap.relatas per nos in prima parte decis.dictæ Curiæ,scilicet dec.131.& 132.

Decisio LXI.

Concluditur hoc vt orta causa falsitatis nõ supersediturin Regno, iuxta pragmat.2. sub rubr.de falsis, sed vide text. de iure commun. in l. 2. & pen.C.de falsis.

Et quod causa criminalis non impediat expeditionem causæ ciuilis,vide Afflict. in decis.103. latè Nouar. in collect.decis.ad dict. pragmat.2. sub rub. de falsis, qui omnino est videndus, quia nonnulla cumulat ad ornatum pragmaticæ, de qua hic,certè vtilissima.

Decisio LXIII.

Si approbator teneatur tanquam fideiussor, vide text.in l. & eleganter §.fin. & l. sequent. ff. de dol. mal. vbi DD. plenè asseuerarunt approbatores teneri tanquam fideiussores similiter, & in l.cum ostendimus §. fin. ff. de fideius. vbi qui nominauerit, & affirmauerit aliquem vti idoneum,vt fideiussor tenebitur, estque etiam alius text.in l.quicumque §.sed cum fullo vers. planè ff.de instit.act. meminit de his Borrell.in consil. 47.quem videas nu.3.74.& 76.& vide latè Cost. de remed. subsidiarijs remed.5. vbi abit quando collaudator, seu approbator fideiussoris teneatur, & q collaudator effugit omne discrimen probata idoneitate fideiussoris tẽpore factę probationis, nisi verba collaudationis aliud effligitent, vel nisi lucri causa intercesserit, vel nisi de dolo collaudator conuincatur, & alia ad materiam notabilia.

Decisio LXIV.

Hic agitur de probatione stupri cum puero, & sic de sodomia, de qua re est videndus Mascard.de probat. conclus.1319. vbi subdit istud crimen coniecturis, & præsumptionibus, necnon habilibus testibus probari,iuxt.tradita in l.famosi ff. ad legem Iuliam maiest.& in cap.per tuas extr. de sim. Menoch.de arbit. Iudic.lib.1. quæst.27. & cas.754.centur.5.& vide Foller.in pract. crimin.part.2. verb.capiat.informat.num.13. referentem quod Iudex debet aduocare matronas obstetrices, vel alios peritos qui inspiciendo referant an talis iudicio suo sit stupratus, necne, iuxta tradita per Doctores in cap. proposuisti de probat. & si testes deponant se vidisse linteamina sanguinolenta, vel cammisiam sanguine fœdatam faciunt indicium sodomiæ.

Et pro indicijs nostræ Curiæ Archiepiscopalis habemus, quod si aliquis reperiretur dormijsse cũ imberbi,& inuenirentur linteamina, vel tobalia aspersa sanguine, vel semine inditium pro sodomia, & etiam si inueniretur stercus aspersum semine facit inditium pro sodomia.

De materia autem sodomiæ plura nouissimè cumulat Nouar.in suis reportatis ad pragmaticam secundam sub rub.de sodom.quem omnino videas in facti contingentia, quia multa ibi habens cumulata.

Decisio LXV.

Hic agitur quod vxor relicta Domina vsufructuaria alimenta tantum consequitur de quo poteris videre si habes allegationem Nouarij relatam supra in decis.25. vbi optimè habes articulum discussum,& declaratum de more ipsius Authoris.

Decisio LXVI.

Scias autem pro ornatu quod mutans libellum, quo ad substantialia aliquod addendo,vel detrahendo

hendo dicitur nouum libellum facere, Bart. Baldus, Angel. Alex. in l. ædita, vbi Decius num. 52. vide etiam de Clapper. in decis. Fiscal. caus. 11. quæst. 1. nu. 6. Sfort. Odd. in cons. 88. num. 8. 18. 53. vol. 1. idcirco sequeretur quod hoc liceret ante litem contestatam, quia post illam non licet addere, nec detrahere, arg. l. 1. §. si quis simpliciter, vbi Ias. num. 5. ff. de verb. obligat. Gail. practicarum obseruationum, lib. 1. obseruat. 51. nu. 9. idem est in emendatione libelli, quia ante litem contestatam permittitur, post autem negatur l. non potest ff. de iudic. l. Acteius §. fin. cũ l. sequen. ff. de aqu. plu. arcend. quia sententia quæ proferretur super mutatione, additione, vel emendatione esset super re, in qua non esset lis contestata, & esset nulla, arg. l. prolatam C. de sent. & voluit Ant. de Alex. in d. l. edita colum. 4. vers. secundo conclude, Panormit. in cap. 2. nu. 29. de libell. oblat. Coler. decis. Germ. 109. nu. 1. & decis. 122. nu. 5. Milanens. dec. Siciliæ 8. nu. 43. lib. 2. Riminald. Senior cons. 445. nu. 1. vol. 3.

Aduertendum est igitur, primo quod quæ dicunt DD. in materia emendationis libelli eadem intelliguntur in mutatione, vt voluit Claudius de Seysello in l. edita col. 7. C. de eden. quem refert, & sequitur Bernard. Pandus in pragm. dispendia num. 123. si autem partes consentirent in emendatione, & mutatione libelli post litem contestatam non procederet, vt ex auth. hoc Sacramentum in fin. C. de iuram. calum. quia litis contestatio, & alij iudiciales actus consensu partium omitti nequeunt, glos. in cap. de causis de offic. deleg. Bart. in auth. offeratur C. de litis contest. scias etiam, quod volens mutare actionem, & causam, puta quia egit actione exempto nunc vult mutare, & agere, ex donatione potest etiam post litem contestatam, quia reus ex hoc nullum damnum patitur, ex quo si absolueretur ab vna ageret ex altera, & similiter condemnaretur, vt dicit Paul. de Castro notandum est etiã quod in delictis etiam post litem contestatam libellus potest declarari l. in delictis §. si detractę ff. de noxalibus, aut. l. hæres §. 1. ff. de testament. Franc. Marc. decis. 620. nu. 10. vol. 1. cumulatio tamen plurium actionum in vno libello valet, & sustinetur, vt ex pluribus cumulat Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 63. nu. 1.

Et dum Auctor facit mentionem de pragm. 1. quæ incipit dispendia litium sub rub. de ordine iudiciorum non desinas videre solertissimum Ioannem Mariam Nouarium in reportatis, siue collect. ad ipsam pragmat. qui multa vtilissima ad ipsius pragmaticæ ornatum cumulat de more.

Decisio LXIX.

Pro Choronyde huius decisionis non desinas videre, Giurbam in decis. 1. & nouissimè D. Nouar. in sua eloqu. praxi elect. & variar. fori quæst. 18. sect. 2. vbi refert, quod tertius comparẽs pro suo interesse, non potest opponere exceptiones declinatorias, aut dilatorias Bald. in l. si eo tempore C. de remiss. pignor. Surd. dec. 147. Rot. Genuæ dec. 143. quod procedit etiam si sit clericus, cap. super reo de offic. deleg. Anna alleg. 76. sic decisum referens, & alij relati per Nouar. in d. quæst. 18. nu. 3. vbi refert ipsam causam in eo statu prosequi debere, in quo reperitur ex text. in cap. 2. vt lite pend. cum alijs per ipsum Nouar. allegat, vnde hinc euenit, quod tertius comparens pro suo interesse admittitur, & recipitur in statu, & in terminis in quibus tunc reperitur causa, vt in cap. fin. in fin. vt lit. pendent. lib. 6. & Bald. in l. si eo tempore in fin. C. de remiss. pign. vbi voluit, quod tertius pro suo interesse ad causam veniẽs eisdem terminis arctetur, quibus arctantur ipsimet litigatores, idem tenet Alex. cons. 82. nu. 6. vol. 1. Alber. in l. sæpè ff. de re iudic. Anchar. consil. 182. & alij per eundem Nouar. relati ibidem nu. 5. vnde præclusa via principali vlterius probandi, erit etiam præclusa tertio pro suo interesse comparente, Natt. cons. 457. Marzar. cons. 24. Gratian. decis. 147. Franc. Marc. decis. 160. part. 2. de quibus meminit idem Nouar. vbi supra referens, sic allegasse multa, in quadam facti cõtingentia, de qua ipse fuit consultus, & ipse scripsit, & quidem optimè vt assolet.

Decisio LXX.

Ad hanc decisionem vide Intrigliol. in decis. 33. & Borrell. in cons. 37.

Decisio LXXII.

Materiam compromissi, de qua hic vide, latè per Borrell. in pragm. odia litium de arbitris, & ibi etiam nouissimè Nouarium, qui multas decisiones cumulat, certè vtilissimas, vt videri poterit.

Decisio LXXIII.

Firmat hic Auctor, quod osculanti mulierem debetur pœna vltimi supplicij, iuxta pragm. 1. de osculant. mulier. ad cuius ornatum est videndus, Franch. in decis. 33. & vide Viuium in dec. 122. & Afflict. in decisio. 276. cum alijs allegatis per Nouar. in d. prag. 1. sub rub. de osculant. mulier. qui circa hoc multa cumulat, & meminit de isto Auctore, & dicit videndum nouissimè Muta in decis. Siciliæ 92. licet osculans mulierem vt eam ducat in vxorem non puniatur pœna pragmaticæ, imò nulla pœna si inter osculantẽ, & puellam osculatam præcessisset tractatus, & consensus osculi, & matrimonij, si præsens postea matrimonium sequutum sit, vt decisum refert Gramm. in cons. 42. nu. 4. & 5. quem refert, & sequitur Nouar. in d. prag. 1. sub rub. de osculantibus mulieres vers. scias autem.

Decisio LXXVII.

Ad ornatum non desinas videre, Surd. in dec. 110. & omnino Molfes. in comment. ad consuetud. Neap. quæst. 8. lib. 1.

Decisio LXXXVI.

Hic firmatur quod donatio facta metu non valet, & merito quia contractus debent esse liberi, & non dependere ab aliena voluntate, vnde videmus quod matrimonium contractum metu dicitur nullum, c. cum nullum de sponsal. ego ipse in decis. 15. part. 2. Marc. deci. 64. nouissimè Nouarius alios referens in reportatis decisionum ad pragmat. 9. sub rub. de Baronibus, adeò quod ratificatio subsequens nihil operatur, quicquid enim durante causa metus factum per metum

fecisse

Digitized by Google

fecisse factum censetur, & proinde non releuat Verall.decis.213.part.2.Seraph.decis.1166.quos allegat Nouar.vbi supra referens per matrimonium metu contractum minimè impediri quo minus possit, & valeat contrahens contrarere secundum matrimonium.

Decisio LXXXVIII.

Hæres soluit debita, & nō vsufructuarius omnium bonorum, adde dicendum quid de legatis, Guid. Pap.decis.541.& Crass.in 5. legatis quæst.35. & 36.licet Gamm. in decis. Lusit.195.dicat q cōmunis opinio sit, quod nō teneatur ad onera hæreditaria, D.de Franch. dec.483. quia Bart.in l. fin.ff.de vsufruct. leg. an vsufructuarius omniū bonorum percipiat emolumenta prothocollorum, quod non Bart.in l.diuortio §.fin. ff. soluto matrimonio.licet contrarium teneat Castr.ibi,& ita communiter teneri dicit Gulielm.de Bened. in cap. Raynutius in verbo cętera bona nu. 27. præstita cautione de restituēdo tantundē in genere in finito vsufructu poterit hæres vsufructuarij repetere expensas factas quod sic Bart. in l.Imper. ff.de in diem addict.

Decisio XCII.

Hic agitur quod Gubernator non potest sindicari de adulterio quod commisit in officio non intuitu officij, & quid in meretrice, adde pro ornatu decisionem nostram 192. par.2. vbi refero decisionem Curiæ Archiepiscopalis Neapolis circa illum articulum qualiter puniatur Officialis tentans cognoscere carnaliter mulierem intuitu officij.

In materia autem sindicatus officialium vltra tractatus vide Nouar.in collect.decis.ad pragm. 1. sub rub. de sind.offic. vbi multas decisiones habes cumulatas.

Decisio XCV.

Hic firmatur quod mulier sine metu periurij potest vindicare rem dotalem vigore pragmaticæ primæ de Senat.Cons. Velleiano, qua cautum est, vt mulieres nequeant contrahere renunciando beneficio Senat. Cons. Velleiano etiam cum iuramento cuius pragmaticæ dispositio procedit etiam, si mulier intercedit pro filio carcerato, iuxta decisionem Franch. 578. de qua meminit Nouar.in collect.decisionum ad dictam prag.1. sub rub.de Senat.Cons. Velleian. & amplia Velleiani auxilium dari etiam mulieri quæ cum filio vendidit rem filij tanquam correa venditionis, vt decisum refert Faber in decis. 1. C.de Senat. Consult. Velleiani relatus per Nouar. in d. pragm. 1. de Senat.Consult.Velleiano, qui plures ampliationes, & limitationes ad dictam pragmat. refert, & cumulat quas per te poteris videre, & non desinas, quia sunt practicabiles, & vtilissima, imo vltra ampliationes, & limitationes plura quærit ad materiam Velleiani certè egregiè, & doctissimè de more ipsius Authoris.

Decisio XCVII.

Concluditur hic, quod testes in crimine vsurariæ prauitatis debent esse fide digni, & ista qualitas debet probari, adde pro ornatu pragmat. 1. sub rub. de vsurarijs qua cauetur, vt tres testes licet singulares, & in facto proprio deponentes sufficiant in causa vsurariæ prauitatis, ad cuius ornatum, vide ibidem Nouar. in collect. decis. qui de hoc Authore facit mentionem firmando ipsius conclusionem, scilicet quod testes in hoc crimine vsurarum debeant esse fide digni, & quod talis qualitas debeat probari.

Decisio XCVIII.

Adde Viuium in decis. 471. vbi etiam quod prohibitio alienationis inter partes facta dominij, translationem non impediat.

Decisio CIII.

Agitur hic quæ dicantur exceptiones impertinentes in causa stupri, tu addas remissiuè D. Nouar, in collect. decis. ad pragmat. 1. sub rubr. de except. vbi meminit de ista decisione in fin. versic. quæ autem, & materiam exceptionum videre poteris per eundem Nouarium in d.pragm.quia cumulat plura.

Decisio CVI.

Multa de Abbate, & Abbatissa reperies per nosmetipsos scripta in praxi fori Ecclesiastico tom. 2. ibi videas.

Decisio CIX.

Multa in materia iniuriarum nouissimè reportat D. Nouar.in collect.decis.ad pragmat.Regni 1. sub rubr.de iniurijs.

Decisio CXV.

Discutit quæ vulgo dicitur in guaggiatura an sit permissa, adde Viuium latissimè in opinione 577. part.2. & in terminis omnino Magon. in decis.Florent.8.Baiard.ad Clar.in §.ludus nu.10. de Franch. decis.113. cuius decisionis meminit, Mangrell.ad Bar.in l.cum ad præsens ff. si cert. petat.vide Ias.in l.á Titio col. 1. ff.de verb.oblig. at.verum huiusmodi spōsiones siue scommessæ sunt prohibitæ, per pragmaticas Regias vt in tit.de spons.mercat.& maxime in creatione summi Pontificis, iuxta terminos dictæ decisionis de Franch.113. Nauar.in manual.confess.cap.20. á nu.18. latissimè nunc de hac materia videre poteris eruditissimum Nouarium in suis reportatis decis.ad pragm.1.2.3. & 4.sub rub. de sponsionibus mercatorum, vbi plura decisa reperies vtilissima.

Decisio CXIX.

De noui operis nunciatione multa habes cumulata pœnes Trentacinq.variar. resolut. in tit. de nouationibus.

Decisio CXXI.

Clericus concubinæ legare non potest, hoc dicit, constituas conclusionem donationem factam à clerico, milite, & aduocato focariæ, seu concubinæ non valere, L.2.C.de donat.inter virum,& vxorem, l.affectionis ff.de affect.procedit etiam in militibus nostri temporis Gam. in decis. Lusit. 365. Ruuius in repetit. rubr. cap.per vestras vers.ex istis infertur nu.10. vbi alia in materia ponit, nisi propter benemerita, & hinc Capyc.in decis.102.concludit, & ante eum Afflict. decis. 102. consuluit Anchar. cons. 247. Gam. decis. Lusit.106.& 226.Thess.decis.Pedam.111.vbi dicit non probari benemerita per confessionem concubinarij, cui non creditur, sed opus est, quo

Digitized by Google

sit clara probatio de eis sequitur Gam. in d. decis. 226. post nu. 4. per tex. in l. cum quis §. penult. ff. de leg. 3. valet enim si firmetur iuramento, vt aduertit Capyc. loc. cit. & consuluit Roman. cons. 43. num. 5. & Thess. decis. Pedamont. 111. nu. 2.

Decisio CXXII.

Multa de datione insolutum nouissimè videas cógesta per eruditum Nouarium in sua praxi dationis insolutum, iuxta mentem auth. hoc nisi C. de solut. quæst. 6. sect. 1.

Decisio CXXVIII.

Concubina receptatrix non punitur hoc dicit, & sic post istum Authorem tradit Nouar. in collect. decis. ad pragm. 1. sub rub. de receptat. malefact. vers. item nota, vbi etiam latè tradit, quod banniti nequeant receptari vigore dictæ pragm. 1. & quod receptantes incurrant excom. latæ sententiæ, iuxta Bullam Sixti V. de non receptat. bannit. & Bullam Gregorij XIII. quas ipse Nouar. allegat. licet regula ipsius pragmaticæ in pluribus casibus limitetur, vt exempli gratia quando bannitus appellauerit á banno, vel quotiescumque receptatio esset facta coactè, & in alijs casibus cumulatis, & adductis per eundem Nouar. in d. pragm. 1. quos per te poteris videre cum casus occurrerit, & vide eundem in pragm. 2. & 3. sub ead. rubr. de recept. malefact. quia ibidem etiam reperies.

Decisio CXXXIX.

Ad materiam istius decisionis adde notata per Doctores in cap. si clericus laicum de foro compet. vide Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 112. Thob. Non. cons. 71. Triuis. decis. 34. part. 1. Caccher. decis. 101.

Decisio CXXXXI.

Vide nouissimè congesta per D. Nouar. in report. ad pragm. Regni 3. sub rubr. de vsurarijs.

Decisio CXXXXII.

Oblatio verbalis in re stabili sufficit hoc dicit. Oblatio autẽ quando debeat esse realis, vel verbalis, vt releuet debitorem illumq; excuset, vide. Negusant. de pignor. in 5. part. 3. memb. in parua impress. fol. 115. & 120. sicut debitor constituendo se tenere nomine debitoris rem immobilem, quam realiter tenebatur offerre liberatur, vt hic, ita etiam debitor condemnatus ad solutionem debiti liquidandi euitat executionem offerendo cautionem de soluendo liquidatum, Capyc. decis. 17. nu. 5. Magon dec. Florent. 132. nu. 16. fideiussor, vel pignus dari debet quotiescumque de idonea cautione lex, vel preceptum loquitur, nec sufficit nuda cautio l. si mandato Titij, vbi glos. in §. fin. ff. mand.

Decisio CXXXXIV.

Quatenus loquitur quod ad sui defensionem licet aliquem occidere, vide adducta per nos in decis. 47. part. 1. vbi quod aggressus quando occidit aliquem non offendendum ratione defensionis nulla pœna plectendus venit.

Decisio CXXXXVIII.

Adde pro ornatu nostram decis. 101. par. 1. vbi ago quid faciendum torto persistente in negatiua.

Decisio CXXXXIX.

Vide pro ornatu huius decisionis nouissimè Mur. in decis. Sicil. 10.

Et quatenus loquitur de affectu non esse puniendum, nisi effectu sequuto non desinas multa videre apud eruditum Nouar. in reportat. ad pragmat. 1. sub rubr. de ictu scopittæ.

Decisio CLIII.

Quod copia libelli debeat dari reo sũptibus actoris tradunt alios allegando Balb. in decis. 189. & latè Viu. in decis. 347. sicque obseruatum in nostra Curia Archiepiscopali, & vide latè affluenter, & doctè nouiter congesta per eruditum Nouar. in collect. decis. ad pragmat. Regni quæ incipit comparente reo.

Decisio CLV.

Hic habetur quod rusticus committens falsum à pœna ordinaria excusari debet, ad cuius materiam poteris videre clarum, & Baiard. in verbo falsum, & est tractatus Farinacij inscriptus de simulatione, & falsitate, adde autem, quod testes falsi iterantes falsitatem pœna mortis naturalis includũtur vigore pragmaticę 3. sub rub. de falsis, quam procedere in Notario conficiente instrumentum falsum post Franch. in decis. 440. nouissimè tradit Nouar. in suis reportatis ad d. pragm. 3. & scias in pluribus casibus testem falsum excusari à pœna ordinaria pragmaticæ 4. de falsis, & primo quãdo falsarius nullum emolumentum consequutus esset, Ruiz. in decis. Lituaniæ 5. eum refert, & sequitur Nouar. in dict. pragmat. 4. sub rubr. de falsis, sic etiam quando eius falsitas non esset nociua, vel apta nocere, Verall. decis. 5. part. 2. de quo meminit idem Nouar. ibi supra referens, sic etiam esse quando pars nullo fuerit incommodo affecta, allegat Cornaz. in decis. 111. & sunt aliæ limitationes, quas hic non refero, sed per te poteris videre pœnes eundem Nouarium.

Nota pariter vt producentes testes falsos iisque vtentes vltra amissionem causæ puniantur pœna falsi cum testibus vigore pragmaticæ 1. sub rub. de falsis, quam non procedere in causis criminalibus, sed in ciuilibus tantum, post Annam quem allegat, tradit idem Nouar. in collect. super d. pragm. 1. sub rub. de falsis, qui multa vtilia pro coronide ipsius pragmaticæ cumulat.

Decisio CLVII.

Multa de effectibus patrię potestatis, vltra tradita per singulares tractatus, vide pœnes Nouar. in sua eloquenti praxi elect. & variat. fori quęst. 50. sect. 1. vbi quod maxima est coniunctio inter patrem, & filium, & pater, & filius vnicum caput reputantur, adeò quod mortuo patre non fit noua acquisitio filio, vnde mortuo patre emphiteuta non tenetur filius soluere laudemium domino directo, & multa alia cumulat, ex quibus, & alijs meritò firmatur regula ab ipso Nouario in d. quæst. 59. sect. 1. quod filij personæ priuilegiatæ habentis fori electionem, gaudeant fori electionis priuilegio.

Decisio CLXIII.

Alimenta præstita per vitricum priuignis an peti possint cócluditur quod sic, quia censentur præ-

Digitized by Google

ftita animo repetendi, non autem donandi, & ita est communis opinio Doctorum in l. si paterno affectu C. de negot. gest. nō obstante quod aliter forsan dictum sit, Dyn. d. l. si paterno, & ita fuisse iudicatum tam in Magna Curia Vicariæ, quam in Sacro Consilio in causa D. Ioannis de Mendozza, cum eius priuignis de Minadois, tradit Aloysius de Leo in l. 1. C. de natural. lib. lib. 16. vide etiam Surd. in tract. de aliment. tit. 6. quæst. 11.

Decisio CLXVII.

Hic agitur quando iuramentum suppletorium dari debeat, tu autem vide, latè Marant. in Specul. aur. part. 6. act. 9. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. cas. 190. Cost. de remed. subsid. remed. 97. & nouissimè ad eas Borrell. in sua summ. decisionum in tit. de iur. supp. pag. 244.

Decisio CLXIX.

Adde pro coronide decisionis decisionem Curiæ Archiepiscopalis, cuius mentionem facimus in decis. 237. part. 2. vbi latè trado si dictum mulieris asserentis se ab aliquo stupratam facit inditium ad torturam.

Sed qualem probationem faciant socij criminis in causa fidei non desinas videre Peguer. decis. 5. & Viuium decis. 116. & nostram decisionem 162. part. 2.

Decisio CLXXIV.

Pro coronide huius decisionis non desinas videre Parisium in cap. in præsentia de probat. Fach. lib. 6. cont. iuris cap. 19. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 44. & de arbitr. Iudic. lib. 2. cap. 436. & nouissimè Molfes. in comment. ad consuetud. Neap. quæst. 64. fol. 327. vbi agit si religioso morienti intra annum probationis Monasterium, vel agnati, & cognati succedant.

Decisio CLXXXVII.

Ad hanc decisionem dum discutit quod præsentatus cum onere celebrandi Missas debeat esse actu Sacerdos, vide Azeued. cons. 20. vbi pulchrè, & notabiliter ad hanc materiam ponit non nulla, & an huiusmodi onus faciat beneficium residentiale, vide Grat. in decis. 155. & si requiritur actualis qualitas sacerdotij, vide Rotam in dec. 576. part. 4. diuers. & Ant. lib. 1. var. resolut. cas. 3. & 4.

Decisio CLXXXX.

Liber extimi quid probet, quando clausula in fine apposita referatur ad proxima, Capyc. decisio. 21. num. 11. Anton. Gabriel. in tract. com. opin. lib. 6. in tit. de clausulis conclus. 9. Doctores in l. plures ff. de reb. dub. Afflict. dec. 248. nu. 11. Crauett. cons. 208. Abb. in cap. dilecti filij nu. 7. de donat. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 64. nisi in præcedenti esset facta specialis prouisio, tunc non refert ad præcedentia Rom. cons. 503.

Decisio CLXXXXV.

Quatenus discutit an suspitio Episcopi tangat eius Vicarium, vide Capyc. in decis. 137. Camp. in cap. Regni prolixitatem nu. 42. tota eius familia redditur suspecta, Ludouic. decisio. Perus. 108. quæ sint causæ suspicionum Caual. dec. 28. nu. 95. de contract. part. 2. Gill. obseruat. 33. nu. 9. lib. 1. Ozas. decis. 15. nu. 7. inimicitia quæ ex facto partis prouenit, non repellit Iudicem, neque testem, Delph. q. 291. par. 2. recusatione pendente non potest ad aliquem actum procedi in illa causa, & si proceditur processus, & actus sunt nulli, Marant. in suo Specul. par. 2. tit. 6. & quandoque appellatur nu. 74. Verall. decis. 72. nu. 9. part. 1.

Decisio CLXXXXVIII.

Adde pro ornatu huius quæstionis adducta per Gaspar. Thesaur. ia addit. ad decis. patris 125.

Decisio CC.

Ius congrui habet locum in venditione subhasta, adde de Franch. decis. 277. & Magon. in dec. Rotæ Florentiæ 100.

Decisio CCI.

Quatenus discutit quod clericatus potest probari per vnicum testem, adde Zerol. in praxi Episc. in verb. clericus §. 3. in fin. quæst. 36. nu. 23. Gabriel conclus. 1. nu. 16. de testib. vbi nu. 68. assignat rationem cur clericatus probetur vnico teste, nam est actus qui inspecta eius natura nemini præiudicium infert Bald. in c. licet nu. 4. de testibus, licet quamdiu probatio clericatus alicui præiudicium infert, vt quia ageretur de excludendo, vel obtinendo beneficium ab alio obtentum tunc requiritur perfecta probatio ad minus per duos, Ferrett. cons. 386. nu. 5. & 9. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 303. nu. 5. Masull. ad Capyc. decis. 161. nu. 8. relati per D. Nouar. in sua eleganti praxi quæst. 32. sect. 1. num. 9. vbi etiam perbelle infert ad modos probandi clericatum.

LAVS DEO.

Digitized by Google

REGESTVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes sunt Terniones præter d Quæ est Duernio.

Imprimatur.

Alexander Episcopus Carin. & Vicarius Generalis Neapol.

Alexander Russus Canonicus deputatus vidit.

Fr. Dominicus Grauina M. Ordinis Prædic. & Curiæ Archiepiscopalis Theologus deputatus vidit.

NEAPOLI.

Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi. M. DC. XXI.

Digitized by Google